

R. 8856


IGNATII
LASSARTE ET MOLINA I.C. CARACCENSIS

De decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur, Liber vnus.


TRACTATUS QUIDEM OMNI-
us iuri operam dantibus tam in theoria, quam in praxi, scholis & foro per-
utilis ac necessarius: in quo pro exacta, perspicua, & decisua to-
tius materia resolutione, innumera leges iuris commu-
nis & Regij utilissime explicantur.

D.N. Philippi. II. Hispaniarum Regis Catholici Maiestati dicatus.

Cum Indice rerum magis notabilium, qua facilius in Alphabetum redigi potuerunt. Præcipuas
verò quæstiones & capita, qua in hoc opere continentur, quartum post hoc folium indicat.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. P. C. LIS N. 15



CVM PRIVILEGIO:
Compluti apud Ioannem Gratianum. Anno. 1589.

Compluti apud Ioannem Gratianum. Anno. 1589.
Compluti apud Ioannem Gratianum. Anno. 1589.

R. 8856

IGNATII


LASSARTE ET MOLINA I.C. CARACCENSIS

De decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur, Liber vnus.


TRACTATUS QUIDEM OMNI-
us iuri operam dantibus tam in theoria, quam in praxi, scholis & foro per-
utilis ac necessarius: in quo pro exacta, perspicua, & decisua to-
tius materiae resolutione, innumerae leges iuris commu-
nis & Regij utilissime explicantur.

D.N. Philippi. II. Hispaniarum Regis Catholici Maiestati dicatus.

Cum Indice rerum magis notabilium, qua facilius in Alphabetum redigi potuerunt. Principuas
vero quaestiones & capita, qua in hoc opere continentur, quartum post hoc folium indicat.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2.º C. 4.º N. 15



CVM PRIVILEGIO:
Compluti apud Ioannem Gratianum. Anno. 1589.

Costa me obra real en primer dia de octubre de
nueve y dos años en quada...

Gratiano
[Handwritten signatures and flourishes]

EL REY.

Por quanto por parte de vos el Licenciado Yñigo de Lassarte y Molina vecino de la ciudad de Guadalajara, nos fue fecha relacion, que vos con mucho estudio y trabajo auades compuesto vn libro intitulado, De Decima venditionis & permutationis, quæ Alcauala nuncupatur. Suplicandonos os mandassemos dar licencia para imprimille y priuilegio por el tiempo que fuessẽmos seruido, o como la nuestra merced fuessẽ: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que la pragmática por nos fecha sobre la impressiõ de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien, por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad para que vos, o la persona que vuestro poder ouiere y no otra alguna, podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suõ se haze mencion, en todos estos nuestros reynos de Castilla por tiempo y espacio de diez años, q̄ corran y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula: sopena q̄ la persona, o personas que sin vuestro poder lo imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir o vender, pierda la impressiõ q̄ hiziere con los moldes y aparejos del, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercera parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco. Con tanto q̄ todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir el dicho libro (durãte el dicho tiempo de los dichos diez años) le traygays al nuestro consejo juntamẽte con el original q̄ en el fue visto, que va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Iuã Gallo de Andrada nuestro escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impressiõ esta conforme a el, o traygays fe en publica forma de como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impressiõ por el dicho original y se imprimio conforme a el, y quedan impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que assi fueren impressos, para que se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer, sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en las leyes e pragmaticas de nuestros Reynos: y mãdamos a los del nuestro consejo y a otras qualesquier justicias q̄ guarden y cumplan y executen esta nuestra cedula y todo lo en ella contenido. Fecha en Madrid a diez y ocho dias del mes de Nouiembre de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

DO-

DOMINGO NOSTRO
PHILIPPO II. HI-
SPANIARVM REGI
CATHOLICO.

Ignatius Lassarte & Molina.



VM Hispani iuris amplitudinem tot interpretum exornatam vigilijs animaduenterem, Philippe rex maxime, in mentem venit, quanta fuerit hominum nostrorum obliuio, aut negligentia, qui de iuribus Regalibus, & eo potissimum Alcauala nuncupato, cuius in his Regnis tum vetusta, tum peculiaris institutio est, nihil scripserint: hoc præsertim tempore, quo Sarracenis exactis, bonarum literarum studijs dediti, innumeros iuris ciuilis & Regij commentarios ediderint. Vix enim aliqua iuris nostri materia est, quæ glossam, repetitionem, aut tractatum nõ habeat, præter hæc Regalia iura, quæ nullam aliam, quàm liberam publicanorum interpretationem acceperunt: cum tamen, nisi me amor negocij suscepti fallit, nulla vnquam iuris pars vtilior, frequẽtior, nec difficilior fuerit: nec in qua nostratum ingenia, quæ quotidie maiorum tuorum, & tuo præsertim beneficio feliciter emergunt, se iustius exercuissent. Quæ enim Castellæ prouincia, quæ ciuitas, qui vicus, aut domus hoc nomine Alcauala non personat? Quisnam tanta dignitate conspicuus est, quis miles, Comes, Marchio, vel Dux, aut quicumque alius, qui simul cum reliquis humilioris notæ hominibus, istius iuris legibus equali forte non subsit? aut quæ lites, & iurgia difficiliora & grauiora contingunt, quàm quæ de iure vectigalium



*Esiderabam (Lector beneuole) dum meorum studiorum labores alijs prodesse posse intelligerem, aliquid scribere, quod cum utile ac frequentiv-
sui necessarium, tum ab innumeris scribentium
libris sic derelictum foret, ut non satis alibi ve-
ram illius cognitionem posses percipere: ideoq;
mea qualiscunque opera videretur & esset ne-
cessaria. Cuius mihi sanè argumenti inuentio
perdifficilis fuit, eò quod mihi in iure tam recòditum videretur, quod vel
in tanta librorum multitudine doctores nostri non explicuissent, & eorù
ingenia non penetrassent. Protinùs tamen, quasi dubium animum numeri
aliquid tetigisset, tractatum hùc Regalis decimæ voti compos delegi, ad-
eò utilem ac necessarium, ut eum vel optimæ cuique iuris parti non inui-
stius præferam, quàm magnus ille Philosophus apud Gellium Lesbium vi-
num Rhodio prætulit: & hætenus ita destitutum, ut ea de re acturus sim,
quæ ab exteris nunquam fuit cognita, & à nostris nullibi reperitur expli-
cata: fortassis ex eo, quod nulla temporum serie & tempestate tam neces-
saria fuerit huiuscè rei cognitio, ut hodie est, quippe quæ ab exiguis profe-
cta initijs, coalescentibus indies rerum præijs, in miram excreuerit ma-
gnitudinem: vel quia sterilis & ieiuna disputatio visa sit, nec vel modicù
quoddam corpus libelli confici posse doctores nostri crediderint breui sua
consideratione decepti. Etenim amplissima res est & difficillima, quam
inueratus ac perpetuus ducentorum & quadraginta ac plurium anno-
rum vsus nondum calluit. eò quod nullus nostratum fuerit, qui in hac v-
na re pro omnibus laboraret, cuius vestigys aduocati & iudices postero
res insisterent: cuiusque opera vel recentiorum adiumento, & ista quidem,
sicut cetera iuris partes, ad id quod summum esse videretur, per tot anno-
rum curricula haud grauatè peruenisset: nec ius istud, quo omnes cuiusq;
sexus, ætatis, conditionis, & dignitatis onerati sumus, & in quo, non sine
magno nostrarum facultatum detrimento, quotidie versamur, turpiter cù
Seruio Sulpitio ignoraremus. Nam licet varijs in locis nonnulla de Rega-
li decima ferè omnes Hispani auctores scripserint (quos nunquam taceo)
id quidem obiter fecerunt aliud agentes: ita ut mirum non sit, si exactè re
istam non considerantes ex proposito, prout magnitudo & utilitas rei de-
siderabat, valdè ubique errauerint, vel principaliora istius materia loca
peni-*

in iudicijs tractantur? Cùm ergo hanc iuris partem,
non sine magno Reipublicæ detrimento, incultam, ac
omninò destitutam viderem, operæpretium putavi, si
in hac vna re omniferè Hispaniæ pro virili parte con-
sulerem: & quæ sint Regalia, ab istius iuris tractatu,
quod potissimum & vberimum est, enarrationem in-
ciperem, ut quæ non satis pro dignitate expediero, me-
liora posterorum ingenia his nostris commota princi-
pijs accuratiùs prosequerentur. Hoc autem quidquid
est industriæ & laboris mei, Catholicæ tuæ Maiestati
dicare constitui, non spontè solùm, eò quod me ita ab
adolescencia instituerim, ut (quod optimo cuique ex-
petendum est) tibi Regi ac domino meo deseruiam:
sed & necessaria illa ratione coactus, quod licet exi-
gua res sit, ut Regijs manibus offeratur, illud magnù
in se continet, quod nulli alij, quàm tibi, certo iure de-
beatur. Ideò cùm excellentia tantæ rei pertractandæ,
& auctoris & muneris indignitatè excuset, ausus sum,
ut libellus iste meus sub tuo sacro nomine in lucè pro-
dired: eo præsertim singulari fauore recreatus, quod ut
Regiam cudèdi facultatem dares, ac Regali manu sub-
scriberes, speciatim fueris per Regium Senatam de
istius libri utilitate & probatione consultus: adeò nou-
um fuit nostri operis argumentum. Quod ergo, Phi-
lippe Regum maxime, mādari typis sciens voluisti, ad-
mirabili tuæ benignitate, & clementia suscipias,

ut dignum hoc præmium tanti laboris mei
pro communi utilitate suscepti,
gaudeam conse-

cutus.

LE-

penitus dereliquerint. Quod & Ioanni Parladorio, viro equidem non in
eleganti, contigisse dixerim, qui inter alia rerum quotidianarum capita,
de hac venditionis & permutationis decima vnum instituit. sed tanta bre
uitate differuit, vt adumbrare rem illam potius, quam exprimere videat
tur, quæ totum virum & singularem tractatum requirebat præ difficul
tate & magnitudine sua. Caterum Bertachinus Firmianus, Bartholo
maus Cassengus, Aegidius Bosius, Petrus de Vbaldis, Franciscus Per
sonalis, & alij exteri auctores, qui integros Commentarios de gabellis &
collectis ediderunt, sine certa lege tributi, iuxta varia gentium statuta, lo
quuti sunt, ac proinde factum, vt quamuis plurima de vectigalium iure
doctè congererint, parum aut ferè nihil tradiderint, quod ad nostras leges
Regias, & veram illarum mentem pertingat, conducatur, opituletur: aded
inurles nobis sunt eorum tractatus. Et quæuis alios memorare liceat, qua
les sunt Carolus Molinaus in consuetudinibus Parisiensibus, & An
dreas Tiraquellus de vtroque retractu, qui de hoc venditionis tributo cū
vtiliter, tum doctissime plura tradidisse videantur, adhuc huic negotio sa
tis factum non est: hic enim quoad nos pertinet, dum aliorum sententias re
fert, communi eorum defectu laborat: ille verò de iuribus fœdialibus pa
trono soluendis iuxta Regni sui consuetudines disputauit, quorum iusti
tia ex inuestitura & manus mutationis qualitate, propter quam pendun
tur, iudicanda est, vt ille nō semel admonuit: At nos agimus de tributo, seu
iure ex simplici venditionis actu soluendo: ex cuius diuersæ consideratio
nis effectu plures ac variæ resultant inter nos & illum pugnantibus reso
lutiones, vt facile in hoc nostro tractatu experieris. Fateor me rem arduā,
nec viribus parem, immensi que operis aggressum esse (quod nonnullis ni
mis audax fortasse facinus videri poterit) sed cum videam optimas om
nes huiuscæ facultatis, quorum autoritas & industria cum rei dignitate
congrueret, materiam hanc vsquequaque necessariam licet non ignoras
se, at certè præterisse, mei conatus inuidia carent: nec incepisse nocebit,
vt noui scriptores, qui aut in re hac certius aliquid allaturos se, aut scri
bendi arte ruditatem meam superaturos crediderint, quod per facile cui
que futurum esse non ignoro, exactius perficiant. Interim tamen, dum a
lia tibi meliora non prodeunt, excipe (Lector) pacato vultu vigilias no
stras communi studiosorum vtilitati nuncupatas, in quibus fortassis non
omnino operam lusimus: inuenies enim potissima istius materiae capita,
per quæ facile quæ de nouo acciderint, cognosci queant. quod quanto la
bore & cognitionis nixu præstiterim, non facile dictu est. Nec velim pu
tes, hæc à me tantis exantlata laboribus, vt nouum aliquod gabellarij, re
gijq; tributis patrocinium præstem, & laxiorem viam adaperiam: quin
ad ve-

ad veritatis tam in conscientia, quam in foro exteriori elucidationem la
bore, & rei naturam explico, vt publicanorum cupiditas intra licitos ter
minos cohibeatur, & quod Casaris est, reddatur Casari. Igitur quod bo
ni fecimus Deo duce in hac re noua, spernendū non est, erit enim tibi quo
tidianum & vtile: quæ autem minus rectè dixerimus, vltro ignosci de
bent, quis enim tam lynceus est, qui in tantis tenebris nihil offen
dat? Quidquid autem dixerō, sacrosanctæ matris Ec
clesiæ correctioni, & iustæ cuiusque
censuræ submitto.
Vale.

E L E N C H V S C A P I T V M , Q V A E I N hoc opere continen tur.

Ræfatio, siue præludium huius operis, cum
scholijs ad l. 1. & l. 2. titulo. 17. libro. 9. Recopi
lationis.

De venditione, cuius pretij decima soluenda est. caput
primum.

Qualiter venditio à locatione distinguatur in pluribus
quæstionibus. caput secundum.

Quando ex venditione pura, decima deberi incipiat.
caput tertium.

Quo in loco decima solui debeat. caput quartum.

Ex conditionali venditione an & quando decima de
beat. caput quintum.

Venditione in diem certum contracta, an statim deci
ma peti possit. Caput sextum.

Cum aliud pro alio soluitur, an decima debeat. Ca
put septimum.

An aliud pro alio soluat, vt decimæ locus fiat, in spe
cie

cie. l. si ita. D. de fideiussio. Caput octauum.

An ex cessione actionum, & cuiusque iuris, actionis, & hæreditatis venditione decima debeat. Caput nonum.

Qualiter ex annui redditus cõstitutione decima debeat. Caput decimum.

Qualiter & quando ex estimatione decima debeat. caput vndecimum.

Siquis ex aliena materia speciem sibi facit, & pretium soluit, an decimæ locus fiat. Caput duodecimum.

An ex vna & eadem re sæpius vendita, multiplex decima debeat. Caput decimum tertium.

Ex venditione nulla, iustisvè causis resoluta, an decima debeat. Caput decimum quartum.

De eo, qui franco pretio vendit, vel alijs pactis. Caput decimum quintum.

Expensæ, & promissa an è pretio venditionis deducantur ad decimæ computationem. Caput decimum sextum.

Qualiter ex permutatione decima solui debeat. Caput decimum septimum.

De locatione iuris decimæ: quarti adiectione: & iudiciali ordine obseruando. Caput decimum octauum.

De personis, quæ decimæ immunitatem habent. Caput decimum nonum.

De rebus, quarum venditio aut permutatio immunis est. Caput vigesimum.

IGNA-

PRÆFATIO SIVE

PRÆLVDIVM HVIVS OPERIS

cum scholijs ad. l. 1. & l. 2. tit. 17.

Lib. 9. Recopilat.

Summa præfatio.



Vantum regibus debeamus, ex sententia Seneca declaratur.

Iure diuino tributa regibus debentur.

Ex utilitate publica instituntur tributa.

Alcauala ab exterorum gabelta distinguitur.

Traditur vera Alcauala definitio, siue descriptio.

Istius iuris, quod nos Alcauala dicimus, nulla fit mentio in iure communi Digestorum & Codicis, ex doctorum sententia.

Quotam partem fiscus habebat ex certis causis apud Romanos.

Decima fructuum Sarracenis Granate Regibus soluebat, & apud Romanos quoque regium tributum fuit.

Exponitur. l. 2. § si decimam. D. de pollicitat.

Lege Papia Poppæ decima legatorum inter coniuges, si liberi non essent, fisco dabatur.

Vicesimæ quoque hereditatum defunctorum, extraneis heredibus institutis, tributum fuit.

Exponitur. l. unica. in prin. C. de cadu. Tolle.

Exponitur. l. 2. ad finem. D. de origine iuris.

Census tributum fuit apud Romanos, quod ratione bonorum soluebat.

Alius quoque census fuit, qui capitis

tributum erat.

16 Sed & vicesimæ quintæ tributum fuit ex mancipiorum venditione & censurissima aliarum rerum vanalium.

17 Exponitur. l. de bet. D. de adilit. c. d. l. 2. C. de Eunuchis. l. si quis ab alio. D. de calumniato. & l. inter publica. D. de verb. signi.

18 Ius Alcauale incognitum, nec indutum erat tempore legum Partitarum Fori, & stili, quas hodie habemus.

19 Quo tempore, & cui regi, quaque de causa, & in qua quantitate ius illud primum fuerit concessum, & postea autem late explicatur ab historia. & num. 20. 21. 22.

23 Labitur in hac re Petrus Anedanius ex defectu cognitionis historia.

24 Cumani irrissi apud veteres obeam causam, quod cessante causa tributi, ad huc illud soluerunt.

25 Historia necessaria est Iuris consulto.

26 Cessante causa concessionis cessare tributum, qualiter sit intelligendum, & Alcauala tributo, ac nostrorum Regum statui applicatur.

27 Alcauala munus adeo nobile est, ut dignum sit quod solis Regibus debeat, & persoluantur.

28 Etymon verbe, Alcauala, ab historia declaratur & alia Parladorii consideratio refertur.

29 Alcauala non tam est tributum, quam seruitus quadam venditionibus & permutationibus imposta.

30 Gabella, qua ex contractu debetur, iuri generi refragatur, quod exacte explicatur.

31 Gabel

- 31 Gabella est odiosa secundum doctores, quod quilibet accipiendum sit, exponitur reiecta Parladorij sententia, qua in hac materia falsa est.
- 32 Iustitia legum quaterni gabellarum ostenditur.
- 33 Qua ratione regalis ista decima nobiles afficiat sine praiudicio nobilitatis.
- 34 Cur magis ex venditione & permutatione Alcauala deberur quam ex reliquis contractibus, remissiuè.

Præfatio.



Præfatio. Præfatus regis iuris interpretatio nem, quod in his regnis Castellæ & legionis, quotquot illa sunt) Catholico, ac felicissimo Regi nostro ex venditione & permutatione debetur, dū aliqua de natura eius præfari libuit nē omnis in iuris, & origine non repetita illotis (quod aiunt) manibus, protinus materiam interpretationis tractarem, in memoriam reuoco elegantissima verba * Lucij Senecæ, qui in primo libro, quem ad Neronem de clementia scripsit. cap. 4. ut à nonnullis diuiditur, sic ait: animus reipublicæ princeps est, vinculum est, per quod respublica coheret, ille spiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt, nihil ipsa perire futura nisi onus & præda, si mens illa imperij subtrahatur: Rege incolumi mens omnibus vna est, amissio rumpere fidem, idēo principes regesq; & quocumq; alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum amari vltima priuatas etiā necessitudines; nā

si fanis hominibus publica priuatis potiora sunt, sequitur, vt is quoq; charior sit, in quem se respublica cōuertit. hæc tēnūs Seneca, cuius sententia prudentiæ, & veritatis plena est, vt faciliè ex ea cognosci possit, quantum regibus debeamus quos diuinus Apostolus ad Roma. cap. 13, dei ministros appellat: ac subindē colligit, recta eis & iusta ratione tributa debēri atq; præstari, vt refertur in cap. 2. de censibus. itā vt plusquam manifestum sit tributorum leges à diuino * numine deriuari, vt rectē adnotat Frater Dominicus Soto lib. 3. de iust. & iure. quæstio. 6. art. 7. & differtissime Fra. Alionus à Castro de lege pœnali. lib. 1. cap. 11. nam & Christum Iesum Redemptorem nostrū soluisse legimus, & dixisse, reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, Marthæi. 22. capite.

Sed qualia, & quanta hæc tributa esse debeant, nulla lege præfinitum est, quin potius pro temporū, * hostium, ac bellorum necessitatibus, & alijs causis, quæ communem ac publicam subditorum & Regum vtilitatem concernunt, quāmplura iura Regalia instituta sunt, & institui debent, seu possunt, ex latē traditis per Sanctum Antonium Florenti. 2. parte cap. 13. per totū ex iis verò, quæ hæc tēnūs apud nos et alias gentes instituta esse cognoscimus, plura refert, et explicat Io. Otalora de nobilitate. 1. parte cap. 2. per totum. inter quæ illud præcipuum, & vberissimū est, quod Alcauala nuncupamus, cuiusque ideo tanquam rei valde vtilis, ac necessaria, ut in proximali epistola lectorem admonuimus, interpretationē aggredimur, & quamuis Io. Otalora in dicto loco nu.

20, existimauerit, idem cum isto iure esse, quod exteri * gabellam dicunt, aliter se res habet: etenim gabella magis in vniuersum accipitur, omnē scilicet exactionē publicā cōprehendēs, vt ex Bertachi. Firmia. de gabellis, in prin. bene adnotat Couar. in regu. peccatū. 2. part. 6. 5. nu. 1. de reg. iur. lib. 6. quin immo ex propria verbi significatione gabella idē est, quod portorium, de quo infra. nu. 6. sic dicta à vehendo, sicut vectigal, quia soluitur de reb⁹, quæ vehuntur, & portantur de loco in locum, vt aduertit Io. Albarotus. super fœudis. tit. quæ sint regaliæ. nu. 3. at verò Hispanū illud ius Alcauala nuncupatū, prout rectē definiunt Io. Otalora, & Dida. Couarr. vbi supra, * decima pars pretij est omnium rerū, quæ venduntur, aut permutantur publicē, vel priuatim, siuē res sint mobiles, siuē immobiles, ratione contractus, velut iure tributū, siuē soluēda. quæ vltima verba præter autores illos scienter adiecimus, vt exactā istius iuris naturam describeremus, prout satis ex serie istius tractatus apparebit, præcipuè ex notatis infra in hac præfatione. nu. 29. & in. cap. 19. nu. 97. & quæ decimā pretij partē cōtinet, nō sine ratione decimæ venditionis, & permutationis appello, & legitimum indē titulum huic operi inscribo: quāuis gabellæ, & vectigalis nomine quandoq; vtar.

6. Miratur* verò, nec immerito prædicti viri doctissimi Otalora, & Couarr. in præallegatis locis, quod licet frequētissimū sit ius istud, de quo agimus in Regnis Castellæ, & Legionis, vt experientia docet, & in alijs quoq; prouincijs exerceatur, vt passim ex doctorum scriptis cō-

peries, & tradit Romanus singulis 88. nulla sit eius mentio de iure cōmuni in Textibus Digestorum, aut Codicis, cū tamē aliorū tributorū monumēta in iure nō desint. Etenim* constat, quotā partē fiscum habuisse apud Romanos, auctore Budeo, de Assē, & eius partibus. lib. 4. fo. 90. cū scilicet ex pacuis, quæ scriptura appellebatur: tum ex mercium traiectu, quæ erat octaua. l. ex præstatione. C. de vectiga. & apud nos hodie Almozari fazgo dicitur, ac quādoq; decima, quādoq; minor esse solet, vt cauetur in toto tit. 22. lib. 9. Recop. tū etiā ex agrorum cultu, quæ decimæ partis fuit, & apud nos hodie diuinum tributū est, ex traditis per Couarr. lib. 1. Variar. resolu. cap. 17. apud illos autē nō diuinum, sed Regium* ius, siuē fiscale erat, sicut apud Sarracenos regni Granatæ obseruatum fuisse refert Roder. Xua rez alleg. 28. num. 24. in responsione secūdi dubij. Enim vero si quæ decima Herculi, alteri vè Deo Romæ offerebatur, non ex necessitate tributū, sed ex voto cuiusque erat, vt probat text. sic * intelligendus in. l. 2. §. si decimam. D. de pollicitat. vt ex Budeo ibi. & alijs tradit Petrus Rebuffus; de Decimis. quæst. 1. num. 5. ac de alia quota parte frumenti, & hordei est text. in. l. modios. C. de suscep. & arca lib. 10. & tradit glos. in rubr. C. de anno. & tributis. co. lib. & meminit. Io. Otalora. vbi sup. cap. 1. nu. 11 & de metallorū decima est text. in. l. cūcti. C. de metallarijs. lib. 11.

10. Sed & præterea caducorum lege Papiæ* Poppæ cautū fuisse legimus, si liberi nodū foret suscepti, quod alter ex cōiugibus legasset alteri, portione decima ad fiscum

recideret, quæ caduca nūcupaba-
tur, vt refert Cæli^o. Rodig. lib. 26.
lect. antiq. c. 14. eamq; truculētio
rē decimā Imperatores crudeliffi-
mos Maximianū, & Diocletianū
ptinaciffimē exercuiffē, donec se
imperio abdicarunt, refert Carol.
Moline. de vfuris. q. 14. nu. 172.
poftēā verō, longo tranfcurfo tem-
pore, fublata fuit ab Honorio, &
Theodofio. in. l. 2. C. de infirma.
pœnis cœliba.

11 Quin immō & viceffima* quoq; he-
reditatū fuit apud Romanos, quā
in eadē lege Papiæ Poppeæ Augu-
ft^o Cæfar induxit: fuit enim auctōr
ill^o legis ad instituēda veftigalia,
vt tradit Io. Coraf. lib. 2. miscella
c. 23. nu. 9. propter quod Auguftū
priuilegiū iure appellauit Iuftinia-
nus in. l. vnica. §. fi. C. de cad. Toll.
inter cuius legis capita illud fuit,
quo fanciebatur, vt fi extraneus q̄s
hæres instituereur, priuſquā here-
ditatē cerneret, viceffimā partem
fifco cœferret: qua lege filij, & pro-
pinquiōres hæredes nō teneban-
tur, Neruſ & Traiani fãctionib^o:
eamq; omninō ſubſtulit Gratian^o
Imperator, vt meminit Cæl. Rodi-
gin. vbi ſuprà. & Iuftinianus in. l.
fin. in prin. C. de edicto diui Ad.
Toll. quod an verū fit exactē difpu-
tat Io. Menoch. de adipifce poſ-
ſe. remedio. 4. ex prin. in qua Gra-
tiani emēdatione, & altera Impe-
ratorū in. d. l. 2. C. de infir. pœnis
Cœlib. Meliūs verificatur verba
12 prædicti Iuftiniani Imperatoris *
in. d. l. vnica. in prin. ibi. *in multis
capitib^o Lex Papiæ ab anteriorib^o Prin-
cipib^o emēdata fuit.* quā ijs caſibus,
quos refert gloſſa ibi, verbo emen-
data. Corrigitur autē à Iuftiniano
in dicto. tit. C. de cad. Toll. præci-
puē in verb. ſed cū lex. caput illud

legis Papiæ ab Antonino additū,
quo omnia caduca, ſiue legata, ſiue
hæreditates fifco vindicabatur, ſer-
uato iure illo antiquo, de quo in
viceffima ſuprà diximus, liberis,
& parentibus vſq; ad tertiū gradū,
vt tradit Vlpianus in fragmentis.
tit. de caducis. iūcto tex. in. d. ver.
ſed cū lex. eum enim Antoninum
Philofophū leges de hæreditatū
viceffima addiſſe, & legē Papiæ
exēdiſſe Iulius Capitolinus ſcri-
bit, vt tradit Cæli^o vbi ſuprà: ac de
legib^o iſtius viceffimæ Aulus Oſi-
li^o Auguſto Cæſari familiariffim^o
ſcripſiſſe fertur apud Pōponium
I. C. in. l. 2. ad finē D. origi. iuris.

13 cuius* verba ex ſupradictis a pri-
nē erū explicata cū gloſſa ibi. ver-
bo, viceffimē. ex quo viceffimarij
propter hęc viceffimā, & octona-
rij propter octauam, de qua ſuprà
nu. 7. & ducenarij propter ducen-
tiſſimā, de qua infra in hac præfa-
tione. nu. 16. tributi publici ex-
actores iuxta varia Romanorū tri-
buta dicti ſunt, vt refert Alciat. in
l. cum qui veſtigal. 16. D. de verb.
ſigni. & gloſſa. in. l. 1. C. de exacto.
tribut. lib. 10.

14 Vtteriūs præter hęc regalia iura *
cēſus tributū fuit, idq; antiquiffi-
mū à Seruio Tullo ſexto Romano-
rum Rege inſtitutū: quod vt ſolue-
retur, nō modò res oēs, & bona cui-
uſq; cuius eſtimabatur, ſed & etat-
es, vxores, & liberi in publicis ta-
bulis notabatur, vt ex Titoliuio, &
Dionifio Alicarnaſæo tradit Pau-
Manutius in additamētis ad Cale-
pinū ver. cēſus, & eſt text. in. l. for-
ma. D. de cenſibus, immō & alius
15 quoq; * cēſus fuit quē viticim pro
capite vniuſq; cuius, qui bona
nō haberet, fifco pēdebat: & iſtius
modi tributarij capite cēſi appella-
batur.

tur, vt tradit Aul. Gellius lib. 16.
noct. att. cap. 10. eiusq; tributi mē-
tio fit in. l. fin. ibi, *ſed tributum his
remiſſit capitis.* D. de cēſibus. quod
in recognitionem ſuperioritatis
ſoluebatur, quale eſt apud nos tri-
butum illud, quod *Moneda Foreva*
vulgus appellat, vt conſtat ex. l. 1.
tit. 33. lib. 9. R. ecopil. & notat Io.
Oralorade nobi. 1. par. c. 2. nu. 9.
quicquid Frat. Dominicus Soto.
lib. 3. de iuſtitia & iure. queſtio. 6.
artic. 7. in principio. huiuſmodi
cēſum, ſiue tributum in recogni-
tionem ſuperioritatis ab antiquis
exactum, inter Chriſtianos Prin-
cipes admiſſum non eſſe dicat.

Itaq; quā plura iura regalia in
imperio Romano fuere olim, de
quibus in Textibus Digeforum,
& Codicis, & in tit. que ſint rega-
lia. in vſibus feudorum. ſatis con-
ſtat: & tamē nullibi eo iure expre-
ſum apparet, quod ex contractu
aliquo quota pars fifco deberetur
vt ex Oralora & Couarr. ſuprà ad-
notauimus. Sed certē quāuis hoc
16 ita ſit, dubium nō eſt, quin * olim
apud Romanos frequens quod-
dam venditionis tributum fuerit,
Alcauala noſtri temporis non diſ-
ſimile: eadem quippe vtriuſq; na-
tura fuit, licet in quantitate diffe-
rant, tanquā plus, & minus, arg.
l. ſina. D. de fundo inſtru. nam
Alcauala decima pars pretij eſt, vt
ſuprà diximus. nu. 4. & ex cuiuſq;
rei venditione, & permutatione
debetur, præter pauciſſimas, quæ
ſpeciali priuilegio exceptæ ſunt,
vt conſtat ex. l. 2. in quat. gabel. &
dicemus infra cap. 20. at illud Ro-
manum venditionis tributum ex
mancipiorum venditione erat, &
non decima pars pretij, ſed viceff-
ſima quinta, quæ cum priuſ ab em-

ptoribus ſolueretur, Neronis Im-
peratoris tempore ad venditores
translata eſt, eo quod iuſtius, &
commodius ita fieri videretur, vt
meminit Corn. Tacitus lib. 13. an-
naliū. vbi optimē explicat Aemi-
lius Ferrettus in aſnotat. num. 14.
prout in noſtra quoq; decima, ſeu
Alcauala factum fuiſſe refertur in.
l. 15. in prin. in quat. gabel. & dice-
mus infra cap. 15. quin immo &
aliarum rerum venalium centef-
ſima pars fifco ſoluebatur, quam
Tyberius Cæſar In ducentiſſimā
relaxaſſe dicitur, vt refert Alexan-
ab Alexandro. lib. 4. dierum ge-
nia. cap. 10. prope finē. vbi And.
Tiraq. notat. ad quæ Romanorū
17 veſtigalia alluſiſſe videntur * tã
I. C. in. l. debet. D. de edificio edi-
cto. & in. l. ſi quis ab alio. §. cum
publicanus. D. de calūniatoribus.
quā Imperator in. l. 2. C. de eu-
nuchis. qui de mancipiorum ven-
ditione loquentes, veſtigal quod-
dam deberi ſubnotant, ſecundū
noſtram elegantem interpretationē,
de qua infra dicto cap. 15. nu.
2. & 3. verū & ex Aefopi ſerui,
eximij fabulatoris venditione ve-
ſtigal apud Samios petitum eſt, vt
in eius vita refertur apud Planu-
dem interpretē, cū ſcilicet à Xan-
tho philoſopho emeretur. Atqui
de illa centeſima intelligēdus eſt
text. in. l. inter publica. ibi. vel ve-
naliū rerū. D. de verbo. ſigni. quic-
quid gloſſa. & Alciat^o ibi. ad octauā
referat, quæ de merciu traiectu ſol-
uebatur, vt diximus ſuprà nu. 7.

Illud itaq; manifeſtum eſt, quod
Alua ius ſic generale, vt apud
nos eſt, nūquā Romani Principes
habuerunt, vt mirū videri non de-
beat, ſi eius mētio in illorū legib^o
18 non fiat. * immō & Partitarū iure,

legibus Fori, & Stili incognitum fuit: etenim tēpore Regis Alfonso decimi huius nominis, secundū verā historiarū cōputationem, qui sapiēs & Astrolog' cognominatus est, vt nō immerito eū inter sapiētissimos referat Andr. Tiraq. de nobilitate. cap. 5. in fine. ea iura ciuilia originem habuerunt anno Domini. 1252. prout ex proemio illarum legum videre licet, quicquid ibidem, & in proemio legum Ordinamenti Rex ille Alfonso Nonus appelletur, fortassis ex errore Mōtalui glossatoris, qui eum Regem nonum esse numerat in repertorio legum Ordinem. litera R. verb. *Rex Alfonso* 19 *ius.* * at vero, vt benè refert Ioan. Iañez Parladorius lib. rerum quottidia. cap. 3. in princip. & tradunt quā plurimi Hispani rerum historici, ius decime seu Alcaualæ primum initium habuisse constat à rege Alfonso vndecimo, seu vt alij volunt duodecimo, eum vero quisquis numero sit, vltimum huius nominis fuisse ad hæc nostra tempora negat nemo.

20 Huic * ergo primum in ciuitate Burgenfi, quæ caput Castellæ est, vt ait Montaluuus in initio legum Fori, verbo. *De Castilla*, ius istud cōcessum fuit, & à reliquis Castellæ, & Legionis ciuitatibus, villis, & locis libenter admissum, & confirmatum, quatenus scilicet in Hispania regna illa patent, quæ sola sub illius Regis ditone erant, vt ex nostris in alio proposito describit Baeza de inope debitore. cap. 16. nu. 107. idq; pro expellendis Mauris, & nominatim pro expugnatione ciuitatis Algeziræ, anno Domini. 1342. prout satis, superq; constat ex antiqua Chroni-

ca illius Regis Alfonso vndecimi, cap. 263. & tradit çamalloora in compendio historiarum Hispaniæ, lib. 14. cap. 17. & Doctor Illelcas in Pontificum historia. lib. 6. cap. 19.

21 Sed * & postea anno Domini. 1349. cum iam expugnata, captaq; esset Algezira, cuius victoriæ nomine Catholici nostri Reges in suis titulis gloriantur, congregatis Compluti solennibus Comitij, propter nouas ipsiusmēt Regis Alfonso necessitates, & non modo durātib; sed & crescētibus bellorum malis, & ex alijs causis relatis à Montaluo in. l. 50. verb. *que Pharaon*, col. 4. vers. sed tributum Regi debitū. tit. 6. part. 1. iterum ac simpliciter concessum ei fuit ius istud *Alcauala*, & in regale patrimonium, sicut cætera iura hætenus instituta, perpetuo redactum, vt accuratè refert prædictus Zamalloa vbi supra. d. lib. 14. in vita Regis Alfonso vndecimi. cap. 17. & cap. 23. in qua secūda cōcessione, quæ simplex, & indefinita fuit, tota ist' iurisvis, & iustitia cōsistit.

22 Immo * & iterū, quia à principio istius primæ, vel secundæ cōcessionis, nō nisi vigesima, aut potius trigesima venditionum pars concessa erat, vt dicemus infra in scholio ad. l. 1. tit. 17. lib. 9. Reco. lat. verbo *Marauedinis*. ex liberali regni consensu duplicatum, seu triplicatum ius est, & in decimam transijt vigesima, siue trigesima quæq; illa fuit, anno domini. 1366 in prædicta ciuitate Burgenfi, temporeq; Regis Henrici secundi, & in eius fauorem, viuente adhuc Rege Petro cognomento crudeli, prout verè tradit Petrus Lopez Ayala Hispanus Historiographus

phus in Chronica istius Regis Petri, anno regni sui. 17. cap. 19. & refert quoq; Zamalloa in dicto lib. 14. in vita istius regis Petri. Cap. 28. num. 15. quæ sanè decima exacta fuit per totum tempus, quo Rex ille Henricus secundus, & Ioannes primus eius filius his regnis potiti sunt, nam eis mortuis, cū Henricus tertius Ioan. filius adhuc impubes in regno successisset, eius tutores regnicolis indulgentes, non nisi vigesimam pretij venditionum exegerunt, vt recenset historia prædicti regis Henrici tertij, quam manu scriptā vidi cap. 14. id quod ita obseruatū est per tres annos, donec scilicet rege pubescente, tutorum vis ac potestas finita est, iuxta Hispaniæ consuetudinē, de qua per Grego. Lupum. in. l. 3. verbo. *De veynte años*. tit. 15. part. 2. Nempe ex anno Domini. 1390. vsque ad annum Domini. 1393. quo tempore rex ille Henricus pubes factus, cum regni administrationem suscepisset, vltra vigesimam pretij venditionum, qua prædicti tutores vsi sunt, sex monetas exegit à regno permittas, quarum reditus par ferè erat prædictæ vigesimæ, prout latè in prædicta historia refertur cap. 21. quales vero illæ monetæ essent, cuius scilicet valoris, & ex qua causa, seu ex qua re solueretur, historia non explicat, nec satis scio, & hoc quidem fortassis obtinuit, donec paulatim ad nutum regis, ius istud alcaualæ ad pristinam decimæ quantitatem iā diu concessam redactum est, quod quidem iure hodie vtimur.

Ex qua istius iuris origine, & historia, cui credēdū est ex doctrina Bartoli & cōmuni in. l. 1. nu. 22.

D. si cert. petat. iam vnicuiq; apertū erit satis, quā erroneū sit argumentū * Petri Auēdanij, viri quidē aliàs docti, & prudentis, in dictionario, verb. *Alcauala*, in fine. vbi tenet, cessasse iam huius tributū causam, ac per inde & ipsi quoque ius cessare debuisse, ex communi Theologorum, & Iuristarum sententia, vt scilicet, quod belli calamitas introduxit, lenitas pacis, saltem in ea speciali causa, sospiret, quam in his regnis Sarracenis exactis gloriosissimi nostri Principes Dei gratia sunt assecuti, vt aliàs fecit Imperator in. l. vnica. in principio. C. de cadu. Tollen. quasi quidē irridēdū essēt Hispani, 23 sicut * Cumani quos inquit Strabo Geographus lib. 13. vulgo malè audiisse tāquā stupidos, atq; insulos, ob hæc causam, quod ducentis annis portus vectigalia exegerint, hoc nomine, vt urbem ædificarent, quæ dare tamen non desierūt, cū iam vrbs esset structa, vt refert Erasmus in Epirome adagiorum, sub verbo. *Sera poenitentia*. prouerbio *Cumani sero sapiunt*, sed errat, vt dixi, Auendanius ex defectu cognitionis historiæ: etenim licet ius istud à principio limitatè fuerit concessum ad expugnationē Algeziræ, maioribus postea de causis simpliciter datum, & oblatū fuit, postquam iam vrbs esset destructa. & ex ea præcipua, quia dempto hoc tributo, exiguum nimis, & insufficiens esset regale patrimonium, quod subditorum tributis sustinendum est, ex traditis per Diuum Thomam in epistola ad Ducisā Brauantia, prout modo considerare licet, & ex iustissimis alijs causis, quas refert Mōtaluuus in. d. l. 50. Partitæ. vt agno

scit F. Domini. Soto ubi supra. factumque ira esse ex relata historia constat, quam * iurisperito, ut valde necessariam convenire, omnes viri docti attestatur, nec immerito iuxta consilium Ioan. Fabri. in. §. item pretium, Instit. de emptione & vendi.

26 Et licet vera sit comnis * illa theologorum, & Iuristarum sententia cessante causa concessionis tributum, cessare tributum, ut tradit Angelus in summa verbo. *Pedagium. §. 6.* & Ioan. à Medina de restitutione. quest. 14. & refert alios Ferdin. Menchaca. lib. 1. contro. vsu frequē. cap. 10. nu. 44. & quicquid primæua, specialisq; istius tributum causa defecisset, ut falsò putat Auedanius, non ideo *Alcaualam* cessare debuisse, dicendum foret: etenim quotiens post primam, & expressam tributum causam, similes alię, vel grauiore cause regib' occurrunt, propter quas, licet ex antiquiori causa concessum non esset tributum illud, modò esset rationabiliter concedendum, iustissimè continuatur, & à Regibus exigitur sine noua concessione, ut sciētissimè tradit Io. à Medina in dicta quest. 14. ver. quādo tertio arguebatur. & F. Anto. Cordub. in summa. q. 95. quę consideratio quā benè, ac verissimè conuenire possit huic nostro proposito, & Alcaualæ tributum, de quo agimus, eorū, qui vel mediocriter regiū statum calluerint, ignorat nemo.

27 Illud verò silentio non prætereā, quod cum videam tributum istud adeò nobile esse, ut & nobiles ipsos quantacumq; dignitate conspicuos, præ ceteris tributis, comprehendat, ut dicemus infra cap. 19. & tantis de causis, tantoq; amo-

ris affectu erga suos reges, veteres Castellanos illud concessisse, ut mirum videri queat, tantam sibi tributum molem imposuisse, rectissimè mihi videntur dicere ij, qui iudicant, dignum id esse, ut solis Regibus debeatur, ut prudenter aduertit F. Domi. Soto dicto lib. 3. de iust. & iure. questio. 6. art. 7. quāuis negari nequeat, quin iure possint Reges nostri iura hæc, & alia quęcumque aequaliter distrahere, iuxta tradita per Io. lupum in cap. per vestras. 2. notabili. in. §. sequenti. ex. num. 41. & Couarr. in capit. quamuis pactum. 2. parte. §. 2. nu. 4. & Mencha. lib. 1. questio. illust. cap. 4. & 5. & Auiles in cap. 1. prætorum. glo. 1. num. 3.

28 Ceterum * de ratione huius verbi *Alcauala*, eruditè agit Io. Parladorius dicto cap. 3. num. 10. suspicās originem trahere ab hebraico verbo, *Cabala*, quod tantumdem significat, quantum receptio, ut notat Neuizanus ex Pici Mirandulæ lectione, in Silua nuptiali. lib. 5. nu. 33. quasi alia *Cabala*, hoc est, alia, nouaque receptio esset. sed certè quamuis inelegans non est illius viri animaduersio, magis arridet vulgatissima illa deriuatio, quam veluti per manus Castellani veteres tradiderunt, & hucusque vulgus retinet: nempe, quod cum Rex ille Alfonso vndecimus tributum quoddam peteret, (quod quale esset, non constat) Hispanię nobiles verba ista vulgaria responderunt: *Tributo no le daremos, mas darle homes al que vala tanto, como lo que pide*, & cum ius istud concederetur, *Alcauala* nuucupatum est ex relatis illis verbis, *al que vala*, ut recenset Castillo in Hispana Gothorum regum historia. lib. 4. discursu. 8. fol.

118. id quod lippis, & tonsoribus (ut in proverbio) notum est, quāuis nullibi, nisi in prædicto loco, scriptum reperio.

Atqui ut historialis huius ethymologię fructū & vtilitatē sentias, illud ex ea & quidem seriò annotandum occurrit: * quod regalis ista decima seu *Alcauala* verè ac propriè tributum non est, nec eo nomine concessa fuit: quin potius velut lex & seruitus quędam est venditionibus & permutationibus imposita: idè que illam ratione contractus velut iure tributum, adiecta improprietas nota, soluendam esse diximus supra in definitione. num. 5. ut verè dixerit Baldus in l. contractus num. 2. C. de fide instrum. quod * gabella, quę ex contractu deberetur, iuri gentium refragatur: cum tamè certissimum sit, tributa, quę regibus debentur, contra ius gentium non esse: nam cū eo iure & Reges & Regna inuēta fuerint, ut probat textus. in l. ex hoc iure. ibi. *Regna videtur* D. de iustit. & iure, & eleganter resoluit & explicat Mencha. lib. 1. quest. illust. cap. 41. num. 29. necessaria ratione dicendum est eodè, iure regum tributa, sine quibus Imperia cōstitui & sustineri nequeunt, introducta fuisse: ita ut nedum civili, sed & gentium diuinoque iure debeantur, ut rectè diximus supra. num. 2. idè ergò, prædicta gabella ex sententiā Baldi iuri gentium refragari dicitur, quia eum seruitus quędam sit; ut dixi, contra naturalem libertatem contractuum, qui eo iure inuti sunt, esse dignoscitur, dicta. l. ex hoc iure. Cum notatis in l. dudum. C. de cont. empta. sicut & hominum seruitutes contra ius naturale esse dicimus, quia eo iure omnes ho-

mines liberi nascebantur & ius autem gentium. Insuper de iure natura & l. manumissiones. D. de iusti. & iure.

Ex qua elegantī consideratione duo effectus resultant, qui vel maximè in hac materia annotari debent: * primus, verum esse, quod in vniuersum doctores statuunt, nempe quamcumque gabellam ex contractu procedentem, odiosam iudicari, ut notat Abbas in consilio. 83. nu. 2. lib. 2. & Philipp. Cornus in consilio. 199. num. 17. lib. 1. & consilio. 18. num. 16. volu. 3. & ex aliis resoluunt Tiraquell. de legibus connub. glo. 5. num. 29 & Dida. Peretius in rub. tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 33. in finalibus verbis, cum sequenti columna. cuius communis sententię rationē eam esse existimat Io. Parladorius dicto cap. 3. num. 14. in prin. quia doctores illi loquuntur in vectigalibus ab statutis municipalibus introductis, quę quidem statuta odio laborare, & strictam interpretationem recipere manifestum est, ex notatis per Bartol. in l. omnes populi, ex num. 53. & ibi doctores communiter. D. de iusti. & iure, ac subinde colligit, diuersum ius esse, & obseruari debere in nostra decima seu *Alcauala*, quę Regiis legibus instituitur, quas sanè constat non statutorum, sed iuris communis naturam sapere, ut notat Ioan. Lupus in introduct. rub. de donatio. inter virum. num. 8. proindè quę tale odium minimè eas tangere: estq; ita in ea sententiā, ut generaliter leges nostrę gabellarię fauorabiles sint, ac dici debeant, quia publica vectigalia tuentur iuxta. l. 1. D. de loco publico fruendo, & alia ibi per eum adducta.

Sed certè ista ratio Parladorij quã
ti ponderis, & momenti sit, nemo
est, qui non videat ex præcedenti-
bus: etenim dum relatio doctores di-
cunt, gabellam, quæ ex cõtractu de-
betur odiosam esse, nõ ratione sta-
tuti, sed ea potius mouentur, quod
prædicta gabella oneret contractũ
sua natura liberum, & immunem
de iure gentium, & communi, vt
explicui, & expressè notat quarta
Decisio Pedemõrana. nu. 7. quæ
ratio non minus in gabella regijs
legibus inducta, quàm in ea, quæ
ab statuto procedat, locum habet,
vt ad sensum patet. vnde generali-
ter ex prædictis dicendum est, quod
gabella seu *Alcauala* ista, qua de agi-
mus, quatenus respicit contractus
& personas, à quibus solui debet,
odiosa est, in hoc scilicet, vt stri-
ctè, ac propriè eam interpretemur
quã cum onerosa sit, & iurigen-
tium, ac communi refragetur ex
his quæ diximus, stricti iuriseffe dig-
noscentur, ex generali illo doctorũ
axiomate, dum dicunt, omnem re-
cessum à iure communi odiosum
esse, vt ex plurimis resoluit Tiraq-
in præfatione retractus lignagi.
num. 62. quãuis verum est, si à
primordio istius iuris origo con-
sideretur, vt supra latè retulimus,
gratuitam illam, & spontaneam po-
puli concessionem videri, omnem
hanc odij considerationem exclu-
dere, cum illiberale esse videatur,
id quæq; odio habere, quod spontè
iustiq; de causis concesserit. qua-
tenus verò ea gabella Regis perso-
nam, eiusq; fiscũ inspiciat, cui ipsa
debetur, & in cuius fauorẽ inducta
est, fauorabilis dici debet, & est,
vt alias distinxit glo. in l. venia.
verb. liberis. C. de in ius vocãdo.
quã cõmuniter doctores sequun-

tur, cũ notatis per Bald. in l. illud.
quoq; nu. 4. C. de sacro. Eccle. vt
resoluit Couar. lib. 1. Vari. resol.
cap. 11. nu. 5. vbi & alijs exẽplis
cõfirmat, & Tiraquellus vbi su-
pra. Itaque si de gabella dubitetur
scilicet an debeat, necnè: stricta
fiet interpretatio, cũ onerosa
sit ex parte soluentis, vt expressè
tradit Bart. in l. si pupill. in prin.
num. 3. D. ad leg. Falci. vbi ait, in
dubio inspiciendum esse, quod tol-
lit, aut minuit gabellam. idemque
voluit in l. Nessenius. statim se-
quenti. in prin. quem refert & se-
quitur Iason in l. fructus. num. 17.
D. solut. matri. quã vestigalia cõ-
uenit tueri, atque defendi, non ta-
men extendi & ampliari: Si verò
postquam de debito gabellæ con-
stitet, aut vt fraus aliqua detega-
tur, de eius solutione, & doli
detectione actum sit, summis fau-
oribus est adiuuanda: quia vt in-
quit text. in Auth. de manda. prin.
ci. §. publicorum. collat. 3. fisca-
lium ratio & militibus, & priua-
tis, ipsisque templis, & cunctæ rei-
publicæ utilis, & necessaria est *.
atq; ideò equissimè sũt oēs leges
quaterni gabellarum, quæ homi-
num fraudibus in vestigalium cõ-
seruationem diligenter occurrũt,
& regia tributa tuentur, vt ex eis
videre licet. iuxta dictã. l. 1. D. de
loco publico frue. quæ itã intelli-
gẽ est, & tota hæc materia resoluẽ-
da. Secũdus effectus est, qd cũ hæc
nostra veditio, & permutatio-
nis decima, seruitus quedã sit co-
rum contractũ, vt explicui, pro-
uenit euidenter neminẽ posse præ-
dictæ gabellæ solutionẽ excusare,
qui eorũ contractuum beneficio
frui, vtique velit. nam sicut rei onus
emptorem sequitur, quãuis no-
bili-

bilitatis ornamento condecoretur
ex traditis per Oratoram de
nobilitate. 2. part. cap. 1. nu. 10.
itã & onus contractus ab habente
iurisdictionẽ semel impositũ,
quemcumq; venditorẽ quãtũvis
nobilẽ sequi debet: quia non pot
contractu venditionis vti, nisi cũ
sua causa, suisq; vinculis, vt expres-
sè tradit Bald. in l. 1. num. 5. C. de
contrah. empt. vt indè aperta ra-
tione intelligas *Alcauala* concessi-
onem, & solutionẽ Hispanorũ
nobilitati nõ officere, quãuis sci-
licet ea à nobilibus non secus ac
ignobilibus persoluetur, vt dixi:
ideòq; etiã non personale, aut pa-
trimoniale, vel mixtũ ius esse di-

cimus, sed quid neutrum ratione
contractus persolucendum, vt no-
tabimus infra cap. 19. num. 97. ad
quod alludit, quod tradit Petrus
Lopetius de Ayala supra allega-
tus in Chronica Regis Petri dict.
cap. 18. post medium. licet non
se satis explicuerit.
34 Quare* autem magis ex vendi-
tione, & permutatione, quàm ex
reliquis contractibus ius istud in-
troducendum sit, dicemus infra cap.
1. in fine. at his ita pro introdu-
ctione materiae prenotatis, acci-
pe (lector) in præludijs duo legis
gabellarie capita cum nostris
scholijs.

AD L. 1. TIT. 17. LIB. 9. RECOPI.

Legis verba hæc sunt.

MAndamos que los vendedores paguẽ el Alcauala, y de
llos se cobre en esta manera: que paguen por razon de
ella de cada diez maravedis vno, de todo el precio por
que vendieren. Hoc est.

Iubemus^a quod venditores^b soluant^c gabellam: ^d & ab illis exigatur^e
hoc modo: vt soluant ratione illius, ex singulis denis^f maravedinis^g vnum,
totius pretij, quo vendiderint^h hoc dicit

Summa sequentis Scholij.

- | | | |
|---|--|---|
| 1 | O lius Regis est tributa impo-
nerẽ. | de iure communi pertinere ad empro-
rem videatur. |
| 2 | R ex Hispanie superiorem nõ
recognoscit, & ex quo tem-
pore, & quare declaratur. | 8 Oratio indefinita, quæ à lege profertur,
vniuersalis est. |
| 3 | Exponitur. l. 19. tit. 3. lib. 1. Ordinãm. | 9 Vno etiam maravedino rectè venditio
contrahitur. |
| 4 | Detegitur veritas glossæ in cap. Adria-
nus. 63. distinct. | 10 Simplaria, vel simplicaria venditiones
quæ sint. |
| 5 | Reges Catholici nõ fuerũt primi aucto-
res huius legis primæ, quæ est. l. 2. in
quat. gabella. | 11 Ex quacũq; venditione etiã ea, cuius pre-
tium ad decem maravedinos non af-
cendat, decima Regalis debetur, quod
qualiter fiat, declaratur. |
| 6 | Alcauala nõ fuit inducta ex sola Regis
voluntate sed procerum consilio. | 12 Maravedinus sexaginta meaxis olim
constabat. |
| 7 | Venditoris est decimã soluere, quãuis | |

- 13 *Trigesima venditionum pars non vigesima à principio concessa fuit Gabelle nomine contra Zamalloa Hispanum Historiographum.*
 14 *Qualiter de pretio constare debeat ad solutionem decima.*
 15 *Simplex ac solus actus venditionis attenditur, et decima debeat,*

Iubem⁹ a idco iubet rex, * quia ipsius est tributa imponere, vt tradit Bertachi. Firmia. de gabellis. 1 part. etiã sine procerum consilio, vt resoluit Menchaca lib. 1. cõtro. illust. c. 23. & diligenter adnotat Io. Parladorius lib. rerũ quotidia. c. 3. in prin. nu. 8. * Rex enim noster gloriosissimus superiorem nõ recognoscit, immo aliis regib⁹ dignior est, vt disserre agit Mẽchaca. d. lib. 1. in prefatione. & cõsentit Cassaneus in cathalogo glorie mundi. 5. par. consideratione. 28 nu. 37. etenim Gothorũ tempore, imperatoris iugum excusserũt Hispani anno domini. 623. vt refert Couarr. in pract. quæst. cap. 1. nu. 1. quod postea iustissima de causa à Victore Pontifice Maximo declaratũ est in ciuitate Tholosana regni Francie tempore Henrrii tertij Imperatoris cognomento Nigri, & Ferdinandi primi huius nominis Castellę Regis, qui Magnus cognominatus est, propẽ annum domini. 1056. prout refert, Zamalloa in generali compendio historia. hispa. 2. parte. lib. 11. cap. 7. de qua * pontificis declaratione intelligenda est l. 19. tit. 3. lib. 1. ordina. ibi, *por donde parece que los sanctos padres cum enim tempore Roderici Regis in felicissimi, totã Hispaniam Sarraceni miserẽ occupassent annõ domini. 714. vt re-*

fert Pontificalis historia, absque vllius Imperatoris auxilio, alterius uẽ Regis adiuuẽto fortissimi Christianissimi que Reges nostri magnis laboribus, & proprio sanguine effuso, eam ab inimicorum faucibus eripuerunt: ac proinde iure proprio nullum superiorẽ recognoscentes hæc regna obtinent, vt tradit elegans. l. 14. tit. 3. lib. 1. recopilat. & refert Couarr. in res. possessor. 2. parte. §. 10. num. 6. tanquam res captas in bello, vt berẽ notat Auenda. de exeque. mand. 1. parte. cap. 1. num. 7. * sic vt optime locuta fuerit glossa in ca. Adrianus. cl. 2. ver. per singulas. in fine. 63. distinct. quam ex prædictis intelliges esse verissimam, vltra quod est communiter adprobata, vt resoluit Mẽchaca vbi supra. cap. 22. num. 11. verum tamen est, quod quamuis per verbum, iubemus, de quo in hac lege, & verbum statuimus, volumus, sancimus, & similia noua soleat induci dispositio, ex notatis per glo. in clem. 1. verbo censemus. de cõces. præb. & perpedit Saly. in l. penult. C. de ver. sig. & notatur in clem. fina. verb. statuimus. de rescriptis. glossa in clem. vnica. de officio vica. & aliis huiusmodi * tributum, de quõ agit hæc lex, non fuit de nouo impostum a Ferdinando, & Elisabernã auctoribus huius quaterni gabellarũ, qui hodie extat, & ex quo desumpta fuit lex ista: sed a Rege Alfonso vndecimo multis retro annis emanauit, vt diximus supra in prefatione nu. 19. nec illi Reges Catholici fuerunt primi autores huius legis: quin potius desumpta & transcripta fuit ex aliis antiquioribus quaternis per anteriores Reges confectis, vt ex proemio, & l. 141. illius

qua

6 quaterni satis cõstat. * Immo nec sola Regis illius autoritate, sed ex communi totius Regni consensu ius istud inductum fuit, ipsius Regis Alfonso vndecimi beneuolentia statuentis, vt nullum vnquam tributum his Regnis imponeretur, nisi conuocatis solẽnibus comitijs, vt constat ex l. 1. titu. 7. lib. 6. Recopilat. cuius legis auctor ille Rex Alfonso fuit, eamque multi posteriores Principes confirmarunt.
 Venditores. b. * Contrarium de iure communi esse Doctores putant, existimantes cuiusque tributum solutionem ad emptorem pertinere, ex l. debet. D. de edil. edicto, vt resoluit Carol. Molinaus in Consuet. Paris. titu. 1. §. 23. nume. 7. quod an ita verum sit, dicemus infra capit. 15. in principio. Et inota quod hæc indefinita locutio, * venditores, vniuersali equipollet, cum a lege proferatur, vt ex communi sententia resoluit Couarruias lib. 1. variar. resolutio. cap. 13. nume. 8. vbi infert, quod leges tractantes indefinitẽ de venditoribus, de omnibus venditoribus intelliguntur: quod est optimũ ad hanc nostrã legem, vt intelligamus verbum istud, *Venditores*, vniuersale esse omnẽ rem & personam comprehendens, vt declarat. l. 1. titu. 18. lib. 9. Recopilat. & dicemus infra capite. 19. & 20.
 Soluant. c. Intelligẽ, integrẽ: licet olim ab emptore & venditore simul pro dimidia parte soluebatur, vt constat ex l. 15. in princ. in quat. gab. quod hodie retinetur in oleo Sibilla distracto. l. 3. titu. 17. lib. 9. Recopilat. Item & congruo loco, & tempore, vt

dicemus infra capi. 4. & cap. 18. Gabellam. d. Alcauala vulgõ dicimus, de cuius natura & origine late egimus supra in prefatione.
 Exigatur. e. Sed qua actione, diximus infra cap. 7. num. 62. vbi in num. 61. accuratẽ egimus, an ipso iure à venditionis pretio diuidatur. Et an iure Poli debeat, & quis ordo iudicialis obseruandus sit, videbimus infra cap. 18.
 Ex singulis denis. f. Quid ergo si pretium venditionis ad decẽ maravedinos non ascendat? Vt quia vno maravedino contrahatur, * quod rectẽ fieri potest, vt ex l. nõ ideo C. de hæred. instit. colligit ibi Angelus, & Barto. in l. si quis ante. num. 2. D. de acquir. posse. & plures allegat Tiraquel. de ret. ligna. §. 1. gloss. 21. num. 7. videtur enim quod immunis sit ea venditio ex traditis per Bart. in l. ita autem. in princ. per tex. ibi. D. de admin. tuto. quod esset magni effectus pro his personis, quæ res minutas & humiles passim vendunt, veluti oua, oleta, herbas, & similia, quarum rerum venditiones * simplarias vocat I. C. in l. si tanten. in fi. D. de edil. edict. vel potius simplarias, vt putat Corrañtis lib. 2. miscella. cap. 24. Sed aliter se res habet: * Etenim verba hui⁹ legis. ibi: *De cada diez maravedis vno* intelligi debent respectiue, sursum versus, vel deorsum, prout expressis dixit l. 2. infra p. xima, ibi: *A respecto de diez vno* que verba dicta sunt non solum ad maiorẽ, sed & ad minorẽ summan: ita vt ex quo cumq; vel minor pretio decima soluenda sit, nisi deficiat aptũ corpus pecunie, in quo soluarur, veluti si res aliqua

B ven.

vedatur pro vno quarto, qui habet
 octo blacas, vt videmus, & tradit Co
 yar. in tract. numism. c. 1. tunc enim
 si vnica venditio fiat, liber erit vendi
 tor non defectu huius gabellarie le
 gis, que generalis est, & oem omni
 no venditionem comprehendit, sed
 ex defectu potestatis soluendi tam
 minuta summa argu. tex. in l. duo sunt
 Titij, ibi: *Non ins desit sed probatio.*
 D. de testa. tutel. ita quod si plures
 minutæ, ac simplariæ ab eodem ven
 ditiones fiat, ex his oibus simul iun
 ctis magna gabellæ summa corradi
 poterit, ac debet: & fiet illud vulga
 re, quæ non profunt singula, multa
 iuuant, ex dicto glo. in l. 2. verb. le
 giti. D. de excusa. tuto. decisioq; est,
 qualiter in his decime exactio fiat
 in l. 7. tit. 7. lib. 9. recop. ergo se
 quitur, quod vnaquæq; minuta ven
 ditio non est in se immunis, alias e
 nim ex pluribus imperfectis non pos
 set perfectum fieri: & ita teneo, licet
 cum prædicta Bart. doctrina tacitus
 transeat Io. Parlado. lib. rcti. quot
 c. 3. §. 7. in prin. & hoc iure vtimur.
Marauedinis. g. marauedinus est
 quarum blancarum summa, quo in o
 mbus ferè computationibus vtij. solem⁹
 Hispani, seu Castellani. Nec enim
 hodie habemus corp⁹ aliquod pe
 cuniæ, quod marauedinus. appelle
 tur, prout notat Couarr. in d. tract.
 numism. c. 1. vbi in cap. 5. latissimè
 agit de antiquioribus marauedinis
 huius Regni: & inquit, quod tempo
 re Regis Alfonsi XI. (hic est, cui pri
 mum ius gabellæ datum fuisse dixi
 mus supra in præfatione) marauedi
 nus constabat sexaginta meaxis, in
 quo valde differt ab eo, quod tradit
 Zamalloa in dicto cõpend. lib. 14.
 in vita prædicti regis Alfonsi, c. 17.
 vbi ait, ius gabellæ seu *Alcaualæ*, ita
 datum fuisse, vt ex quocumq; mara

uedino totius pretij venditionum
 duas meaxas venditor solueret, pro
 ut ante eum quoque tradidit Petrus
 Lopetius de Ayala in Chronica re
 gis Petri anno secundo sui regni. c.
 18. ex quo infert ille Zamalloa vi
 gesimam pretij partem concessam
 fuisse, quia vt ipse ait, quilibet ma
 rauedinus illius temporis quadra
 ginta meaxas continebat. At si ver
 est, sexaginta valuisse, vt Couarru
 uias computat, sit consequens, vt
 non vigesimam, sed trigesimam
 pretij partem concessam esse asse
 ueremus, datis scilicet duabus me
 axis ex quolibet marauedino, pro
 ut datas esse apud omnes in cõfes
 so est. * In qua contrarietate ma
 gis mihi placet Didaci computa
 tio, scilicet eo tempore Hispanum
 marauedinum sexaginta meaxis va
 luisse: & non vigesimam vt ait Zama
 malloa, sed trigesimam potius vendi
 tionum partem datam esse, prout ego
 coniecto tam ex computatione Co
 uarr. quæ ex historia Henrici III.
 Hispaniarum Regis, cap. 21. vbi di
 citur, quod vigesima pars pretij,
 que gabellæ nomine Henrico ter
 tio adhuc impuberi soluebatur, vt
 dixi in præfatione num. 22. erant
 tres meaxæ ex quolibet marauedi
 no: igitur satis constat sexaginta
 meaxis marauedinum constitisse,
 quando quidem vigesima eius
 pars erant tres meaxæ: apparetque
 etiam, quod cum a principio non
 tres sed duæ tantum meaxæ Alfonso
 regi huius Henrici pro auo concessæ
 fuerint, trigesima marauedini
 pars concessa est, vt dixi: hodie ve
 ro decima debetur ex hac lege, &
 ex his quæ supra retulimus in præ
 fatione, dicto num. 22.

h. Totius: h. Generalia sunt verba
 huius legis, & cum totum dicat,
 nihil

nihil excludit. l. Iulianus. alias. l.
 reatorum. 68. deleg. 3. sic vt toti⁹
 pretij conuenti pars Decima solu
 uenda sit absq; deductione impen
 sarum promissitæ, aut alterius onē
 ris, vt dicemus infra cap. 16. & siue
 iustum, siue iniustum pretium sit,
 nihil ad fiscum attinet, modo vali
 da venditio sit semel: & verum sit,
 tanti venditionem fuisse contra
 ctam, quia ex toto illo Decima de
 ducetur, vt dicemus infra cap. 14.
 nu. 17. etiam si præter rem ratione
 temporis, aut ex alia causa pretium
 augeatur, vt dicemus infra cap. 6.
 14. Pretij de pretio. * igitur, & de qua
 titate eius constare debet, vt hæc
 Decima exigatur, alias enim non
 probabitur venditio, vt constat ex re
 solutis per Pipel. in rnb. C. de res.
 ved. 2. par. cap. 1. nu. 7. & 8. quod
 sic intelligo, vbi nulla fraus gabel
 latio fiat, vt quia vterq; corrahēs
 venditionem occultare velit ex.
 l. 11. tit. 17. lib. 9. Recop. & dicem⁹
 infra cap. 13. nu. 18. quo casu ob
 seruanda est. l. 101. in fine. in Quat.
 gabella.

Vendiderint. Igitur vbiq; ve
 rum sit dicere, validam venditio
 nem esse, decimæ fiet locus: id quod
 intelligo siue perpetua vt regula
 re est, siue temporalis venditio sit,
 vt in terminis. l. cum manu fata
 verfi. silua Cædua. D. de contrah.
 empt. & iuxta notata in l. fina. cū
 glossa, ibi, verb. contractus. C. de
 legatis. & dicam infra cap. 10. nu.
 41. intelligo etiā siue rei propriæ,
 siue alienæ venditio fiat, quia res

etiā aliena vendi potest, & est vera
 ac perfecta venditio. l. rem alienā.
 D. de cont. enipt. & resoluit Ant.
 Gomet. 2. tomo varia. resol. cap. 2
 nu. 8. ac proinde nulla dubitatio
 esse potest, quin ex ea regalis deci
 ma debeatur, vt dicem⁹ infra cap.
 14. nu. 23. qui cquid aliud velit
 Caro. Molinæ. in consuet. Paris.
 tit. 1. c. 23. quæst. 10. nu. 36. sed ni
 mirū, * quia nos simplicem actum ven
 ditionis attendimus ex hac nostra
 lege Regia, vt dicem⁹ in d. cap. 14.
 nu. 10. & alibi sepe: at Molinæ⁹ in
 sua cõsuetudine, quam interpreta
 tur, effectum rei inspicit, ita vt do
 miniū fundi venditū manū mutet,
 vt ex ea mutatione per venditionē
 facta. Quintū venditionis Patron⁹
 habeat, quod & ipse passim expli
 cat. Vterius an ab eo, qui actuali
 ter vendiderit, an potius a domi
 no rei venditæ gabella ista debeat
 tur seu exigenda sit, dicemus infra
 cap. 15. nu. 4. Sed & intelligo quo
 que hanc decimam venditionis de
 beri, siue inter viuos, siue in testa
 mento, vel ex testamento venditio
 fiat, vt dicemus infra cap. 16. nu.
 30. & siue res mobilis, siue immo
 bilis, aut res aliquod corpori inhe
 rens vendatur, vt constat ex l. 8. &
 l. 9. tit. 17. lib. 9. Recopil. & nota
 bimus infra cap. 9. cum. l. 3. tit. 18.
 lib. 9. Recop. dum de venditā iu
 risdictione agit, & siue principali
 ter, siue accessorie venditio cele
 bretur, ex traditis infra cap. 16. nu.
 27. & in cap. fin. nu. 39. cum sequē
 ti. sed veniamus iam ad legē. 2.

B. 2 AD

AD L. SECUNDAM. EODEM

Titulo. 17. Lib. 9. Recopilatio.

Legis verba haec sunt.



OR QUE los trueques y las ventas se deuen juzgar por vna misma cosa: mandamos que de todos los trueques que se fizieren de vnas cosas a otras semejantes, y no semejantes, quier interuenga en ello dñeño, o no: que de todo se pague el Alcauala a nuestro arrendador, si el, o cogedor, siendo cada vna cosa apreciada por lo que vale: y que lo aprecie el Alcalde o Iuez que conosciere de la causa de la dicha Alcauala, o otro hombre bueno, a quien el dicho Iuez lo cometiere. y la Alcauala de lo que se montare en ello, a respecto de diez vno, se pague al dicho nuestro arrendador, a los plazos en que se ha de pagar el Alcauala de las ventas: y fo las penas en que incurren los que no la pagan. Hoc est.




ONIAM venditio & permutatio vna & eadem res iudicari debent: a iubemus, quod ex omni permutatione, b qua aliquarū rerū cū alijs rebus similibus, c vel dissimilibus facta erit, siue interuenerit pecunia, d siue non: ex toto e soluaturs gabella cōductori f, regionē collectori, g secundū verū cuiusque rei pretium h, & aestimationem i, que fiet à iudice l de causa praedicta gabella cognoscēte, vel ab altero m, bono viro n, cui praedictus iudex commiserit: o & Gabella illius aestimationis iuxta rationem vnus p pro decem marauedinis praedicto conductori soluaturs q in eisdem terminis, in quibus venditionum Gabella soluenda est, & sub eisdē penis. Hoc dicit.

Summa

Summa sequentis Scholij.

1. **V**er permutatio vicem venditionis obtineat.
2. **D**ubium est, an permutatio nis decima expresse fuerit a Regno concessa, an ex legis extensione solvatur.
3. **H**ispana dictio, Trueque, idem quod cambium significat.
4. **P**ermutatio contrahitur inter duo genera similia, sicut inter species similes.
5. **Q**uomocunq; res pro alia ve detur, ex vtraque debentur decima, siue venditio, siue permutatio sit.
6. **R**ei inestimabilis permutata decima non debetur.
7. **V**nus aestimatoris dicto standum est in materia decima, quicquid alias duo aestimatores requirantur.
8. **A**estimator iurare debet, & si male aestimauerit, succurrendum est parti laesa.
9. **A**estimator eligitur à iudice in hac materia, quod est speciale.



V dicari debent. Nā permutatio vicem venditionis obtinet. l. 2. C. de rerū pe

muta. * Quod ideo esse explicat glossa. ibi: Et doctores cōmuniter, quia multi & idem effectus ex vtroque contractu resultant, nempe causa praescriptionis, eunctio, & redhibitio: sed certē in seipsis similes, ac vicinos esse eos contractus. I. C. ait it. l. 2. d. eodem titu. vnde in alio esse intelligo praedictam similitudinem, & quasi vnā naturam, vt

inquit ista lex: nepe, quia vtriusque contractus vnus est, & idem finis, propter quem à iure gentiū ambo inuenti sunt, scilicet vt vtilia nobis inutilibus acquirere mus, vt elegenter docet I. C. in l. 1. D. de contrah. empt. vtroque enim contractu, siue vendentes, siue permanentes id agimus, vt res nostras non tam vtilis secundū temporum, ac rerum necessitates alienemus, & alienas nobis vtiliores acquiramus: quod in nullo alio contractu ita contingit; prout recte declarat text. elegans in principio titu. 6. part. 5. Ac propterea in multis vnus & idem effectus ex vtraque conuentione resultat, vt notat glossa in dicta. l. 2. C. de rerum permutat. sed adhuc ista similitudinis ratio sufficiens non esset ad hoc, vt quod de venditione dictum erat in praecedenti. l. 1. r. cop. la. ad permutationem extendere- retur, nisi hac expressa lege cautum fuisset, vt notabimus infra cap. 17. in princip. * sic vt non satisfaciam, an à principio expressa Regni voluntate permutationum decima concessa fuerit, sicut & venditionum concessam fuisse constat, an potius legis extensione solvatur. Ex omni permutatione: b Generaliter intellige pro cambio, quod apud nos * Trueque appellatur, & omnem innominatum contractum comprehendit, do vt des. ex doctrina Baldi relata per Co. narruniā in tract. numismatum. cap. 7. nume. 4. versiculo. hac sane ratione. Et dicemus infra cap. 17. vbi in nu. 3. id agimus, B 3 quan

quando istius permutationis gabella deberi incipiat.

Similibus: intellige, siue certa species pro simili specie detur, veluti equus pro equo, vel homo pro homine: * siue genus pro simili genere datum sit, veluti triticum pro tritico, aut vinum pro vino, prout contra alios latius dicemus infra in dicto cap. 17.

Pecunia: intellige, siue pecunie interuentio nouam speciem contractus, nempe venditionis constituat, & permutationis terminus transeat, siue non: * Et enim quomocumque res pro alia re detur, siue venditio siue permutatio fiat, ex vtraque re decima soluenda est, iuxta dispositionem huius l. 2. quæ generaliter loquitur, prout tam late, quam vtiliter explicabimus infra dicto cap. 17.

Ex toto: Nulla ergo deductio facienda est ratione imperarum aut promissi, prout in venditione diximus supra in scholio ad. l. 1. ver. toti.
Conductor & publicanum iura vocant in tit. D. de publica. & explicat l. C. in. l. eum qui. 16. D. de verb. signi.

Collector Is est, qui in vnoquoque loco constituitur, cum tributum istud nomine Regis exigitur ex defectu publicanorum, aut alias. l. 1. ritu. 14. lib. 9. Recopilat. aut cum generalis conuentio est inter Regem & regnum super certa summa soluenda omnium gabellarum ratione, quam **Encabeçamiento** dicimus: tunc enim in quolibet loco qui predictæ conuentionis beneficio gaudere vult, quidam collector huius decimæ nominatur: qui qualiter sit postea de receptis conueniendus, si forte fuerit nobilis: & an iste officium illud te-

neatur inuitus suscipere, dicemus infra cap. 18.

Secundum vero cuiusque rei pretium. Quod estimabitur iuxta l. pretia rerum. D. ad legem Fal. & quæ resoluit Dida. Peretius in. l. 2. tit. 23. lib. 2. ordina. & Duenas in regula. 34.

Et estimationem. Igitur loquitur lex ista in permutatione rerum, quæ estimari possunt: * quò fiet, vti si res aliqua pro alia inestimabili permutetur, decima illius rei non debeat, iuxta tradita per Bart. in. l. 4. §. prætor ait. num. fina. per textum, ibi, & in §. sequenti. D. de damno infecto. & dicemus infra capit. 17.

A Iudice, idè estimat iudex, quia est vir bonus. l. continuus. §. cuncta. D. de verb. oblig. & is erit, quæ declarat textus. in. l. 2. tit. 7. lib. 9. recop. in qua materia pedaneis quoque iudicibus plena datur iurisdictione. l. 1. tit. 9. lib. 3. recopilat.

Vel ab altero. Igitur * vnus estimatoris dicto stabitur in hoc casu: quod speciale est in hac materia: regulariter enim duo sunt eligendi, per rex. in Auth. de nõ alic. aut permut. §. quod aut, ibi, **Duobus per testimonium** collat. 2. si modò haberi queat in loco, iuxta notata per An. Gom. 3. tomo, varia. de delict. cap. 3. num. 28. & Bernar. Diaz in regu. 461. cum additione ibi.

Bono virò. Qui cum in inuitum nominetur à iudice, * iurare debet & cum sacramento deponere circa valorem rei, ex resolutis per Pinel. in. l. 2. C. de rescin. Vend. 3. parte. cap. 4. num. 3. sed & cum vt vir bonus arbitrari & estimare debeat, si iniquè estimet benè poterit læsus petere reductionem ad arbitrium boni viri, ex late resolutis

tis per Caro. Molineum in Consuet. Paris. tit. 1. §. 33. glo. 3. num. 4. Iniquè autem dicitur estimare, si in sexta parte totius valoris errauerit, iuxta Bart. in. l. societatem. §. arbitrorum. num. 25. D. profectio. immò in hac materia quicunque excessus dabit locum reductioni, quia expresse iubet lex, vt in vero sui valore res permutata estimetur, vt probat ibi, **apreciada por lo que vale**. quodcumque ergò damnum siue ex parte permutantis, siue ex parte gabellarij, vel fisci reparari debet iuxta mentem huius legis, & estimator ipse tenetur ad damnum, vt in specie tradit Auilesius cap. 18. prætorum. num. 3.


Iudex commiserit. speciale est, * vt estimator eligatur a iudice, alias enim extramateriam huius legis, estimatoris sunt a partibus eligendi ita, vt vnusquisque suum eligat: idque ita iudex fieri iubet, referuans sibi nominationem in defectum partis cuiusque & tertij quoque

in casum discordiæ: eoque iure vtimur, vt notat Ioã. Garfia de expensis & meliorat. ca. fina. nu. 18. **Iuxta rationem vnus**. P. Intellige sursum versus, ita vt respectiue iuxta computationem vnus pro decem gabella solvatur, licet estimatio rei permutatæ ad decem maravedinos non ascendat, ex notatis supra ad l. 1. verb. ex singulis denis.

Solvatur. 9. Intellige, quod vnus quisque soluat decimam valoris rei quam receperit, quasi ille sit pretium rei suæ, ad similitudinem venditoris iuxta. l. 1. supra, & dicemus infra cap. 17. de loco autem, in quo solui debeat, vide infra cap. 4. num. 30.

Nunc excusis fundamentis, & legibus inducentibus decimam, sic breuiter hoc meo scholio enarratis expeditisque, reliquum est, vt totam materiam tam iuris, quam praxis, per quæstiones & capita, ordinis ac distinctionis gratia, ab-

B 4 IG-



IGNATII LASSARTE ET MOLINA CARACCENSIS

De Decima venditionis, & permutationis (quæ Alcauala nuncupatur)

LIBER VNVS.

Summa capituli primi.

- 1 Venditio malè definitur a Fab. de mōte
- 2 Notatur alia definitio F. Domini Soto.
- 3 Venditionem definit autor, & suam definitionem explicat.
- 4 Refertur elegans animaduersio. F. Dominici Soto ad. l. Labeo. §. contractum D. de verb. signi.
- 5 Ostenditur vera mens I. C. in dicta l. Labeo. per totam.
- 6 quid sit propriè contractus declaratur, exposita dicta l. Labeo. §. contractum
- 7 qualiter venditio a permutatione distinguitur.
- 8 insufficientis ratio est, quam tradit I. C. in. l. i. §. fina. ver. est autem emptio. D. de contrah. empr.
- 9 stipulatio a iure gentium inuenta est, sicut ceteri contractus.
- 10 cur leges appellantur rogationes.
- 11 exponitur textus. in. §. de cōstituta. Instit de actio.
- 12 exponitur. l. ea quæ civiliter. D. de ad. qui. rerum do.
- 13 exponitur. l. quotiens. D. denouatio.
- 14 exponitur. l. i. D. locati.
- 15 exponitur dicta. l. i. §. fina. D. de contra. empr.
- 16 stipulatio plurimum iuris civilis habet præ ceteris contractibus.
- 17 Exponitur. l. si vnus. §. pactus ne peter. D. de pactis.
- 18 Exponitur. l. nisi consentiat. D. de acceptat.
- 19 Cur olim in stipulatione verba solennia requirerentur.
- 20 Exponitur. l. i. §. si quis ita. D. de verbo. obligat.
- 21 Mors Io. Corasij, et gradus Baccalan reatus auctoris sub Stephano Forcatulo egregio doctore Gallo & Tholosano.
- 22 Traditur vera ratio, cur venditio solo consensu perficitur.
- 23 Explicantur aliqua verba definitionis, de qua supra num. 3.
- 24 Locatio sine pecunia contrahi non potest sicut venditio.
- 25 Notatur Io. Corasius in expositione l. naturalis. §. at cum do. D. de præ verbis. & l. i. §. si quis serui. D. de positi.
- 26 Notatur Pinelus in intellectu earum legum
- 27 Laudatur & declaratur animaduersio Pineli ad textum in dicto. §. si quis seruum.
- 28 Permutata cōmodatio rectè appellatur ille contractus, de quo in. §. præterea. Instit. de loca. et ex eo decimanō debetur
- 29 Notatur Pinelus in expositione. l. insulam. D. de præ. verbis.
- 30 Late exponitur. l. & hac distinctio. §. fina. D. locati.
- 31 Exponitur. l. si olei. C. de locato.
- 32 Ponderatur. l. si debitor. §. verisimile. D. de contrah. empr.
- 33 Exponitur. l. excepto. C. de locato.
- 34 Traditur præcipua differentia venditionis & locationis.

Et permutationis. Cap. 1.

11

- 35 Verbum, redemptor, quid significet in pluribus legibus.
- 36 Exponitur. l. sequitur. §. de illo. D. de vsu cap.
- 37 Appellatione venditionis quis contractus contineatur.
- 38 L. i. tit. 17. lib. 9. recop. de sola vera venditione intelligitur.
- 39 Statutum de soluenda gabella ex certo pretio, qualiter intelligatur.
- 40 Merces locationis, pretium quoque appellatur.
- 41 Permutatio quādoque ponitur pro venditione, exposita. l. si ei, & l. ita constante D. de iure dot.
- 42 Absurdum est, quod dixit Menhaca; ex Emphiteusi regalem decimā deberi.
- 43 Cur magis ex venditione & permutatione quā ex reliquis contractibus istud debeat, reprehensio Io. a Medina viro Theologo.

De venditione, cuius pretij decima soluenda est

CAPVT. I.



Quim^o ex præfatis, quæ sit ista Decima, qua de agim^o sed quia primū constat ex pretio venditionis soluendā esse, iuxta l. i. tit. 17. li. 9. Re. vlti^o nosse oportet, quid venditio sit, & qui contractus eius nomine contineantur: quod sanè in hoc primo capitulo pro introductione materie totius operis, accurati^o expediemus. * atqui venditionem definit Fabia. de Monte in tractat. de empr. & vend. in prin. sed eū benè reprehēdit Pinel. in rub. C. de ref. vend. i. parte cap. 3. num. fi. cui magis placet ea definitio, quā tradit Domi. Soto. lib. 6.

de iust. & iure. quæst. 2. art. i. in fine vbi ita definit: venditio est rei proprietio distractio: at verò * mihi displicet ex eo, quod distrahere in casu significatione idem est, quod alienare. l. cū hi. §. si vni. D. de transa. videturq; ita illa definitio factum alienationis rei pro substantiā requirere in venditione, cū tamen vera venditio esse possit absq; eo, quod res vendita distraharur, siue alienetur, vt contingit in eo, qui rem alienam vendit, iuxta l. re alienam, & quæ ibi notantur, D. de cōtrah. empr. & l. i. tit. 5. part. 5. ete nim licet ille sit præcipuus & substantialis finis venditionis, vt res vendita alienetur, ita vt si aliter cōuentum sit, nulla facta venditio intelligatur. l. cū manu fata, in fine D. de contra. empr. eo quod innēta venditio est, ad hoc vt rem nostram min^o vtilem alienemus, & alienam vtiliorem nobis adquiramus, vt tradit elegāter. l. i. in prin. D. de contrah. empr. & notauimus supra in scholio ad l. 2. tit. 17. lib. 9. recopilat. verb. iudicari debent. tamen si ex aliqua causa contingat, alienationem nō fieri, vt quia res tradita non est, vel quia venditor tradens dominus non sit, non idēo min^o vera venditio contrahitur, vt constat ex dicta l. rem alienam. & ex principi. Instit. de obli. ga. ex consenti, ibi: at nec dari quidquam necesse est, vt substantiā capiat obligatio. quia alienatio de natura quidem venditionis est, contra quam pacisci non licet: non tamē de eius substantiā, cum alienatione sublata venditio non deficiat, vt eleganter explicat Io. Corasius lib. 3. Miscella. cap. 10. num. 3.

Vndē ego meli^o sic venditionē diffinio: * venditio est contractus qui

qui solo consensu de re cum certa nummi quantitate commutanda perficitur. In qua definitione & genus & differentia sunt, iuxta tradita per Bartolum, & Doctores in l. i. num. 2. D. qui testa. facere poss. & cum suo definito conuertitur definitio, iuxta. l. i. §. 1. & quae ibi notantur. D. de dolo. *Contractus* est genus in hac definitione, quia innumerabiles penè contractus sunt, ex. §. Ius autem gentium. Instit. de iure natu. & est vltro citroq; obligatio. l. Labeo. §. contractum. secundum communem allegationem. D. de verb. signi. * quam sic bene explicat Dom. Sotus vbi supra. d. questio. 2. art. 1. in prin. vt nō intelligatur, quod predicatio seu locutio illa, *Contractus est vltro citroq; obligatio*, est idētica: ita vt contractus & obligatio ipsa idem sint: sunt quippe diuersa tanquam mater & filia, nam ex contractu obligatio nascitur. l. i. D. de actio. & obliga. sed quod est causalis: quia scilicet ex contractu emergit, atque dimanat obligatio, vt ibi quoq; Alciatus notat.

At ego * vltra eos animaduerto, quod in d. l. Labeo. vers. contractum. non definitur contractus, sed declaratur propria significatio huius verbi, *contrahere* sicut & illorum verborum *agere*, & *gerere*, & inquit I. C. quod agi dicitur illud, quod verbis vel numeratione fit, veluti stipulatio, mutuū, depositū & commodatū. *contrahi* autē dicitur obligatio vltro citroq; procedēs, quia *contrahere* verè & propriè significat hinc inde mutuū & vicissim trahere, & in vnū colligere seu cōgregare, vt notat Alciatus in dicta l. Labeo. verb. contractū in fine. & Calepin. in dictionario. verb. cō-

traho. eiusmodi autē obligatio est, quae procedit ex venditione, locatione, & societate, in quibus mutua est & reciproca obligatio hinc inde nascens. *geri* verò dicitur, vt nudum factū habet, vt vbi explicat glossa. Ceterum licet verbum illud, *contraho*, de mutua & reciproca duntaxat obligatione propriè dicatur, non ideo magis notat I. C. in dicto vers. *contractum*, generale & ciuile nomen, *Contractus* ad omnem actum & conuentionē, ex qua siue simplex siue reciproca proficiscatur obligatio, propriè adaptari: quia de hoc verbali nomine nulla ibi erat disputatio: aliās enim expressè dixisset I. C. *contractus* non esse mutuū & depositum, & quēcumq; alium actum, qui re celebratur, cū sub verbo *agere*, ad differentiam verbi *contrahere*, eos actus & conuentiones cōprehenderit in principio illius legis vers. & actū quidem. quos tamē propriè contractus esse liquido constat ex dicto. §. ius autem gentium. in fine.

Institut. de iure naturali. * Itaq; in summam dico, quod quamuis verbum, *contraho*, cam propriam significationem habeat, de qua in dicto vers. *contractum*. Nomen istud *Contractus* iam in illam ex loquo vsu, & antiquo omniū literatorum consensu significationē abijt vt omnem conuentionem significet, ex qua ciuilis aliqua obligatio nascitur, siue re, siue verbis siue consensu fiat. §. fina. Instit. de obligat. & l. i. in principi. D. de actio. & obligat.

Ex qua optima animaduersione placare poteris omnes difficultates, quae propter tex. in dicta. l. Labeo. vers. *contractum*, exoriri solent

lent apud scribentes in l. i. D. de verb. obligat. & alijs in locis. dubitates, qualiter eum in stipulatione, mutuū, deposito, & alijs, non reciproca & duplex obligatio sit, sed simplex, vnus scilicet qui se obligat, contractus dici queant, vt aperte appellat I. C. in l. certi conditio §. quoniam. D. si cert. pot. Et enim facillimè dic, ad esse tiam contractus nō requiri vltro citroq; obligationem, sed vnicam sufficere: quia illa obligatio reciproca & duplex solum reperitur, & est in contractibus, qui consensu fiunt: in reliquis autem, qui re & verbis celebrantur, vnus obligat, & alter obligatur: & haec est vna nec minus praecipua differentia, quae inter eas obligationes à Iustiniano constituitur in §. item in his Instit. de obligat. ex consensu. vbi Theophilus rectissimè, & laudè explicat, quicquid gloss. ibi, & doctores aliter nec bene interpretentur. atqui hanc eandem differentiam significat, & docet I. C. in dicta. l. Labeo. ostendēs, quod obligatio re, aut verbis celebrata propriè agi dicitur: quae verò vltro citroq; nascitur, contractus esse appellatur, eo quod *contrahere*, vltro citroq; ac mutuū trahere significet, vt explicui: Ceterum quin vtroq; casu, siue re, siue verbis, siue consensu obligatio fiat, contractus proprius ac verus celebretur, & sit, iuxta receptā & antiquam huius verbi significationem, Iurisconsultus nō negat nec agit: nam verbum illud *contrahere*, de quo in ea. l. Labeo. vers. *contractum*. participium est, sicut & actum & gestum, de quib' in eadem lege, non autem accusatiuis huius verbalis nominis, *Contractus*, prout videtur accepisse, ed.

Sed vt ad nostram venditionis definitionem reuertam, ideo diximus. *Qui solo consensu perficitur* * vt venditionē à permutatione distinguere, quae licet & nummum & rem aliquando habeat, sicut venditio, vt probatur in l. si cum ibi notatis per Doctores. D. de condi. causa dati. nō ex consensu tamen, sicut venditio, sed ex re tradita initium obligationi praebet. l. i. D. de rerum permut. & dicemus, infra cap. 17. ideo verò emptio & venditio consensu peragitur, quia iuris gentium est, vt videtur praecipere Iurisconsultus in l. i. §. fina. vers. est autem emptio. D. de contrahen. emptio. * Sed insufficiens quidem ratio est, vt patet in mutuū, deposito & alijs, qui iuris quoq; gentium contractus sunt. l. ex hoc iure. D. de iust. & iur. & tamen non solo consensu, sed & re quoq; peraguntur, text. in prin. Instit. quibus more contrah. oblig. & notatur in l. iuris gentium. in prin. D. de pactis. sic & stipulatio non solo consensu, sed verbis contrahitur siue agitur, vt probat. l. i. vbi omnes notāt. D. de verb. oblig. & quāuis in praedicta. l. ex hoc iure & in §. ius autem gentium. Instit. de iure nat. post Accursium dicāt interpretes, inductā esse eam à iure civili, * expressè illam I. C. iurigenitiū attribuit, ac proinde à feruis fieri permittit in l. an inutilis. §. fina. D. de acceptilat. vbi de acceptilatione tractatur, quae est stipulatio liberans debitorem altera stipulatione obligatoria procedente. §. item. Institut. quibus more tolli obligat. vbi praecedēs illa stipulatio in ducta fuit à Gallo Aquilio, qui fuit tempore Ciceronis, vt scribit ipse lib. 3. de officijs. Vnde

de multo magis simplex stipulatio erit iuris gentium, quod est antiquius iure civili. §. singulorum. Instit. de rerum diuis. & tantum abest, ut stipulationem induxerit lex, quod contrario lex antiqua & propria edita sit per stipulationem, quia populus interrogabatur a Magistratu, an legem ratam haberet. §. lex est. Instit. de iure natura. *Vnde a Marco Tullio leges sapere appellantur Rogationes, & a I. C. in l. 2. §. exactis. D. de orig. iuris & l. 1. in prin. ibi: *Post hanc legem rogata*. D. ad leg. Falcid. lexque ideo communis sponso populi definitur in l. 1. D. de legibus. Quod videtur intellexisse Pinelus, nec aduertisse satis aliud agens, in Rub. C. de resc. vend. 1. parte. capit. 1. num. 26. ubi ingenuè fatetur stipulationem inuentione sua iuris gentium esse: quis enim, inquit, asserere audebit ante ius civile nunquam inter homines contigisse, ut interrogando & respondendo conuenirent?

11 Nec *obstat tex. in §. de constituta. Instit. de actio. ubi qui constituit se debitorem per stipulationem, iure civili tenetur. quia ubi non de ipsa stipulatione queritur, sed expressè de actione, quæ oritur ex stipulatu, ut Titulus de actionibus declarat, & text. in §. sed ista & §. in personam. eod. tit. ubi omnes actiones sunt a iure civili, sed actio ex stipulatu est a iure iure civili ad differentiam actionis de constituta, quæ est a iure civili pratorio.

12 Nec *etiam obstat tex. in l. ea quæ civiliter. D. de acquir. re. domi. ubi per stipulationem acquirit seruus nobis civiliter: quia non propterea stipulatio est iuris civi-

lis sed ipsa adquisitio est civilis id est, intellectualis, quæ ipso iure fit, nullo rei corpore interueniente. Nam si seruus stipulatur, statim actio & obligatio acquiritur domino ipso iure. l. placet. D. de adqui. hæred. atque idem erit, si locet, vel vendat, vel ex quacunque alia causa acquirat. §. item vobis: Instit. per quas personas no. qui. nec ideo emptio & venditio, aut locatio, & conductio, vel alij contractus iuris civilis sunt. Itaque quod dicit rex. id dicta. l. ea que intelligere debes, quæ civiliter acquiruntur, id est, intellectualiter & ipso iure sine aliquo facto corporis, per nosmet ipsos, vel per eos duntaxat, qui in potestate nostra sunt, nobis acquiri: veluti stipulationem. Et addere posset I. C. locationem & venditionem, & alios contractus, qui consensu contrahuntur. §. vnico. Instit. de obligat. ex consensu. Quin immo nec ipsa adquisitio, quæ per seruum fit, iuris civilis est, sed potius iuris gentium, nam apud omnes gentes per quem custoditur. §. in potestate. Instit. de his qui sunt sui vel alle. iuris. quæ verò naturaliter, id est, corporaliter & rei interuentu acquiruntur, iuxta tex. in §. per traditionem. Instit. de rerum diuis. etiam per liberam personam nobis acquiri veluti possessionem. l. 1. C. de adqui. posse. quæ nedum intellectualiter & animo, sed corpore acquiri solet. l. 1. D. eod. tit.

13 Denique *non obstat. l. quotiens. D. de nouatio. ubi de portatus capax non est stipulationis, cum tamen capax sit omnium contractuum, qui a iure gentium inuenti sunt. l. quidam sunt. 17. D. de poenis. Et tradunt Doctores in l. si ma-

l. si mandauero. §. is cuius. D. mandati. nam respondeo cum Bartolo in d. l. quotiens. ratione esse, quia de portat^o liberatur ab omni obligatione iam contracta, vel contrahenda ex causa de præterito, ut in l. si debitori. 47. D. de fide. iussio. secus autem, si cum iam deportatus esset, se obligaret, quia tunc tenebitur naturaliter ex omni contractu.

14 Rursus *non obstat. l. 1. D. locati. ubi ex eo, quod locatio est iuris gentium, verbis non contrahi dicitur in hæc verba: *Locatio, & conductio cum naturalis sit & omnium gentium, non verbis sed consensu contrahitur sicut emptio & venditio*. Atqui ita videtur, quod cum stipulatio verbis fiat, iuris gentium esse non possit. Sed ea verba sic interpretor, ut non ex eo, quod sit naturalis, concludat I. C. verbis non contrahi locationem cum nec præter naturam verba sint: sed hoc solum dicere, quod locatio & conductio, ultra quod est iuris gentium, & illud quoque, quod solo consensu perficitur, sicut emptio & venditio. In quam rem facit locutio tex. in l. mulier. D. qui potiores in pig. hab. ubi creditor habebat debitorem & rem pignoratam: & inquit I. C. creditor cum posset hæredes conuenire idoneos, ad rem venit: hoc est, ut patet, creditor, posito, quod posset hæredes conuenire idoneos, ad fundum venit. Ita & in dicta. l. 1. sic dicitur: *locatio & conductio cum naturalis sit & omnium gentium, non verbis, sed consensu contrahitur: hoc est, locatio, posito quod est naturalis, ultra sciendum est, quod non verbis sed consensu peragitur: nam etsi naturalis sit, bene posset verbis contrahi, ut stipulatio, quæ est iuris gentium, ut diximus.*

15 Vltimo *non obstat tex. in l. 1. §. fina. D. de contrah. empt. ubi dicitur, quod emptio est iuris gentium & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium, & per literas. quod videtur dictum propter stipulationem, quæ prædictis modis contrahi nequit. §. in ter absentes. Instit. de inutili. stipulat. sed profecto literam illius legis præposterè scriptam esse intelligo: nam dum tex. ille dicit, est autem emptio iuris gentium, & ideo consensu peragitur. insufficientis ratio est, ut patet in mutuo, deposito, & alijs, qui iuris gentium contractus sunt, & non solo consensu, sed & re quoque contrahuntur. ut aduertit supra. nu. 8. ideo sic lego eum tex. est autem emptio iuris gentium, & consensu peragitur, & ideo inter absentes, &c. prout loquitur tex. in prin. Instit. de obligat. ex consensu.

16 Verum tamen est, quod plurimum iuris civilis habet stipulatio præ ceteris contractibus, ad hoc ut firmissima esset, & firmaret reliquos contractus per se infirmos. l. ex placito. C. de rer. permut. effectu nouationis a iure civili tributo. quo fit, ut etiam præcedentem obligationem tollat ipso iure, vel in aliam transferat, iuxta l. 1. & totam tit. D. de nouat. & de acceptilat. propter quod in stipulationibus ius contineri dicimus, in pactis autem factum versari, quia pactum nudum non corroboratur a iure civili, sed relinquitur in suis terminis, & intra meri facti cæcellos, * & hoc est quod tradit. l. si vnus. §. pactus ne. D. de pactis. prout ex Alcia. in l. quinque pedum. C. finium regum. explicat Caro. Mol. in tract. diui. & indi. in prin. n. 10. & vide Io. Cor. h. 2. miscella. c. 16. Hinc etiam factum est eo iure, ut quauis quibuscumque verbis contracta

Stipulatio iure gentium valeret, solennia tamen verba traderentur, ut non nisi illis contracta teneret stipulatio, quæ refert Iustin. in. §. in hac re olim. Instit. de verb. obliga. veluti, spōdes? spōdeo: promittis? pmitto: nec talis valebat stipulatio: spōdes? pmitto. aut pmittis? spondeo. quam solennitatē substituit Leo. in. l. oēs. C. de cōtra. stip.

Ex qua antiqua obseruatione*, 18 ego intelligo rex. elegantem in l. nisi consentiat. D. de acceptilat. in quo antiquam illā obseruationē sublatam non esse existimo per prædictam Leonis constitutionē: semel quia alia hæc dispositio est in d. l. nisi cōsentiat. tum propter rationem illius legis, ibi, *quia verbis verba, ea demum resolui possunt qua inter se congruunt*: inquit ergo rex. quod nisi cōsentiat acceptilatio cū obligatione, hoc est, nisi cōsonēt, eadēq; prorsus verba sint acceptilationis & obligationis præcedentis, imperfecta liberatio est. Puta ita stipulatus sum in obligatione: spondes? tu rectē dixisti, spōdeo: iuxta antiquorū obseruationē in d. §. in hac re. aut certē dixisti pmitto, iuxta constitutionē d. l. oēs. C. de contrah. stipu. postea cū vellē acceptū tibi ferre iuxta primā responsionē, cū dixisti, spōdeo, ita à me stipulatus es: q̄ promissi tibi, habesne acceptū? habeo: nulla quidē acceptilatio est. Idēq; erit si cū dixisti, promitto in obligatione, postea in acceptilatione ita fueris stipulatus: quod spopōdi tibi, habesne acceptū? habeo: ratio est planissima, quia quod in acceptilatione deducitur, verū nō est, nec ita acceptilatio consonat cū obligatione, proindeq; nec valida est, nec te liberat. Etenim interrogas q̄

promissisti, & debes quod spopōdi tibi, aut ecōtrario: atqui ea demum verba verbis resolui possunt, quæ inter se congruūt, ut ait d. l. nisi cōsentiat. Nam sicut re cōtracta obligatio, verbis nō tollitur. §. 1. Instit. quibus mo. tolli. oblig. ita nec diuersa verba verbis alijs tolluntur: quam verborum consonantiā rectē obseruauit Aquilius in sua acceptilatione, de qua in d. §. 1. istudque est quod elegāter scripsit I. C. in d. l. nisi. qui de verbis solū vt parer, nec de re agit, vt pessimē glo. & Bart. acceperūt. cessat verō hodie iure regio propter generalē decisionē. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat.

Itaq; licet iure gentiū, vt dixi, qui buscūq; verbis contrahi posset stipulatio: *Ea verba solēnia lex ciuili elegit, vt stipulationis contractū cautiōrē efficeret, cum nō satis videretur ad interrogationem aduertisse is, qui vt responderet, noua verba exquireret superuacuo: aut quia eisdem verbis respondēs, cautiūs & consultō magis respondisse videatur.

20 Nec*obstat tex. difficilis. in. l. 1. §. si quis ita. D. de verb. obli. vbi si ita stipuler, spōdes? & tu respōdes, quid ni? stipulatio valet. Et tamen illud verbū, *quid ni?* relātū non est inter solenniavēba stipulationis, de quibus in d. §. in hac re. Aliquid quod Leo fecit in d. l. omnes. Vlpiano attribuūt in d. §. si quis ita. contra Iustina. in d. §. in hac re. & quibus est Io. Cora. in d. §. si quis. 21 nam. 2. *qui miserimē occisus est Tholosæ Regni Frācie, paulō antequā ego gradū Baccalaureatus acciperē in ea ciuitate ab Stephano Forcatulo egregio doctōre. sed illud quidē dictū falsum est, vt constat ex codē Vlp. in. l. qui autē. §. si. D. de

D. de constit. pecu. vbi dum dicit constitutum quibuscūq; verbis fieri posse, ad differentiam stipulationis dixisse, luce clarius est, aperteque inde demonstrasse, stipulationis solennia circa verborum conceptionem suo tempore vigere adhuc. Vnde rex. in dicto. §. si quis. ergo sic interpretor, quod vbi ita stipuler, decem mibi dabis: Et tu dices, quid ni? planē subintelligitur verbū dabo, quasi dicerēs, cur nō dabo? arg. tex. in. §. præterea. vers. nam si hoc. Instit. de inutili. stip. & §. quotiēs plures. cō. tit. nec ea qui demerit præcipua I. C. dubitatio, quā bene disputat Alciatus in cōdem. §. si quis. sed quia tradiderat idē Vlpia. in. §. qui præsens. eiusdem legis primā. in contrahenda stipulatione interrogationē & responsionem congruam necessariā esse, prout apertius tradit text. in prin. Instit. de verb. obliga. & l. 1. vers. verbis. D. de act. & oblig. videbatur in dicto. §. si quis. Quod si interroganti decem dabis? Respondisses, quid ni? vel cur non? aut qd ni dabo? inutilis stipulatio contraheretur, quasi duas interrogaciones, & nullam responsionem contineret. Verū Vlpianus ait rectē valere: ratio est, quia interrogādo respondetur, prout respondet I. C. in. l. vxorem. §. concubina. deleg. 3. & l. si longius. §. fina. D. de iudi. eius. Et testator in. l. Pamphilos. §. propositū. deleg. 3. & tradūt Bart. & doctores in dicto. §. si quis. Vnde rectē valet illa stipulatio, quia quāuis nulla verba responsionis fuisse videantur, verum est, eum respondisse, & quidem verbis: quod non esset, si sine verbis responderet, veluti annuendo.

22 Itaq; * vt cō, vnde egressa est, no

stra reueratur disputatio, emptio, & venditio solo consensu perficitur, non quia iuris gentiū est, vt videbatur innuere d. l. 1. §. si. D. de cōtra. empt. sed quia ita gērium iure, vsuq; receptum fuit, vt cum de re & pretio parē cōuenisset, emptio & venditio essentialiter intelligeretur esse perfecta, quāuis nec traditio rei, nec solutio pretij subsequeretur, vt latē agemus infr. cap. 3. per totum.

23 Ceterum* in prædicta definitione adieciimus ea verba, *de re cum certa nummi quantitate*: quia rei nomen generale est, tā rerū corpora, quā alia quæcūq; iura comprehendens, l. 1. in fine. D. si cert. pet. & l. rei appellatione. D. de verb. signi. quorū omnium venditio esse potest, vt dicemus infra c. 9. & certū esse debet pretium venditionis. §. pretiū aut. Instit. de empt. & vend. nūmus verō ex Calpino magis significat pecuniā numeratā, in qua pretiū esse debet, quā ipsūm pecuniā nōmē, quod generalius est. l. 2. §. item mutuū. D. si cert. pet. & l. pecunia. D. de verb. sig. atqui huius nūmi materia forma publica peca, vsus, dominiumq; non tā ex substantia præbet, quā ex quantitate, vt tradit tex. in. l. 1. D. de cōtra. empt. secundū elegantē Caroli Molinēi expositionē in tract. de vsur. q. 92. ex nu. 694. quæ quātitas & de cyno vel minimo nūmo rectē dicitur, in quo potest cōtractus iste venditionis consistere, ex notatis per Tiraq. de retra. ligna. §. 1. glo. 21. ex prin. & diximus supra in Scholio ad. l. 1. nu. 9. verb. *ex singulis demis*. tit. 17. lib. 9. recopilat.

Commuranda, ideo diximus, vt hoc vno verbo venditionem à locatione distinguerē: nā in reliquis

partibus definitionis supra relatis ambo contractus eque conueniunt. * Etenim locatio & conductio solo consensu perficitur, & rem ac nūmum necessariò habet, sicut emptio & venditio, iuxta communem glossarum & doctorum sententiam, vt probat tex. & ibi glo. in l. naturalis. §. at cum do. versi. si res. D. de præf. verbis. glo. in l. si olei. C. de locato. & in princ. Instit. de locat. & in l. i. §. si quis seruum. per tex. ibi. D. depositi. & in l. 2. verb. mercede. D. locati. Bart. & doctores communiter in dictis locis, & vbique: vt resolu. Anto. Gom. 2. tomo. varia. resolu. cap. 3. nu. 3. qui omnes ita tenuerunt, mercedem in pecunia numerata de substātia locationis requiri, nec aliter locationem dici posse, sicut sine nummario pretio venditio non est. l. i. in princ. De contrah. emp. & ab hac verissima & receptissima sententia nemo discrepauit, præter Io. Coraf. lib. 2. miscella. cap. 11. quem libenter sequitur, & adiuuat Pinelus in Rub. C. de rescin. vñdi. 2. par. c. 3. ex nu. 29. sed certè dum contrariorum iurium difficultatem vterq; fugit, ab ijs, quæ communem sententiam probant, explicare se nequiuit, vt erat impossibile.

25 Etenim * dum Coraf. existimat in dicto. §. at cum do. & in d. §. si quis seruum. Pecuniæ nomē pro quacumq; re, non verò strictè pro pecunia numerata accipiendū esse iuxta l. pecuniæ. 178. & l. pecuniæ. 222. D. de verb. signi. nedum durum, vt agnoscit Pinel. vbi sup. nu. 33. sed & absurdum est: quia tunc demū pecuniæ nomen generale est, cū pro tota hominis substātia ponitur, iuxta illud rustico-

rum dictū de quo in l. si chorus. §. 1. deleg. 3. in cōtractibus verò, & vltima voluntate, vel amplissimè pro ijs ponitur pecunia, quæ pondere, numero, & mensura consistunt, l. 2. §. itē mutuū. D. si cert. pet. & l. talis scriptura. 30. in princ. deleg. 1. notat Tiraq. de retra. ligna. §. 1. glo. 14. nu. 42. iuxta quod vel id saltem colligendum esset ex d. §. si quis seruum. locationem nō cōtrahi, cum specificum aliquod corpus datur, putā equus, aut vas, vt aliquid facis. quia species istæ pecuniæ appellatione in contractibus non continentur ex dictis iuribus. Atqui inter talem conuentionem, & illam, cū triticum, aut oleū, genus vè aliud do, vt aliquid efficias, nulla quidem differentia potest cōstitui, nec viri illi doctissimi constitutere voluerunt: vt constat de Pinelo in præallegato loco, nu. 36. dū conatur aliter respondere ad l. insulam. quam ipse pro cōmuni ponderat. D. de præf. verbis. vbi insula, & sic species, vt alteram insulam reficeres, data est: & non fuit locatio.

26 Sed * & præterea dum Pinel. tētat respondere ad tex. in d. §. at cum do. satis ex eius resolutione apparet, quod non tā illi satisfacit, quā eum obscurat, ne veritas communis sententiæ ex eo elucescat, & clarissimas illius textus aquas & verba cōturbat Camellorū more, ne defectus suæ sententiæ detegatur. nec euitare potuit sine violatione vim illorum verborum, de quibus in d. §. si quis seruum. versi. quod si. ibi: *sed quia pecunia non datur*, quāuis verissimū est, * quod benè considerat circa cum tex. nēpe talem fuisse contractum de quo ibi: vt etiā si merces locationis in quacumq; re præ-

ter

ter pecuniam posset consistere, vt ipse putat, adhuc in eo genere cōventionis dici non posset locatio nem esse contractam. Cuius rei ea est planissima ratio, licet Pinelus non satis explicet, quia si do tibi seruum vtendum, itā vt eum custodias, quæ est species text. in dicto veri. quod si. duo extrema sunt in ista conuentione, quorum neutrum potest esse merces, quin potius res ipsa locata: nam si ego dedissem tibi seruum illū vtendum pro pecunia, quā mihi dares, seruus ille locatus foret: atqui etiā, si vt seruum illū meū custodires, pecuniā tibi dedissem, dubiū non est, quin opera & custodia tua locaretur. Igitur coniunge has duas res locatas, & effice, quod seruum meūdem tibi, vt eū custodias: & certè omnino deficiet merces ex vtraq; parte, quia immò vtrinq; datur, & præstat res, quæ locari solet, & ita potius erit, facio vt facias, quā locatio, quæ & rem & mercedē requirit. l. 2. D. locati. quemadmodum si rem aliquam tibi vtendam siue fruendam dederò, & inuicem à te aliam vtendā siue fruendā acceperò, locatio & cōductio nō est, sed propriū genus innominati contractus, vt probat tex. in d. §. præterea. Insti. de locatione. cū ex eo quod pecunia nō datur, vt inquit tex. in d. §. si quis seruum. tū quia ex vtraq; parte proficiscitur talis res, vt nō satis cōstet, quæ locata sit, & quæ mercedis nomine detur. Vtramq; verò & locari, & mercedis nomine datam videri, ratio nō patitur prout in vñditione dictū est iuxta sententiā Proculi in d. §. itē pretiū. Instit. de emp. & vñd. & l. 1. D. co. tit. & quāuis text. in d. §. præterea, nullo proprio nomine istū cōtra-

28 etū insignierit, * rectè eū permutatione cōmodationē appellat Do. Soro lib. 6. de iust. & iur. q. 2. art. 1. in secūda cōclu. ex quo sepissimè respondēdi Regiā gabellā non deberi, quia nec vñditio, nec permutatio est, ex quibus solis hoc tributū dimanat: quod valdè nota, est enim frequentissim⁹ ille cōtractus inter rusticos, qui solēt adinuicem prout vñtē tempore res immobiles vtēdas & fruēdas dare, atq; recipere.

29 Rursus * nō satisfacit Pineli respōsio ad dictā l. insulam. D. de præf. verbis. dūm ait, ex eo locationem nō esse, quod qui insulam recepit, vt aliam reficeret, artifex nō erat: nec diuinare se putat, quia nō minus diuinabit, si artificē fuisse credit, sed quamuis itā sit, vt Pinelus vult, dubitari nō potest, quin siue itā recipias, vt tu ipse facias, siue vt cura & expensis tuis fiat, cōtractus ille sit, dovt facias, quia vel in hoc saltem recipis, vt facias per alios fieri: in quo tuum quoq; factū vertitur. §. si quis alium. Instit. de inutili. stipulat. ergo si rem dare ad locationē sufficit, locatio erit in d. l. insulam. quia do vt facias, & succedit regula text. in d. l. naturalis. §. at cum do. D. de præscri. verb. quod cum neget. I. C. dices, civili incerti actione agendū esse, religio est, vt cōtrariū probēt viri illi doctissimi aliquorū iuriū difficultate superati, quibus nō satisfacit Menesius in d. l. naturalis. §. at eū do. quamuis ab eorū nouitate rectè discesserit. ergo ea iura difficiilia, quando locus & ratio postulat, explicemus.

30 Et primo * non obstat text. in d. & hac distinctio. §. fina. in fine. D. locati. vbi inter duos, qui singulos proprios fundos habebant,

ita conuenit: ut alter alterius fundum sic conductum haberet, ut fructus mercedis nomine pensarentur, quia vltimum istud verbum, *pensarentur*, satis exprimit veritatem glossellæ ibi, verbum mercedis: quæ ita explicat, id est, conueniat, ut scilicet isto modo contraxerint, quod alter alteri fundum suum proprium locaret certam mercedem in pecunia numerata; ut necessarium, & regulare est: sic tamen conueniunt, ut alter ab altero ita conduceret, ut fructus vniuscuiusque fundi in alterius conuentam mercedem compensaretur; siue quidem plurimum, siue pauci ex altero quocumque, fando colligerentur. & hæc sunt species illius legis: ita, ut aperte fallatur Pinel? vbi supra, nu. 29. quia reprehendit glossam illam, dum putat: Iuriconsultum referre primam locationis conuentionem, non aliam de soluenda mercede: quod est contra verbum illud, *pensarentur*, quod & compensare significat, ut ex Valerio Maximo lib. 1. tradit Galepinus in dictionario. verpeno: & est text. expressus in l. quod si artificem. D. de rei vendicat. Vnde cum conuentum esse dicat. C. ut fructus vniuscuiusque fundi locati, cum mercede alteri pensarentur, clarum & necessarium est, mercedem conuentam supponere: cum qua fructus forent compensandi: est enim compensare, vnum pro alio contribuere. l. r. D. de compensat. itaque circa eum text. in dicto §. fin. notandum est, quod triplex potuit esse conuentio. Prima, si ita conueniret, ut modo dixi factum fuisse iuxta verum intellectum glossæ ibi, verbum mercedis, & tunc vera & perfecta locatio est, & mercedum compensatio, ut dicitur

pleni. Secunda, si ita conueniret, ut alter haberet fundum alterius, pro fructibus fundi, quem ipse alteri daret, ut factum fuisse existimat Pinelus, & tunc non locatio erit, quia deficit pecunia, sed innominatus contractus facio ut des, vel do ut facias. Tertia, si ita conuentum foret, ut ego habeam fundum tuum utenda siue utenda, & tu meum aliquo certo tempore; & isto casu erit innominatus contractus, facio ut facias, quem permutationem commodationem supra appellauimus, & de quo est text. in §. preterea. Instit. de locatone. **31** Secundo iuxta hanc verissimam interpretationem ad text. in dicta l. & hæc distinctio. * recte potest ac debet intelligi text. in l. si olei. C. de locat. cuius autoritate precipue mouentur Corasius, & Pinelus in preallegatis locis, ut contra communem tenent, ex eo quod videatur in ea lege, certa olei ponderatione fructus vnius anni locatos esse, hoc est, fundum pro vno anno locatum esse, ut explicabimus infra cap. 2. nu. 39. & quidem sine pecunia, sed pro certo oleo, ut dixi, & tamen vera locatio dicitur, ac bonæ fidei contractus, ita ut merito displicere debeat communis glossæ, & Bartoli intellectus ad eam legem, idum putant ibi non locationem, sed innominatum contractum fuisse: quod ut defendant, plurimam suppleunt, quæ nullatenus admitti debent. Vnde ego sic melius interpreto, quod cum ea lex expressè dicat, certa olei ponderatione locatum esse fundum, eo sic modo intelligenda est, quò fieri potest: nòpè, quod postquam certa mercedis summa in pecunia numerata statuta est ad per-

ad perfectam locationis essentiã, conuentum fuit, ut certa olei ponderatione loco solueretur: quo supposito (scilicet, quod rectè & iuxta iuris regulas ea certa olei ponderatione locatio contracta est, & nisi aliud obsistat) Imperator responderet contractu bonæ fidei non esse recedendum, iuxta verba text. in l. qui testamento. in prin. D. qui testa. face. poss. potest autem illud fieri, uti dixi, in d. l. si olei iuxta terminos & conuentionem text. in d. l. & hæc distinctio. §. fina. secundum verum intellectum glossæ ibi, de quo supra. D. locati, & l. sed addes, §. si dominus. D. cod. titu. **32** Eamque verissimam expositionem necessario conuincit * ex text. in euitabili in l. si debitor. §. verissimile. D. de contra. empt. vbi similiter fructus oliuæ pendentes pro decem pondo olei venditi sunt, si eum locati in dicta l. si olei, vbi iam nostra hæc expositio necessaria est: nec tærabunt Corasius & Pinelus, an & venditio quoque sine pecunia numerata contrahi possit iuscitata Casij & Sabini sententia in l. r. D. de contra. emp. quod cum disputatum satis in venditione esset, satis se quoque explicuisse putauerunt Iuriconsulti, idem esse in locatone, dum dicerent locationem proximam venditioni esse, iisdemque iuris regulis consistere. l. r. D. locati. ut destructa omnino sit vrgens Pineli suspitio, quam ipse memorat vbi supra. num. 3. & versum mihi etiam. Nec in moretate, quod in dicta l. si debitor. stipulatio est interposita: quia certè nihil interest, an stipulationem, an verò pacto in continenti posita illud fiat, iuxta hanc

tata in l. iuris gentium. §. quin immò. D. de pactis. solum aduertere, quod ibi dicitur pretium constituisse venditorem ex eo, quod natum esset, usque ad decem pondo olei: ita ut rectè, aliud agentes, scilicet de validitate contractus non dubitantes, possimus dicere, fructus oliuæ venditos esse se pro decem pondo olei in dicta l. si debitor. sicut & locatos esse dixit Imperator in dicta l. si olei. C. de locato. **33** Tertio * non obest text. in l. excepto. C. de locato. quia non video, cur admittenda non sit expositio glossæ, ibi. verbum fructus. in 2. expositione. vel intellige, secundum que supra diximus ad dictam l. si olei. eo. titu. & l. & hæc distinctio. §. fina. D. eo. etenim cum in prædicta l. excepto de qualitate, & validitate contractus non dubitaretur, sed de exactione debiti ex ea causa, sic debemus intelligere locationem factam, ut de iure teneret. nam cum certissima iuris regula statuta sit in dicta l. naturalis. §. at cum do. inciuile est contra eam insurgere ex ijs, quæ obiter Imperatores tradiderunt, ad id solum respondentes, de quo consulentes dubitarunt. Cætera autem, quæ pro sua opinione Pinelus considerat, leuiora sunt, quam ut eis oporteat satisfacere. **34** Igitur * hac vna & præcipua differentia locatio & conductio à venditione separatur, quòd licet solo consensu perficitur, & re & nummo contrahitur, sicut venditio, ut supra resoluiimus, non fit tamen, ut commutatio fiat, quia dominium rei locatæ apud locatorem manet. l. non solet. D. locati. l. tenent. principaliter, iuxta ea

que latissimè resoluimus infra cap. 2. per totum. Venditio vero rem venditam alienat. l. cum mansata. D. de contrahen. emptio. saltem in hoc inuenta est, vt rei alienæ dominium nobis adquiramus, vt constat ex dicta. l. 1. in princi. D. de contrahen. emptio. & diximus supra hoc eodem cap. num. 2. & hoc est, quod adnotare volumus in eo verbo, *commutanda*, de quo in prædicta venditionis definitione, nempe vt venditionem à locatione distincta esse ostēderemus, idq; quoad Regalis decime effectum, in pluribus quæstionibus inferiùs apparerit dicto cap. 2.

35 Quamuis * verum est, quod antiquius hoc verbo, *emere* facile in locationibus veteres utebantur: nam vt ex Festo Calepinus ait in dictionario. verb. Redemptor propriè atque antiqua consuetudine redemptores dicebatur, qui cum faciendum quid conducerant, illudque proprijs expensis effecerant, tunc demùm pecunias, & vnã quidem certam mercedē semel accipiebant: quales sunt ij artifices, de quibus vulgo dicimus, *Que hazen obras a destajo*, ut tradit quoque Vlda. Z. sius in. l. si ita stipulatus essem. num. 13. D. de verbor. oblig. quem refert Carol. Molinaus in tract. diuidui. & indiuidui. 3. parte. nu. 70. allegās l. redemptores. que sic debet intelligi. D. de reuendicat. de qua agemus infra cap. 2. num. 9. Sed & redemptores quoq; dicuntur, qui conduxerunt fruendum vtendumue aliquid, vt denotant plura iura sic rectè intelligenda præcipuè text. in. l. si hi qui. ibi. *Redemerant*. C. de locato. & in. l. Cotem ferro. §. fin.

ibi. *Ex redemptione vestigalium*. & l. Cesar. ibi. *Præter redemptorem*. D. de Publica. & l. ea legē. §. locauit. & l. qui insulam. §. qui eodem. D. locati. & hoc est, quod inquit Io. de Imola. cōf. 61. nu. 3. quod conductor lato sumpto vocabulo dici potest emptor: est enim verum iuxta antiquam consuetudinem, qua conductor redemptor appellabatur: * Immo emere pro accipere ponebatur, vt est rex. sic intelligendus in. l. sequitur §. de illo. vers. si antequam. D. de vsu capio. vbi illum, cui ancilla permutata, in solum data, vel donata est, generaliter emptorem dixit l. C. significans eum hominē, qui vel quocūq; modo ex supra relatis, ancillam accepit: nam & aliquando venditio pro donatione accipitur, vt ex sacris literis aduertit Tiraquel. de retract. ligna. §. 25. glo. 2. num. 1.

Itaq; ex præhabita venditionis definitione, & supra resolutis, illud satis superq; constat, * contractum venditionis re, & nomine à ceteris omnibus contractibus distinguui: & sicut eleganti peculariisq; nomine appellatur, iuxta notata in. l. iuris gentium. in prin. D. de pactis. sic eius non vnã, sed diuersam ac separatam naturam esse à quocūq; alio contractu: nã si emptio & venditio idē, quod reliqui contractus, efficeret, frustra eis contractibus diuersum vocabulum mādaretur in. l. ex hoc iure. D. de iustitia & iure. & §. ius autem gentium. Instit. de iure naturali. quos vnã ac eadem vis & potestas sociasset, vt tradit aliàs text. in. l. si idem. C. de Codicillis & licet verbum, *Venditio*, pro omni genere alienationis stare soleat, vt in. l.

vt in. l. sed & quod. D. de pign. & l. sicut. §. venditionis. D. quib' mo. pigno. vel hypoth. solui. & l. voluntas. C. de fideicommissis. alienatio autem multos, ac pene omnes contractus comprehendat, l. fina. C. de rebus alic. nō alic. & Lex Duodecim tabularum, cuius meminit Vipianus in Fragmētis, titu. de statu liberis. vers. sub hac conditione. in eum sensum venditionem vsurperet, vt omnem alienationē significet, vt tradit rex. in. l. statu liberi. §. fina. D. de statu libe. quem ad hoc, quod appellatione venditionis ceteri quoque contractus contineantur, allegat glossa in. l. 1. §. eam re. D. quæ res pign. oblig. & in. l. quæ admodum. verb. vendi. C. de agricolis & censitis. lib. 10. notat plurimi relati per Pinel. in. l. 2. C. de rescin. v. d. 2. parte, cap. 1. nu. 10. communis eorum omnium resolutio est, falsum id esse ex vi & natura huius verbi, *Venditio*, quoniã vt dixi, & ex prædictis satis apparet, emptio & venditio à ceteris contractibus distinguitur. l. 1. D. de contractibus. l. 1. D. de contractibus. l. 1. ex hoc iure. quod si aliud sit in dicta. l. statu liberi. §. fina. & alijs iuribus supra relatis, ex identitate rationis procedit: prout etiam aduertit & bene explicat D. Franc. Sarmientus lib. 3. s. lect. interp. cap. 1. & ad antiquum imaginariæ venditionis vsu per æs & librā refert Alciatus lib. 3. parergon. cap. 23.

38 Vnde * consequitur, quod cum prædicta. l. 1. tit. 17. lib. 9. recopiat. expressè de venditoribus loquatur, & istius contractus venditionis duntaxat mentionem fecerit, vt ex eius litera satis apparet: & nulla ratio sit, vt quod de illis in ea lege Regia. contra ius commu-

ne statuitur, iuxta ea quæ de gabelarum statutis inquit Abbas in consilio. §. 3. num. 2. lib. 2. Immo contra ius gentium, vt ait Baldas in. l. contractus, nu. 2. C. de fide instr. & explicuimus supra in præfatione, nu. 31. ad alios quoque contractus siue contractus extēdatur, quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari, cap. odia. de regu. iuris. lib. 6. plusquam manifestum est, eam legem de propria & vera venditione intelligendam esse, nō de alio contractu, iuxta resolutionem Tiraquelli de retract. ligna §. 1. glo. 2. num. 2. præsertim cum in ea ipsa lege mentionem pretij fieri videamus. ibi: *De todo el precio porque vendieren*, Quod quidem sic in sola vera & propria venditione reperitur, vt mētio pretij propriū ac peculiarem venditionis contractum in dubio demonstrat, ex sententia glossæ communiter receptæ in. l. cum dotē. C. de iure dot. & videtur text. expressus in. l. fina. C. de prædijs Decurio. lib. 10. * Vnde dixit Iason in. l. 1. num. 23. C. de iure emphyt. quod statutum de soluenda gabella ex certo pretio, de sola venditione intelligitur, tradit Berthachi. Firmia. de gabellis. 3. membro, octauæ partis principa. num. 8. Et quamuis de hoc nō malè dubitet Pinelus in Rubr. C. de rescin. vendit. 1. part. cap. 3. num. 27. * propterea quod & in locatione pretium sit, vt probat text. in. l. si quis ante. in fine. D. de adqui. posse. & l. & hæc distinctio. §. fina. in princ. & l. qui insulam. §. qui adem. D. locati. & alia iura: in nostra lege Regia dubitari non licet, nec debet: cum quia hoc iure vtimur, vt ex sola venditione, non ex alijs contractibus, quotquot sunt,

- 25 Figuli generaliter decimam debent, & ratio assignatur.
- 26 Extenditur materia, l. conuenit. D. de contrahend. emptio. ad eos, qui ligna & herbas colligunt in locis publicis.
- 27 Qualiter aquarum decimam debeant, eleganter exponitur.
- 28 Notatur Parladorius in hac re.
- 29 Exponitur. l. Mela. §. fina. D. de alimentis lega.
- 30 Aqua priuata proculdubio vendi potest, & decima debetur: idemque de niue dicendum est.
- 31 Incerta persona & locari res & vendi potest.
- 32 Cum quis ligna aut herbas colligit ex publico, incerta persona, quae opera sua mercedem postea praestiterit, quis contractus sit exponitur: & qualiter decima debeat.
- 33 Aqua vilissima res est, licet vita hominum omnino necessaria.
- 34 Traditur praxis, in aquatoribus obseruata, ut decimam non debeant, & eius ratio detegitur.
- 35 Exponitur. l. nec emptio. ver. aliquando D. de contr. empt.
- 36 Exponitur. l. 7. titu. 7. lib. 9. recopilationis.
- 37 Quando venditio, quando locatio sit in specie. l. quis saxum. D. de donat. vtiliter dubitatur propter decimam.
- 38 Taxatur prima expositio glossa ad dictam. l. quis saxum.
- 39 Exponitur. l. si olei. C. de locato.
- 40 Refertur secunda glossa expositio ad dictam. l. quis saxum. iuxta mentem Bartoli.
- 41 Notatur ea secunda expositio glossa.
- 42 Exponitur dicta. l. quis saxum, & quando venditio, quando locatio in ea lege contrahatur, aperta iuris ratione detegitur.
- 43 Si parior tibi lapidem eximere in fundo

- meo pro pecunia, locatio est: si vero parior tibi vestem meam aut aliam rem mobile accipere pro pecunia, venditio est: & vtriusque ratio traditur.
- 44 Iterum exponitur dicta. l. quis saxum. & quibus in rebus procedat, vel non, eleganter declaratur. & inferitur ad dominos nemora aut stagna locantes, ut gabellam non debeant.
- 45 Quibuscunque verbis concedam tibi arborem meam stantem tibi abscindere pro pecunia, venditio est.
- 46 Qualiter venditio a locatione distinguatur in. l. in venditionem. §. 1. D. de bo. auct. indi. poss. & alijs in rebus, vtiliter dubitatur propter decimam.
- 47 Traditur sententia Bartoli & communis.
- 48 Traditur adnotatio Io. de Imola in hac re.
- 49 Traditur Menochij resolutio.
- 50 Traditur elegans distinctio in alienatione fructuum, per quam tota materia & difficultas explicatur.
- 51 Si concedo vsum fructum in re mea pro pecunia, venditio est, non locatio.
- 52 Si vero concedo vsum fructum, quem habeo in re aliena, qualiter venditio a locatione distinguatur, exponitur.
- 53 Si concedo fructus pendentes pro pecunia, regulariter venditio est.
- 54 Traditur ratio conditionis. 26. de los nuenos apuntamientos.
- 55 In pratis pascuis locatio & venditio esse solet: & qualiter alter contractus ab altero distinguatur, exponitur.
- 56 Traditur ratio. l. 12. titu. 17. lib. 9. recopilationis.
- 57 Si fructus alieno pro pecunia, quando venditio, quando locatio sit

- fit exponitur.
- Ibidem declaratur alternatiua, de qua in. l. in venditionem. §. 1. & in. l. ait Prator. §. in eum. D. de bonis aucthor. indic. posside. & in Clement. 1. de rebus Eccle. non alien.
- 58 Traditur elegans animaduersio ad praedicta.
- 59 Ex locatione ad longum tempus decima non debetur.
- 60 Agitur circa speciem. l. cum manu sata. versiculo. nemo potest. D. de contrahenda emptione.

Qualiter venditio a locatione distinguatur in pluribus quaestionibus.

CAPVT. II.



QVonia, vt vides, in superiori Capitulo abunde diximus, regalem decimam ex pretio venditionis, non ex pretio locationis esse soluendam, (quicquid & in hoc quoque locationis contractu pretium reperitur & fit.) ideoque vtriusque contractus naturam explicuimus: & adhuc ij contractus tantam videntur habere familiaritatem, ac similitudinem, vt in quibusdam causis magnopere dubitatum fuerit apud veteres, vtrum venditio, an potius locatio contraheretur, vt refert textus in. §. ad eod. In situ. de locatione. * Vtilis erit hodie, immo valde necessaria dubitatio Iurisperiti in l. 2. §. ad eod. D. locati. nempe in ea specie, si cum aurifrice mihi conuenerit, vt is ex auro suo annulos mihi faceret, & certam pecuniam dederit, vtrum sit emptio, an locatio. Et cum in hac dubitatione varia dixissent veteres, Cassius existimauit materiae venditionem esse, operae autem locationem, vt refert Iustinianus in. §. item quaeritur. In situ. de locatione. Ita quod si materiam auri, ex quo annuli facti sunt, non satis probam & puram esse causer, ex empto possim agere: si de opere ipso annulorum, vt non recte facto conuenerit, locati actionem habeam, vt bene explicat Theophilus in dicto. §. item quaeritur. Cuius quidem sententiae ille apud nos vtilior effectus esset (saltem in alia materia praeter aurum & argentum, quibus immunitas quodam modo data est, in. l. 18. titulo 17. libro nono Recopilationis, vt explicabimus infra hoc eodem capite. numero. 22.) quod non totius pecuniae datae Regalis decima solueretur in ea conuentione, dempta scilicet ea pecuniae parte quae locationi conueniret, vtpote locatio & conductio a gabella immunis sit, ex supra resolutis. Sed certe magis inter omnes placuit, vnum hoc negotium esse, hoc est, non duos contractus vt Cassius dicebat, sed tantum emptionem & venditionem contrahi: quia ex vno & eodem actu diuersae contractuum species oriri non debent. l. 1. §. quod si rem. D. de

retur, vt refert textus in. §. ad eod. In situ. de locatione. * Vtilis erit hodie, immo valde necessaria dubitatio Iurisperiti in l. 2. §. ad eod. D. locati. nempe in ea specie, si cum aurifrice mihi conuenerit, vt is ex auro suo annulos mihi faceret, & certam pecuniam dederit, vtrum sit emptio, an locatio. Et cum in hac dubitatione varia dixissent veteres, Cassius existimauit materiae venditionem esse, operae autem locationem, vt refert Iustinianus in. §. item quaeritur. In situ. de locatione. Ita quod si materiam auri, ex quo annuli facti sunt, non satis probam & puram esse causer, ex empto possim agere: si de opere ipso annulorum, vt non recte facto conuenerit, locati actionem habeam, vt bene explicat Theophilus in dicto. §. item quaeritur. Cuius quidem sententiae ille apud nos vtilior effectus esset (saltem in alia materia praeter aurum & argentum, quibus immunitas quodam modo data est, in. l. 18. titulo 17. libro nono Recopilationis, vt explicabimus infra hoc eodem capite. numero. 22.) quod non totius pecuniae datae Regalis decima solueretur in ea conuentione, dempta scilicet ea pecuniae parte quae locationi conueniret, vtpote locatio & conductio a gabella immunis sit, ex supra resolutis. Sed certe magis inter omnes placuit, vnum hoc negotium esse, hoc est, non duos contractus vt Cassius dicebat, sed tantum emptionem & venditionem contrahi: quia ex vno & eodem actu diuersae contractuum species oriri non debent. l. 1. §. quod si rem. D. de

positi. Quod si ego aurum dero aurifici: ut ex eo annulos mihi faceret mercede pro opera constituta, dubium non fuit, quin sola locatio & conductio contraheretur. Cuius resolutionis ratio inquirenda nobis est in hac materia, qua de agimus, ut ea cognita similes quaestiones, cum dubium inciderit, decidamus: est enim illius legis doctrina valde generalis in quacunque materia & opifice intelligenda, ut advertam infra num. 21.

Et Bartolus in. l. 1. §. 1. D. de superficie. & in. l. cotem ferro. §. qui maximos. D. de publica. & in quaestione quarta, incipit. Publicanus. & in. l. quis faxum. D. de donatio. & in eadem. l. 2. §. adeo. D. locati. ad perfectam cognitionem eorum, quae tradita sunt à Iuriconsulto ibi, hanc generalem regulam constituit, dicens: * Quod aut in contractu venit sola traditio rei pro pecunia, & est venditio. ut in. l. conuenit. D. de contrahenda emptione. & .l. naturalis. §. & si quidem. D. de praescript. verbis. aut in contractu venit aliquod factum, ex quo non sequitur dominium alicuius rei, & tunc si certa merces constituat, locatio est. l. qui operas. D. locati. & .l. cum manu lata. §. final. D. de contrahenda emptione. vel cum fundus aliquis, aut domus fruenda conceditur pro certa pecunia. l. si merces. §. qui fundum. D. locati. Quod si in contractu veniat utrumque, nempe factum & alicuius rei traditio vel datio, atque ideo dubium sit, quis contractus celebretur, ita distinguit Bartolus: quod aut principaliter venit traditio, secundario

factum: & tunc emptio & venditio est, inspecto eo, quod principaliter est, ut in. d. l. 2. §. adeo. in primo responso. D. locati. Cum do pecuniam aurifici, ut annulos mihi faciat ex auro suo: quo casu emptionem contrahi recte placuit ex praedicta ratione, ut supra diximus. Aut principaliter venit factum, secundario alicuius rei traditio vel datio, & tunc locatio & conductio est, ut in eadem. l. 2. §. adeo. in secundo responso. Cum do aurum vel argentum aurifici, ut ex eo annulos mihi faciat, mercede pro opera constituta: quo casu locationem esse sine dubio Iuriconsultus ait. Idemque fieri, inquit Bartolus, in specie. l. item si pretio. §. 1. D. locati. Cum pecuniam do, ut in solo meo aedifices tuis impensis: quo casu certum est, solam locationem contrahi, non venditionem. Caeterum si dubium sit, utrum factum, an vero rei datio magis principaliter in contractu versetur, prout contingit in contractu superficiario, de quo in. l. 1. D. de superficiebus. pretium, vel mercedis quantitas eo casu emptionem à locatione discernit, quia si unicum pretium datur, venditio est: si autem aliquid annuatim penditur, locatio fit, iuxta doctrinam glossae in dicta. l. 1. §. 1. verbo. agendo: D. de superficiebus. Hec est tota Bartolientia, & resolutio in hac re, cum quo omnes Doctores communiter transeunt in dictis locis, & in. l. 1. C. de iure emphytheutico. prout late septem casus distinguendo resoluit Menochius, de retinenda posse. remedio. 4. ex num. 7.

Sed

Sed profecto quamvis haec Bartoli, & communis Doctorum distinctio & regula verissima est omnibus iuris principijs fulcita: illud aduerto ad exactam, perfecte tamque huiusce materiae cognitionem, & multorum iurium intellectum, * Quod dum Bartolus agit de secundo membro distinctionis, scilicet, quando & factum, & rei datio simul in contractu concurrunt, licet bene de iure distinguat, non tamen recta & apta exempla subdit aliquarum legum, quas dum illi doctrinae applicat, non videtur satis intellexisse.

Inquit enim Bartolus, quod si ita inter nos conuenit, ut annulos mihi faceres ex auro tuo pro certa pecunia, quae est species dictae. l. 2. §. adeo. in primo responso. D. locati. Venditio contrahitur, eo quod in illo contractu principaliter agitur, ut factos annulos des mihi: quod autem ipse facias, hoc venit ex quadam consequentia, quia ipse alias dare non posses, nisi prius faceres: ita Bartolus, & quidem rectissime in hoc membro, prout clarius quoque ipse dixit in quaestione quarta incipit. Publicanus. num. 10. Opera enim isto casu velut accessorij vice fungitur, ut optime explicat Theophilus in dicto. §. item quaeritur. Instit. de locatione, ubi Hotomanus, & Valduinus notant, & Menochius ubi supra. numer. 15. ac satis considerat Iuriconsultus in dicta. l. conuenit. ibi: *Si ex meo fundo*, Cuius haec est vera ratio. D. de contrahenda emptione, Quod si do tibi aurum, ut ex eo mihi facias annulos certa mer-

cede pro opera constituta, quae est species dictae. l. 2. §. adeo. in secundo responso. Inquit Bartolus, quod locatio est, quia in eo contractu principaliter venit factum & opera, dare autem venit in consequentiam. Igitur sentit Bartolus, immo aperte ait, quod in hac specie aliquod dominium in me transfertur ab aurifice licet secundario. Idemque fieri aperte demonstrat in dicta. l. item si pretio. §. 1. D. locati. & expressè cum alijs tradit Menochius ubi supra. numer. 17. quod profecto & sine dubio in utraque specie falsum est: etenim nec in specie dictae. l. item si pretio. §. 1. nec in specie dictae. l. 2. §. adeo. in secundo responso. D. locati. locator transfert rem super qua contrahitur, nec dominium eius dat conductori secundario, aut principaliter: sed solum factum vertitur ex parte locatoris, quod sic aperta ratione demonstrat.

4 Nam * cum ego do tibi aurum meum, ut ex eo annulos mihi facias: id solum requiro, ut facias annulos, non ut factos des mihi: ex eo enim, quod ex auro meo annulos facis, mei annuli facti sunt, seu manent naturali ratione absque vlla tua traditione vel datione, per regulam textus in. §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuis. & .l. adeo. §. cum quis. D. de acqui. rerum do. idemque erit, etiam si species facta per artificem ad antiquam materiam reuerti non posset: veluti si conuenerit, ut faber lignarius vel quicumque artifex armarium, vel subsellia mihi faceret ex lignis meis, quia cum non sibi, sed meo nomine fa-

D 2 ciar,

fiat, species facta mea manet, cum & mea materia esset, ex textu in l. quidquid in principi. versu. quare potissimum. D. de adquiren. rerum domi. & notat glossa in dicto §. cum quis. verbo. suo nomine. Igitur solum factum vertitur in eo contractu principaliter & omnimodo, non vlla rei datio aut traditio, vt male putat Bartolus: atque ideo dubium non fuit apud veteres, quin locatio & conductio esset, vt Iurisconsultus ait in dicta l. 2. §. adeo. in secundo responso. D. locati. cuius hæc est vera ratio, & intellectus: vt interim ex prædicta resolutione intelligas, nedum eam legem procedere in annulis aureis vel argenteis, de quibus loquitur, aut aliis speciebus, quæ ad antiquam & rudem materiam reuerti queunt: sed & in aliis quoque, veluti ligneis aut marmoreis, quæ ad pristinam formam reduci non possunt: nec ob stare in eadem sententiam, quæ magis apud Iurisconsultos recepta est in dicto §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuisione & de qua latius agemus infra capit. 12. nume. 2: quia cum artifex scienter illius nomine faciat, cuius ipsa materia est, eiusdem domini confecta species manet, atque ita ille artifex solum factum præstat, vt iam diximus.

Item * si conuenit, vt in solo meo ædifices pro certa pecunia & tuis impensis: id solum requiro vt facias & ædifices, non vt factum ædificium des mihi: quia eo ipso, quod in meo ædificas naturali ratione meum fit ædificium: nõ quidem ex contractu locationis, sed ex regula textus in §. cum in suo versu. ex diuerso. Instit. de rerum di-

uis. & l. adeo. §. ex diuerso. D. de acqui. rer. do. l. si precario. D. com. predio. & l. si is contra quem C. de ædific. priua. igitur in ea locatione solum factum est principaliter & omnimodo, nõ aliqua rei datio, & traditio, contra Bartolum supra. quod & ipse Bartolus in alio loco rectissime intellexit, vt constat ex traditis per eum in l. redemptores. D. de rei vendicat. licet non satis videatur explicitisse Menochius vbi supra dicto. nume. 17. cum Balduino in dicto §. item queritur. verb. placuit. Instit. de locatione. non ergo bonum exemplum est illius. l. item si pretio. §. 1. nisi intelligas de datione materia, quæ venit secundario, vt infra explicabimus num. 8.

Itaque exemplum optimum illius veræ doctrinæ Bartoli hoc erit nempe, in quocumque fundo, aut re fructifera locata: quo casu non solum est & venit locatoris factum, scilicet patientia, vt conductor re locata vtatur arando, serendo, & omnia alia faciendo, quæ ad fructum & vsum rei sunt necessaria. l. si merces. §. qui fundum. & l. si in lege. §. colonus. D. locati: sed & tempore, quo fructus a conductore leguntur, licet dum solo coherent, locatoris sint, cuius & fundus ipse est, iuxta tradita in §. is vero. ver. eadem. Instit. de rerum diuis. ipsius locatoris voluntate in conductoris dominium transeunt textus. elegans in l. si seruus. §. locaui. D. de furtis. etiam si ab alio percipiantur, l. si apes feræ. in fine D. eo. tit. & l. 12. in fine. vbi Gregorius. tit. 14. part. 7. ita quod in ea re locata & factum, nõ præpatientia ad vsum rei, & fructuum translatio est ex parte locatoris: sed qui principaliter

palus & primæum est factum, & in consequentiam venit translatio fructuum, locatio contrahitur non venditio, vt in dicta l. si merces. §. qui fundum. prout expressè aduertit idẽ Bartolus in dicta quæstio. 4. num. 10. item & optimum exemplum illius doctrinæ est, quod traditur a I. C. in l. quis faxum. D. de donatio. secundum verum intellectum, de quo infra. numero, 42.

7 Ergo ex supra resolutis * apertè esse intelliges rationem. I. C. in dicta l. item si pretio. §. 1. ibi. *locat enim artifex operam suam.* hoc est, faciendi necessitatem. quasi velit I. C. quod ideo ibi locatio est, non venditio, quia conductor id solum requirit, vt artifex ædificet: ceterum ædificij adquisitio, & in dominium conductoris translatio nõ ab artifice præstanda aut petenda est, vt potè quæ naturaliter fiat ea ratione, quæ habet, quod in solo meo defigitur & accedit, meum per inde fieri. dicto. §. cum in suo. Instit. de rerum diuis. alias enim si istud ædificium conductori non acquireretur sine spontanea locatoris voluntate, impossibile esset, quin venditio contraheretur, & distingui non possit hæc species ab ea, quæ traditur a I. C. in dicta l. 2. §. adeo. in. 1: responso. quia vtroque casu non tam factum operæ, quam rei factæ acquisitionem intendit is, qui pecuniam dat, idque principaliter, vt ad sensum patet: quia conductor non minus principaliter ædificium ipsum desiderat in dicta l. item si pretio. §. 1. quæ emptor annulos in dicta l. 2. §. adeo. in. 1. respo. vnde si adquisitio ædificij ita procederet per dationem artificis in dicto §. 1. sicut

annulorum, per dationem artificis in dicto §. adeo. 1. responso. equa in vtraque lege conuentio esset, & nullatenus discerni posset, quò minus vtroque casu venditionem contrahi assereremus.

Nec oberit, * si fortiter opponas contra hunc intellectum, & rationem a me traditam ad dictam. l. item si pretio. §. 1. D. locati. & dicas, quod iam quod ædificij adquisitio naturali ratione fiat absque vllò locationis effectu, id tamen locum non habet in rebus ipsis, quibus vt instrumentis ædificium factum est: etenim materia dominus adhuc proprietatem & dominium eius retineret, nisi voluntate sua intelligeretur alienata: ædificatio enim ipsa in alieno solo illum non priuat dominio materiæ. l. 2. C. de rei vendi. de qua vide D. Fran. Sarmi. lib. 1. selecta. interp. cap. 10. ex nu. 7. sed sua potius præsumpta voluntas, immò in hoc casu (quo de agimus) necessaria ex contractu locationis, vt expressè tradit dicta l. 2. ibi. *si non donandi animo.* & in dicto §. cum in suo. ver. ex diuerso. ibi *quia voluntate eius intelligitur esse alienata.* Instit. de rerum diuis. ergo. cum huius materiae proprietas in conductorem transeat ex vera & propria alienatione locatoris, & vi ipsius locationis contractus in dicta l. item si pretio. §. 1. sic enim tenetur ædificare, vt nedum ædificium totale, sed & impenia & materia ipsa conductoris fiat, vt rectè notat Caro. Molineus in tract. diuidui & in diui. in princ. nume. 18 rectè videberis arguere dicens, bene intellexisse Bartolũ, ideo in ea lege locationem esse, quia principaliter

venit factum, & secundario traditio, cum verè vtrumque reperitur. nam respondeo fatendo argumentum, etenim verissimum est, quod si Bartolus intellexit de hac materie alienatione, verum dixit & aptè applicavit doctrinam suam ad eam. item si pretio. §. 1. vt supra animaduerti. nm. §. in fine. secus verò si de toto edificio intellexit quia, vt dixi numero præcedenti, si vt totum edificium in dominiū conductoris transfret, necessaria esset locatoris voluntas & alienatio. potius crederem in ea specie venditionem contrahi, quam locationem: non enim minus, sed magis principaliter hanc acquisitionem conductor requirit, quā ipsam operam faciendi, quæ sine acquisitione edificij sibi non prodesset: instar eius, qui ab aurifice petit, vt annulos sibi faciat pro pecunia iuxta dictam l. 2. §. adeo. in. 1. respon. tamen cum in specie conventionis, de qua in dicta. l. item si pretio. §. 1. verè conductor ad id principaliter respexerit, quod edificium fieret, & quod sibi illud remaneret: istudque vitimum naturali ratione fiat sine alienatione locatoris, sed eo etiam invito velit nolit, ex dicto. §. cum in suo. & dicta. l. adeo. §. cum in suo. D. de adq. rer. do. & norat glossa elegans in. l. rerum mixtura. verb. vsu capturum. D. de vsu capio atque ita solum factum & necessitas edificandi, principaliter ex parte locatoris præstetur, veram ac propriam locationem contrahi concludit, & tradit I. C. in ea lege. nec curandum est de particulari instrumentorū dominio, quia licet negari nequeat, quin in conductorem transeat locatoris voluntate & quidem ne

cessaria ex vi ipsius contractus, vt dixi: id tamen quid accessorium & secundarium est, vt constat ex l. cum qui ades. D. de vsu capio. vbi vniuersitas ædium ab ipsis materialibus corporibus, vt quid principaliter, distinguitur: & qui ades possidet, non videtur singula corpora possidere. l. 2. §. cum stichū. D. pro emptore. & aperte, vnum ab altero distinguit textus in dicto §. cum in suo. versic. ex diuerso, & dicta. l. adeo D. de adq. rerum domi.

9 Ex quibus* a pertū habes intellectū ad tex. alias difficilem. in l. redemptores. in prin. D. de rei vendicat. vbi ait I. C. quod qui pro pecunia locauit operas suas in solo alieno suis proprijs expensis edificandi, (hic enim proprie redemptor dicitur & est, iuxta tradita supra cap. 1. num. 35) statim cémenta facit eius. in cuius solo edificat quod visum fuit difficile glossæ ibi est quod in locatione nulla rei datio esse solet. l. non solet. D. locati. vnde Bartolus ibi explicauit ratio esse, quia eo casu locationis edificium cedit solo naturali ratione, de qua in dicto. §. cum in suo. Instat de rerum diuis. non ex vi contractus: quod quidem dictum licet verissimum sit quò ad ipsum edificium, verum non est quoad speciem illius l. redemptores, quæ de ipsa materia loquitur, non de ipso edificio: quatum rerum diuersa ratio, diuersumque ius est ex prædictis: diluitur ergo illius glossæ difficultas ex eo, quod illa materie datio non principaliter venit, sed secundario, quæ non obest locationi ex resolutione præhabita.

Ex qua etiā intelliges natiuam ratio.

10 rationem* tex. in. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. D. de verb. oblig. dum ait, eum qui in fundo suo domū edificare stipulatur, factum in stipulationem deducere: testaturque idem I. C. in. l. naturalis §. sed si facio. ibi. *vel vt tu in meo, ego in tuo solo edificem.* D. de præf. verbis. quorum iurium hic est verissimus intellectus: quia si edificium ipsum inspicias, non istud ab edificate datur, sed naturaliter solum sequitur ex dicto. §. cum in suo. Instat. de rerum diuisione. quod si materia ipsa inspiciatur, secundaria quædam datio est, quæ ideo non impedit, quo minus a facto, quod principaliter est in ea stipulatione, faciendi potius obligatio sit, quam dandi: quod videtur intellexisse, licet non exactè explicuerit Carolus Molinæus in tract. diuidui & indiuui. in principio. nu. 18.

Igitur ex prædictis iam videre licet explicata satis, & aperta ratione intellecta manere ea iura, quæ ad modum difficilia hucusque fuerant in. d. l. 2. §. adeo. in. 1. respon. fo. D. locati. cū dicta. l. item si pretio. §. 1. D. eo. tit. * vbi ridiculū ferè est, & planè falsum, quod Paulus Castræsis excogitauit circa eorū iurium conciliationem in vtroque loco: ait enim, quod quādo pecuniā aurifici do, vt faciat mihi annulū ex auro suo, venditio est in dicto. §. adeo. quia aurifex præstat rem, nempe aurum in quo præstat operam: at cū pecuniā do artifice, vt domū in solo meo suis impensis edificet, non ille præstat rem, in qua operam facit, quia in solo meo edificat, quod quidem solum ab artifice non proficitur, sed lapides & cémenta, in quibus non præstatur opera, sed ex illis vt in-

strumentis fit in solo meo: atque ideo est locationis & conductio- nis contractus in dicta. l. item si pretio. §. 1. D. locati. sed certè, vt dixi penè ridicula est & planè falsa hæc excogitatio: ex qua, si vera esset, aperta sequerentur absurda.

12 Primum est, * quod si ego habes annulum iam perfectum, vel aliquod vas aureum vel argenteum, ab aurifice peterem, vt in eo annulo vel vase gemmam aliquā suam vel lapillum imponat pro certa pecunia à me data: venditio illius lapilli vel gemmæ non contraheretur, sed locatio sit negotiū illud, eo quod in re mea sit opera, nec annulus aut vas præstatur ab aurifice: quod quā absurdum sit, nemo est, qui non videat, & satis intelligat, cum locus operæ imper- tinens sit ad naturā contractus fortitudinam argu. tex. in. l. peregrè. in prin. vers. itaq; neq; alienus locus D. de acq. poss. & verè ille aurifex lapillum & gemmā suam pro pretio alienet, ac in me transferat voluntate sua: quia aliter ego non haberem, nec illius (annulo etiā, aut vase meo impositæ) dominus fierè: cum enim possit per se subsistere, vase, vel anulo non cedit. l. rerum mixtura. §. labeo. ver. quid ergo. vbi glossa & doctores. D. de vsu capio. atq; ideo impossibile est, quin eo casu venditio contrahatur, cessante ratione domus, & edificij, quæ locationem facit in dicta. l. item si pretio. secundum verum intellectum de quo supra.

13 Secundum sequeretur: * quod si statuæ meæ brachium aliquod ex sua propria materia iungat aurifex pro pecunia, non quidè ferruminatione sed plumbatura, locatio esset, non venditio: eo quod

statua, in qua præstatur opera, ab artifice nõ proficiscitur iuxta Pauli Castrensis rationem, de qua supra: quod planè falsum est, quia cum eo casu non naturaliter, sed spontanea aurificis voluntate ex vi conventionis, dominium illius brachij in me transeat pro pecunia, eo quod ex sola plumbatura statue non cedat. ut probat textus elegans in l. in rem. §. item quæcumque. D. de rei vend. & l. quicquid. §. fina. D. de adquire rerum do. & l. 35. tit. 28. part. 3. cuitari non potest, quin vera venditio contrahatur, cum detur res pro pecunia iuxta l. naturalis. §. & si quidem. D. de præf. ver. idq; principaliter fiat, quia quod in ea conventionione principaliter est, iungendi Brachij adquisitio est. sicut defaciendis annulis diximus supra ad dictam. l. 2. §. adeo in. 1. responso. D. locati. Quò fit, ut si non plumbatura, sed ferruminatione brachium illud statue iunctum sit, cum eo casu ex confusione materiz, quæ per ferruminationem inducitur, minor pars maiori, atque ita brachium statue, cedat ex dictis iuribus: nullaque ideo ex parte aurificis datio sit, qui velit nolit, ferruminando brachium alienat, si id faciat pro pecunia, locatio erit duntaxat, nõ venditio, sicut de edificio diximus supra ad dictam. l. item si pretio. §. 1. D. locati.

14 Tertium sequeretur * quod si inter te & me conuenerit, nõ ut ædifices in solo meo iuxta dictam. l. item si pretio §. 1. sed ut herbas & arbores tuas plantas in solo meo accepta pecunia, non venditio sit, sed locatio: eo quod res, in qua fit opera, a te mihi non præstatur, iuxta Pauli Castrensis doctrinam su-

præ traditam: & tamen contrariè verius est, nempe quod sit venditio: qui cum herbarum arbores ve nõ statim ac positæ sunt in solo meo, meæ fiât: sed quousque radices egerint inspecta naturali adquisitio ne, quæ facit accessoriũ sequi principale, ut probat textus. in §. si Titius alienam plantam. Instit. de rerum diuis. & in l. adeo §. si. & l. sed si ex meis. §. arbor. D. de adqui. rerũ do. atque illud aperte in ea conuentione agatur, ut statim meæ fiant arbores, necessariò quæ ideo earum alienatio ex expressa plantantis traditione & voluntate procedat, im possibile est, quin eo casu venditio contrahatur ex prædictis, non locatio. Quod est quotidie notandum ad hortolanos, qui licet regulariter soleant super decima totius anni cum gabellario pacisci, propterea quod aliàs difficile est intelligere, quantum debeant ratione decimæ ex minutis suis venditionibus ut notat. l. 7. tit. 7. lib. 9. recopilat. aliquandò exeunt ab eo loco, in quo & domicilium & mercimonium habent, & in aliis oppidis circumvicinis inque hortos alienos sua plantaria transferunt pro pecunia, ut sepè expertus sum in vico quodam isti nobilis Ciuitatis Caraccensis qui Vallis noctiũ appellatur: cauendum ergo est, quod decimam debent ex eo contractu, & quidem in loco eo, quo plantat, cum & venditio ibi & traditio fiat, iuxta. l. 5. tit. 17. lib. 9. recap, & quæ dicemus infra cap. 4. num. 4.

Falsam ergo ex prædictis esse constat Pauli castrensis doctrinam & intellectum ad dictam. l. 2. §. adeo. in. 1. respo. cum dicta. l. item si pretio. §. 1. D. locati. quæ ex prædicta mea resolutione intellectæ erunt

fatis,

fatis, tam ad huius locationis materiz cognitionem perfectam, quam ut omnino scias ac per rationem intelligas, ex quo horum contractuum decima debeat. * iuxta quem intelligendi modum accipiendus est textus difficilis in l. Sabinius. 20. D. de contrah. empr. ibi: quoniam a me substantia proficiscitur, intellige enim hoc est: quod principaliter est in ea re, nempe area, cui sine traditione totale ædificium naturaliter cedit.

15 * Atque in eundem sensum accipiendus est textus. in l. conuenit. ver. quotiens. D. de tit. vbi l. C. docet, quod totiens constructio est, quotiens materia in quo aliquid præstatur, in eodem statu eiusdem manet: hoc est, quotiens id ipsum quod fit, eiusdem manet cuius materia ipsa erat ante operam: veluti in eo exemplo, quando conuenit ut ex meo auro annulos faceres, quo casu vbi annuli facti sunt, in meo ipso dominio manent, in quo antea erat aurum, licet sub alia forma præstetur. Vel cum ex terra mea regulas facis, quæ quidem in eodem meo dominio & statu manent, in quo terra erat, ex. §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuis. ideo quæ locatio, nec venditio est ex iis quæ diximus supra num. 4.

16 Quibus omnibus ita rectè explicatis, * manifestum fit non percipisse fatis hanc materiam Io. Parladorium lib. rerum quotid. cap. 3 §. 2. num. 24. vbi quotiens artifex dat operam & materiam, venditio nem esse generaliter dicit, ac proinde decimam deberi: quod falsum esse contingit, vbi in solo meo ex materia tuâ ædificas pro pecunia, est enim locatio ex dicta. l. item si pretio. §. 1. D. locati. vel cum per-

ferruminationem partem aliquam rei meæ adiungit aurifex, quia tunc locatio est ex supra resolutis numero. 13.

18 Cæterum præhabita resolutione ad dictam. l. item si pretio. §. 1. D. locati, rectissime aptari potest ad alias quæstiones, eam præcipue, quæ habet: * an si hæres legitimus, vel substitutus pecuniam dederit, hæredi scripto, proximiori ve legitimo in successione alicuius, ut hereditatem sibi delatam, omittat, venditio sit, ut decimæ regalis debeat, nec nõ iuxta terminos. l. fuit quæstionis. D. de adqui. hæred. quæ quidem quæstio hac breui distinctione resoluenda est. Aut enim scriptus hæres legitimus ve proximior hereditatem cedit ei, qui pecuniam dat, & tunc cedendo addit, & similis est venditori hereditatis, quem iure decimæ obligari diximus infra cap. 9. num. 38. quia verè ius suum alienat pro pretio, etiam si nihil adprehenderit nec perceperit ex hereditate. Aut nõ cedit, sed tantum abstinere siue repudiat, ut locum faciat substituto cognatoue in sequenti gradu existenti, pecuniam que datur, & tunc cum is, qui pecuniam dat, per substitutionem vel per successorium editum ex sua propria persona immediatè succedat nihilque iuris capiat a renuntiante, a quo solum repudiationis factum requirit, non ius traditionis aut adquisitionis, quæ ipso iure fit, ut inquit Iurifconsultus in prædicta. l. fuit quæstionis, aperte confertur, nullam posse venditionem eo casu considerari, sed in nominatum contractum, do ut facias, cum non sit ex iis factis, quæ locati solent. l. naturalis. §. at cum do, D. de

D. de præf. verb. qui enim hereditatem sibi delatam in alterius favorem repudiat, nihil ex suo alienat. l. si sponsus. §. si maritus hæres. cum ibi notatis. D. de donatio. inter virum & uxorem. Nam ius ad eundem non est in bonis nostris. l. pretia rerum. D. ad legem Falcid. immo licet hic repudians de patrimonio suo perdere diceretur, adhuc isto ultimo casu non esset venditio: quia is qui pecuniam dat, non accipit quidquam ex repudiatione illius, sed ex sua persona legis ministerio: quæ alium post alium vocat successorio edicto, ut bene explicat textus in. §. placebat. Instit. de legit. agna. success. sicque emere dici non potest, argumento eorum quæ resolvimus supra circa dictam. l. Item si pretio. §. i. D. locati. Atqui de hac questione in materia simili vide Carol. Molinæum in consuet. Paris. tituli. 1. §. 22. num. 104.

19 Sed quicquid hæc ita firma manere videantur, longæ huic nostræ resolutioni, & ijs quæ de auro, & artifice diximus, * valde obest textus difficilis in. l. in nauem Saufeij. versiculo. aut eiusdem. D. locati. ubi argentum datum aurifici, ut vasa vel annulos faciat, in ipsius dominium transit: & sic cessare videtur rationes omnes, quas adduximus, ut locationem eo casu, non venditionem contrahi diceremus in. l. 2. §. adco. in. 2. responso. D. locati. Etenim cum fabri illius argentum, aurumve fiat, sui quoque erunt facti annuli: & nedum annulos cum mihi facere oportebit, sed & factos dare, quo casu emptionem & venditionem contrahi supra explicuimus iuxta textum in eodem. §. adco. in. 1.

responso. Respondeo autem, quod dupliciter aurum, argentumve dari potest artifice: aut enim datur, ut ex eodemmet auro annulos, ex eodemque argento vasa conficiat, & tunc dominium materiæ datæ in ipso conductore manet, & aperte procedit decisio textus in præallegata. l. 2. §. adco. in secundo responso. Cum resolutis supra in numer. 4. Vel datur potius, ut ex eodem, aut simili materiæ genere postularas species conficiat, iuxta speciem textus in dicta. l. in nauem Saufeij. versic. aut eiusdem. Et tunc dominium auri, & argenti dati in aurificem transit: nec ideo magis, cum factas species reddit pro pecunia convenita, venditio & emptio est: quia si materiam inspicias, cum eam, ut vel in eodem & simili genere redderet, accepisset, quasi in creditum abiit iuxta. l. 1. D. si certum peratur. cui scilicet credito, magis satisfacit ille artifex factas species dando, quam vendit: nam nec pretium datum rebus speciebusque ipsis factis correspondet, sed faciendi opere. Atque ideo necessario fit, ut quamvis eo casu nedum factum, sed & alienatio quoque sit, tam ex parte conductoris cum aurum vel argentum dat, quam ex parte locatoris cum annulos factos seu alias species confectas reddit, contra regulam textus in. l. non solet. D. locati. vera locatio, & conductio sit, sed que notissimos excedit locationis terminos, ut contingit in pecunia deposita, ex eadem. l. in nauem Saufeij. versiculo. idem iuris esse in deposito. & l. 2. tituli. 3. parti. quinta. notaturque plenè per Doctores in. l. Lucius

cius Titius. & l. die sponsaliorum. §. i. D. de positi. & in l. certi conditio. §. deposui. D. si cert. peta. resoluit eleganter Carolus Molinæus in tractatu de usuris. questione. 83. numero. 632.

20 Sed & tertio modo artifice aurum dari potest: nempe, ut non ex eo auro, sed expressè ex alio annuli fiant: & tunc si nulla pecunia detur, nec locatio nec venditio est, sed plana & evidens permutatio, innominatusque contractus, do ut des, ut probat textus elegans in. l. scribit quintus Mutius. in principio. versiculo. quod si aurum dedit. D. de auro & argento. lega. per regulam. l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscript. verbis. quod si certum pondus auri dederò, ut annulos eiusdem ponderis ex auro tuo mihi facias, certa tamen pecunia pro opera data: dubitari potest, quis contractus sit, scilicet, an sit locatio, quemadmodum cum sic datur, ut vel ex eo vel simili auro annuli fierent mercede pro opera constituta, prout iam diximus supra numer. 19. ex. l. in nauem Saufeij. versiculo. aut eiusdem. D. locati. & quidem ego inter has duas conventiones hæc veram & substantialem differentiam constituo: quod in specie dicta. l. in nauem. quantitas ipsa dati auri vel argenti inspicitur, ut tantumdem in factis annulis reddatur, & illud quod datum est, in genere suo functionem recipiat, ut in mutuo contingit. l. 2. §. mutui datio. D. si cert. pet. iuxta elegantem ac verum intellectum Caroli Molinæi de usuris in principio numer. 18. quapro-

pter in eo locationis casu in creditum iri rectè dixit Iurisconsultus in dicta. l. in nauem Saufeij. Et iam diximus. At in illa specie à me proposita partes non respererunt ad quantitatem materiæ datæ, sed ad ipsum corpus: si quidem illud actum est, ut non ipsam met datam corpus reddi possit, sed aliud: quod est extra rei creditæ naturam, & magis ad permutationem accedit. Nam sicut si ita genus aliquod dederò, ut ipsummet corpus datum reddi debeat, creditum non est, ut tradit glossa in dicto. §. mutui datio. quam sequitur Bartolus ibi. numer. 14. in fine. & Doctores communiter: si ita genus dederò, ut non ipsummet corpus datum, sed necessario aliud eiusdem generis reddendum sit, creditum dici non potest eadem ratione: quia similiter utroque casu non quantitas, sed ipsa corpora inspicuntur, quandoquidem ex præscripta conventionem non in omni corpore eiusdem generis solui queat, quod est contra propriam mutui naturam ex textu in dicta. l. 2. §. mutui datio. Ergo ex prædictis illa evidens differentia constat, quod in prima conventionem si quid est præter locationis contractum, creditum est iuxta generale credendi verbum, & quæ tradit Iurisconsultus in. l. r. cum ibi notatis per Doctores D. si certum petatur. ex quibus quidem contractibus, locationem scilicet & credito, gabella non debetur regio iure. At in secunda conventionem quod præter locationem reperitur, permutatio est ex dicta. l. scribit. versicu. quod si aurum. Quæ regali decime est obno-

obnoxia. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopi. quin immo in ea conuentione nihil locationis est, si rectè inspiciatur: nam cum ex parte aurificis an nuli sui proprii vel vasa propria, vtpote ex auro & argento suo cōflata, mihi dentur pro auro & pecunia à me datis, impossibile est, quod eo casu locatio & cōductio sit ex doctrinis suprā traditis: etenim si solam pecuniam ego dedissem pro illis annulis, aperta venditio foret ex dicta. l. 2. §. adeò. in 1. respon. D. locati. cū traditis suprā. nu. 1. si autem solum aurū de dissem, dubium nō esset, quin permutatio contraheretur, vt iam dixi ex regula dictæ. l. naturalis. §. & si quidem. Igitur cum vtrumq; datum sit ex mea parte, nempe aurū & pecunia, succedit doctorū quaestio, de qua per Barto. in. l. Aristo. D. de donatio. quam ad hanc materiam regalis decimæ latè resoluam infra cap. 17. ex nu. 21.

21 Hæc autē omnia, quæ supra per totum caput de auro & argento diximus, * Generaliter intelligenda sunt in quacūq; materia, veluti ferro, ære, stagno, vel plumbo, pannis, lanis, sericis, corijs, vel lignis, & marmoribus, & quacūq; alia re, in qua mechanicæ artes exerceri solent: hæc enim doctrina tradita in. l. 2. §. adeò. D. locati. ad omnē artem, & omnem opificem seu artificem generalis est: quorum artificum genera recenset plurima. l. 1. C. de excusatio. artificum. lib. 10. & seriatim explicat Cassianus in Catalogo gloriæ mūdi. 11. parte. consideratione. 34. id quod manifestè constat ex. l. conuenit. quæ in regulis loquitur. & l. Sabinus. quæ de veste & statua agit. D. de contrah. emptio. in quibus omnibus

ex prædictis intelliges, quando ius decimæ locum habeat, necnè: eos excipio, quos lex Regia immunes facit in toto tit. 18. lib. 9. Recopilat. * Ex auro autem & argento, quicquid venditio contrahatur, leuissima gabella penditur, iuxta lucrum operæ, vt tradit. l. 18. titu. 17. lib. 9. Recopilat. vbi aduerte, ne te decipiat ea lex in versi. *Y en quanto a las cosas de oro*: quod distinctio ibi posita inter aurum alienū & aurum aurificis, faciēda quoq; est in argento, & quocūq; aliō metallo & materia ex supra resolutis, scilicet quantum ad inspiciendam naturam contractus attinet, & vim legis gabellariæ, quæ venditiones onerat, non locationes: transcribit enim ea lex Regia decisionem textus in dicto. §. adeò. quam generalem esse diximus in quacūque materia. Secus autem quoad priuilegium taxatæ quantitatis, quæ solui debeat: minor enim gabella soluitur ex venditō auro, quam ex argento, & alijs metallis vt ibi. quod nota.

Et vt hæc materia vterius progrediatur, ac radicitus explicetur, meminisse oportet, q̄ superius diximus in expositione. l. conuenit. D. de contrah. empt. num. 16. scilicet si tegulas tibi facio ex terra mea pro pecunia à te data, venditionem me contrahere, & decimam pretij debere: si ex terra tua, locationem fieri, & decimam nō solui, vt probat dicta. l. conuenit. 23 Nunc * vero illa se offert dubitatio: quid iuris erit, si tegulas mihi facias pro pecunia ex loco publico, vbi quilibet de populo terram fodere & extrahere posset, sicque materiā illa in nullius dominio sit tuo vel meo, sed omnium com-

mu.

munis, fortassis ex Regis aut cōcilij licētia, vel alio modo iuxta titulum. 7. lib. 7. recopilatio. quod sæpè contingit: aliquandò enim istæ tegulæ & lateres non in priuatis locis, sed in publicis & communibus fiunt, vt experientia docet: & hanc quæstionem ista breui distinctione resoluo: quod si præcedat conuentio, vt tegulas mihi facias, prout præcessit in dicta. l. conuenit. & explicat glos. ibi. verb. factas. magis mihi, quam tibi videaris terrā extrahere: & ita cum solum factum veritatur ex tua parte, non etiam alicuius rei alienatio, locationem esse necessariò dicendum sit iuxta ea, quæ latè suprā tradidimus: ministerio enim tuo videor dominium & possessionē illius terre adquisisse. l. quod meo. in princ. D. de acquir. poss. & probat text. in. l. quis saxum. ver. planè. D. de donatio. & facit, quod in re vacanti notat Bartolus in dicta. l. quod meo. numero. 9. Quod si cum prius terram tibi extraxisses & præparasses, tuaq; facta præocupatione sit, postea sequatur conuentio, vt tegulas mihi facias pro pecunia, easq; feceris ex illa tua terra iam defossa & præparata, factasq; dederis, aperta venditio est: quia & immutatur & alienatur terra illa, sicut si ex fundo tuo fecisses, iuxta dictam. l. conuenit. & quod de auro diximus ad dictam. l. 2. §. adeò. in. 1. responso. D. locati. itaq; ex hoc contractu decimam debebis pecuniæ acceptæ, ex 24 priori autem non ita. * Vnde cum isti regularij, laterumq; opifices semper habeant loca destinata, ex quibus terram accipiunt, tegulasq; & lateres faciunt; sic

vtiemper officio suo incumbentes, terram sibi & ministerio suo præparent, suoque nec alterius nomine, vt experientia docet: quomodocūq; tegulas faciant, & alicui dederint pro pecunia, conuentione scilicet præcedenti, vel non, venditores esse, decimamq; Regalem generaliter debere existimo: quod est valdè notandum.

25 Eademque iuris ratione intelligo, * quod figuli (ij opifices sunt, qui vasa faciunt ex terra in figuris, vt dixit glossa in. l. 1. C. de excusatio. artifi. lib. 10) semper ad Regalem decimam obligantur: quia siuè ex præcedenti conuentione vasa aliqua certa forma & lege postulata efficiant, siuè iam arbitrio suo facta dent mihi accepta pecunia, semper venditores sunt: vt plurimum enim ex terra iam sua sibi que acquisita operantur, quam ad id ministerium & officium emunt, vt in hac nobili Ciuitate quotidiè videmus: fat enim certa loca priuata, quæ vulgò *Tegjares* appellamus: in quibus eorum domini pluuiarum tempore, vel infusa aqua lutum illum huic arti fictili necessarium faciunt, ac prædictis figulis vendunt. & ita prouenit vt in his fictilibus figulorumque operibus nedum immutatio terræ & materiæ, sed eiusdem quoque alienatio sit, ac proinde vera emptio & venditio contrahatur ex doctrina textus in dicta. l. conuenit. D. de contrah. empt.

26 Cæterum præhabita distinctio circa tegulas ex loco publico & communi confectas, * generaliter quoq; obseruanda & tenenda est in venditoribus earū rerum,

E que

quæ publici iuris sunt, & occupantis sunt: veluti ijs, qui feras bestias, volucres, & pisces capiunt, iuxta textum in §. feras. Instit. de rerum diuisione. aut herbas odoriferas, esui, vel medicine vtilis, in locis publicis, vel ligna colligunt, quæ sanè & occupantis quoque sunt cum earum rerum usus publicus sit. l. penult. §. fina. D. de adquir. rerum domi. vt scilicet si inter te & me prius conuenerit, vt in publicum vadas, ac certam mihi, quam petiero, herbarum aut lignorum quantitatem portes, venationivè, aut piscationi illo die studeas meo nomine, certa mercede pro labore constituta, locatio euidens sit, vt probat textus elegans in l. i. versic. sed si quis operas. D. de postulando. quia cum mihi colligas, eoque animo vt ad me feras, magis meo nomine, quam tuo collegisse videris, ex dicta. l. quod meo. D. de acquiren. possessio cum Bartolo ibi. numer. 9. & dicta. l. quis saxum. versiculo. planè. D. de donat. atque ideo cum nullius rei alienatio sit, venditio esse non potest. Secus autem, si prius collegeris, & postea conuentione secuta dederis mihi pro pecunia, quia tunc rei tuæ, quam preoccupaueris, alienatio intercedit, & vera venditio contrahitur, vt decimæ locus fiat, ex dict. l. conuenit.

Atqui hæc eadem doctrina ad aquatores nostri temporis extendi debet: * nempè si conuentione præcesserit, vt ille aquator in apothecam meam vinariam totaque onera portet certa pecunia pro singulis oneribus constituta, locatio fit: quia cum ille portet aquam ex fonte publico aut flu-

mine, quorum usus communis est. §. flumina. Instituta. de rerum diuisione. & mihi portet, ideoque potius meo nomine, quam suo aquam haurire videatur ex prædictis, nihil præter factum & operam præstat. Secus verò, si cum hausisset aquam, & per vicum vanalem portaret, vt fieri assolet, ego pro pecunia accepissem: quia tunc venditio erit, cum aquam suam alienet, ex supra notatis: vide autem quæ dicemus infra nume. 33.

28 Ex qua resolutione videtur * aperte falli Io. Parladorium vbi supra dicto cap. 3. §. 2. nume. 25. dum generaliter existimat, aquatores gabellam non debere, quasi non tam aquam vendere, quam asportandi operam locare videantur: eò quod, licet alicubi aqua vendi soleat, apud nos vanales non est. l. Mela. §. fina. D. de ali. legat. vbi specialiter dicitur in Aegypto & Africa vanales esse sed leui quidem fundamentò motus est: nam cum vnusquisque possit ex fonte publico aut flumine aquam sibi sumere & acquirere, l. quominus. cum nota. D. de flu. si eam aquam iam suam alicui dederit pro pecunia, impossibile est, quin emptio & venditio contrahatur ex reg. l. naturalis. §. et si quidem. D. de præferri. verbis. non minus, quam si non ipsam aquam sed pisces capiat, & pro pecunia det, vt supra explicuimus, numero. 26. & impossibilius est, quod locatio & conductio sit, vt male Parladorius putat: quia locationis contractus super futuro facto esse solet vt dicemus infra. numero. 32. in hac autem specie factum portationis iam

iam est expeditum, cum conuentione fit. & aqua quidem ex sua natura vendibilis est, alias enim nec Africæ nec Aegipti vendi posset, ex regula l. sed cellus. in pri. D. de corr. emp. 29. Nec obstat * textus in dicta. l. Mela. §. fina. D. de ali. legatis. quia ibi non negat. I. C. generaliter aquam vendi posse, nec speciale esse ait, vt ibi vendatur: sed vt proponat vtilitatem quæstionis, de qua ibi consulebatur, inquit euenisse in ea regione Africæ aut Aegipti, vbi constat, ferè ex omni parte priuatam esse aquam, non publicam & omnium communem, prout Romæ est, & vbi que esse solet: etenim in interiori Africa, de qua intelligendus est ille textus, Rari fontes sunt, quia feruida cœli natura est, & ferè semper æstiuat vt tradit Lu. Seneca lib. 3. quæst. natural. cap. 6. & Aegyptus præsertim in ea parte, qua in Aethiopiã vergit, totam suam spem & securitatem in Nilo habet, vt probat. l. I. C. de Nili aggeribus, & l. pen. D. de extra ordi. crimi. cum ijs quæ tradunt autores relati per Menochiũ de arb. iudi. quæst. casu. 386. nulli enim aut rari in Aegypto imbres & fontes sunt, vt tradit Seneca lib. 4. prædictarum quæstio. capi. 2. & constat ex Pomponio Mela lib. 1. de Comographia. cap. 3. & 4. atque ita aquam vsui domestico necessariam vnusquisque colligit in puteis & Cysternis vel ex Nili inundationibus, vel alio modo, vt satis significat dicta. l. Mela. ibi. *sue quis habens cisternas* &c. vnde necessariò euenit, vt qui aquam non habet, ab alio emat, vt potèq; natura patès omnibus non sit, propter quod fidei commissam aquæ, de quo ibi, valde vtile fuisse

I. C. ait, scilicet propter pretium quoque erat aquam comparaturus. Itaque quod specialitas illius Regionis non est in hoc, quod illius aqua sit vendibilis & vendi possit, generaliter enim hoc vbiq; potest contingere, vt constat ex prædictis: sed quod iis, qui aquam non haberent, nulla alia esset, nisi quæ vanales exponeretur, & hic est verus sensus illius. l. Mela. §. fina. vt eam immerito allegauerit Parladorius vbi supra. Itaque priuatam aquam, * qualis est illa cuius meminit dicta. l. Mela §. fina. dubium non est, vendi posse, siue in Castella, siue in Africa, aut Aegypto, alioque regno detur pro pecunia, quia vna & eadem ratio est: veluti si puteum, fontem, aut stagnum aliquod habeam in fundo meo, & illius aquam de tibi vicinũ & inferius prædiũ habenti ad rigadũ pro pecunia: vera enim & propriissima venditio erit proculdubio, ac Regalis decima debetur, quia verè quod meum est, pro pecunia do. & isto casu non dubius venditionem appellat Petrus Rebuffus in tract. de decimis. quæstio. 8. n. 24, & laudimũ debere tradit Ludovico Peguera de fraudis. ver. i. nu. 84. Et hinc est, quod de Niue dixit Parladorius supra dicto. §. 2. nu. 25. verissimũ esse: nam cum hiemali tempore ad æstatem recõdatur, quo tempore nulli patès est, præterquam ijs, qui tempore æstiuè collegerunt, dubitare non licet, quin is qui recondit, dominium niuis fuerit affectus, & verè modo illam alienando pro pecunia, venditionem efficiat, & gabellariæ legi subiiciatur. immo idem erit, si in hieme vendiderit, ex iis quæ in aqua resoluiamus: quicquid contra huiusmodi venditiones niuiũ inuehatur Seneca dicto. li. 4. quæst. na. ca. 13. is

De Decima venditionis.

non tam contractum. quam vsum
niuis condemnat.

Ceterum nota, quæ de herbariis,
lignariis, aucupibus, & piscatori-
bus diximus supra num. 26. tunc
demum vera esse, si stamus in du-
bio, nec constat quo animo illi eas
res colligant: vt eo casu seruanda
sit prædicta distinctio: nempe an
præcesserit conuentio, & tunc lo-
catio & conductio sit, eò quod nu-
lla sit alienatio, vt supra explicui-
mus. an verò non præcesserit, &
tunc sit venditio, eò quod rem suã
præoccupatione factam, alij dent
pro pecunia vt iam diximus. Mo-
do autem illa est elegans ac perdi-
fficialis dubitatio, quid iuris erit, si
lignarius ad montem vadat, aqua-
tor ad flumẽ, herbarius ad locum
publicum, piscator & aucupex, eo
expresso animo, vt non sibi res ca-
ptas adquirat, sed illi potius, qui
operæ suæ mercedem præstiterit:
quod rectè fieri posse existimo,
31 nã* sicut in incertam personam
dominium rei meæ trãsserre pos-
sum. §. hoc amplius. Instit. de re-
rum diuisis. sic & dominium rei,
quæ nullius est, ministerio meo
potero incertæ personæ ad-
quirere: cum & incertæ quo-
que personæ possim vendere
iuxta notata per Bartolum in. l.
licitatio. in principio. num. 4. D.
32 de publica. * non ergò leuis du-
bitatio erit, quis contractus in
hoc casu geri videatur, si homo
ille rem ita collectam postea de-
derit pro pecunia, quæ operæ suæ
satisfaciat. Et quidem cum nulla
alienatio sit, eò quod nihil suum
in accipientem transfert, sed so-
lum factum & operam præstat, ex
qua accipiens acquirit, vt ex. l.
quod meo. D. de acquiren. posses.

& l. quis saxum. vers. plane. D. de
donatio. diximus supra. minimè
existimo earum rerum venditio-
nem contrahi ex regulis supra tra-
ditis. quin immò nec locatio
erit, cum videri nequeat locari fa-
ctum & opera, quæ iam non sit, vt
potè in effectum deducta, & semel
expedita: quod enim futurum est,
locari solet, vt eleganter notat Cor-
neus consilio. 38. num. 3. ver. itè
& quarto. lib. 2. & faciunt notata
per Bartolum in. l. hoc iure. §. La-
beo. D. de donatio. Vnde magis
mihi est innominata quædam con-
uentio, facio vt des: quia vt dixi,
nec venditio est, nec locationi alij
uè contractui nominato conueni-
re potest: succedit quæ ita regula.
l. i. D. de præf. verbis. ergo ex illa
conuentione Regalis decima non
debetur, quia innominata est lo-
cationi similis.

Verum in hac re vtiliter aduer-
to, quod cum generaliter res ille
quæ ex locis publicis colliguntur,
de sui natura vtilis sint cuicum-
que personæ, & vsui hominum val-
de proficua, cuiusmodi sunt hæc:
*lena, sparragos, turmas de tierra, esco-
bas flores, y yervas olorosas o medici-
nales*: præter alias, quæ notoriæ cõ-
moditatis sunt, veluti feræ bestię,
piscis, & volucres, de quibus etiã
supra diximus: inciuile est in-
telligere, & non verissimile, quod
istæ miserabiles egenęque perso-
næ, ac mulierculæ, quæ vt plurimũ
ex his victum quærunt, eas res
sibi non colligant & adquirant,
quamuis vendendi animo: fur-
ti quidem acturæ contra eos, qui
illas sibi subriperint. nam &
si nullum inuenirent remunera-
torem, cui pro pecunia darent, do-
mi reconderēt ad vsum & vtilitatẽ
pro-

propriam. nẽ quod vtile sibi est,
resupinæ effundant & iactent, quod
nemo facit. l. cum de indebito. ver-
si. qui enim soluit. D. de proba-
tio. ac proinde fiet, quod si ita a
principio testentur non sibi sed
remuneratoribus colligere, in frau-
dem magis gabellariæ legis face-
re, quam iure communi vti videã-
tur iuxta notata per Tiraque. de
retractu lig. in præstatione. ex nu.
73. vbi nu. 75 ait cũ Corneo in cõsi-
lio. 29. nume. 23. libro 3. quod in
fraudem legis sit, etiã cum quid
sit verè, sed eo tantum animo, vt
euitetur lex, quod aliàs non fie-
ret. l. si libertus minore. D. de iu-
re patro. Vnde cum si istę personę
gabellam non timerent, aperte ac
procul dubio, cum nulla præce-
dit conuentio, sibi ipsis res illas
colligerent, ac proinde postea dã-
do pro pecunia, manifestam ven-
ditionem contraherent ex supra
dictis: hoc idem fecisse intelligen-
da sunt, quamuis aliud, vt gabella-
riæ lex euitetur, verè & iuxta certa
iuris principia efficiant ex prædi-
cta doctrina: quomodo cumque
enim in hac materia euitanda fraus
est, aliàs dolis innumeris lex il-
la quotidie fraudaretur vt ait. l.
i. tit. 17. lib. 9. recopilat.

33 Hinc fiet, quod cum Aquatores
huius regni in ea re versentur, quæ
licet ad eò vtilis & necessaria sit, vt
principium rerum omnium Tha-
les Milesius eam dixerit, vt potè
natura mortalium facilius cuius-
que rei indigentiam, quam aquæ
ferre possit: est tamen vilissima &
in nullo pretio habita, propterea
quod in quocumque populo hu-
ius regni omnibus pateat: (infe-
lix enim illa patria esset, quæ care-
ret aqua, vel eam noxiam haberet)

rectissime credi potest aquator
non eo esse animo, vt ex fonte pu-
blico aut flumine aquam sibi inu-
tilissimam velit adquirere, quam
si laboris sui remuneratorem &
illa indigentem statim non inue-
niet, effusus ac perditurus est,
sed vt laboris potius ac operæ suæ
mercedem consequatur, totum
enim illius pretium in facto por-
tationis est: ac proinde si illud
ita a principio testetur, nullã frau-
dem committere, sed veram ac ra-
tionabilem suam intentionem &
voluntatem exprimere censendus
est: ita vt postea pecuniam pro a-
qua illa asportata accipiendo, nu-
llam venditionem contrahere di-
ci debeat, sed innominatũ contra-
ctum, facio vt des, ex prædictis:
34 iuxta quẽ sensum sustentabilis est
obseruanda quæ consuetudo, &
praxis, vbi viguerit, quod aquato-
res isti gabellam non soluant, li-
cet nihil testentur, & nulla con-
uentio de portanda aqua præce-
dat: quasi iam illud per consuetu-
dinem admissam testatum sit, no-
lle sibi inutilissimam aquam ad-
quirere, prout in reliquis vtilio-
ribus diximus, sed indigentibus
potius accipere, data sibi pro la-
bore pecunia: prout obseruatum
video in Taurinensi ciuitate, vbi
ab aquatoribus, licet quàm maxi-
ma eorum turba est, & non mini-
ma gabellæ quantitas ex ea nego-
ciatione corradì posset, nulla vn-
quã decima exacta est: non qui-
dem priuilegio aliquo aut exemp-
tione, sed quia non deberi existi-
matum est ignorata ratione, quam
nos explicuimus. nec oberit,
quod in hac materia nulla con-
suetudo sisco nocet. l. i. titu.
18. lib. 9. Recopilatio, & dicemus

infra cap. 19. in princ. quia hæc cō-
suetudo, de qua loquor, non est de
rogatoria, qualis est illa, quam im-
probat dicta. l. 1. sed iuris interpre-
tatiua: declarat enim eo casu verè
nullam venditionem esse, nihilq;
adimit fisco, sed non deberi signifi-
cat. argu. l. hæredes palam. §. 1. cū
notatis. D. qui testa. fa.

Prædictis autē omnibus, dum su-
prà diximus nu. 26. quod vbi præ-
cedit cōuentio, vt herbas, ligna, pi-
sces, feras, aut volveres mihi ca-
pias pro pecunia, locatio, & con-
ductio est, & non venditio: quia
cū mihi dare & portare debeas,
meo potius nomine, eas res cape-
re, ac perinde mihi adquirere re-
cta via nunquam tuas factas, cēsen-
dus es, per tex. in. l. quis saxum. ver-
si. planè. D. de donatio. * Obstat
35 tex. difficilis in. l. nec emptio. ver-
si. aliquando. D. de contrah. emp.
vbi qui ante piscationem, & missi-
lium iactationem, aues, seu pisces
missilivè conuenit, vt alius sibi da-
ret pro certa pecunia, emisse intel-
ligitur: veraque eo casu venditio
contrahitur, non locatio. Igitur
piscator aucupexvè sibi ipsi capit,
& suo nomine, non illius, à quo
per præcedentem conventionem
pecuniam recipit: aliàs enim ex su-
prà resolutis locatio, & conductio
esset. Sed respondeo: quod in di-
cto versic. aliquando. non est em-
pta res ipsa, sed spes sola piscatio-
nis aucupijvè, vt ibi patet, vnde si-
ue sibi capiat piscator siue emptori,
aperta venditio & emptio con-
trahitur, quia verè spes illa aliena-
tur, & ex persona piscatoris in
alium transfertur pro pecunia, ve-
rificata regula. l. naturalis. §. & si
quidem. D. de præf. verbis. & pro-
bat tex. in. l. si iactum retis. D. de

actio. emptio. secus autem esset, si
non in spem, sed in factum potius
piscandi, aucupandivè collata cō-
uentio foret, quia tunc ex supradi-
ctis regulis magis esset locatio,
quàm venditio: veluti si ita cōtra-
hatur, abi in flumen, & piscare mi-
hi hodie duas anguillas, vel quot
potueris, & dabo tibi tot argenteos.
Item si dixerò, abi in campū & au-
cupare mihi hodie quod potue-
ris, & dabo tibi tot argenteos, lo-
catio quoque est, quia vtroque ca-
su merces operè cōstituitur, & ille
nihil ex suo alienat, quamuis ego
suo ministerio res captas adquireo,
vt suprà explicuimus: Quod si in
res ipsas absque vlla facti mentio-
ne conferatur cōuentio, vendi-
tio erit: veluti, pro eo quod aucu-
patus fueris, aut in vulgus collatū
acceperis, dabo tibi tot argenteos
in singulas libras & pondo, aut p
toto, prout inter nos conuenerit:
nō minus quàm si futuros fructus
emero certa pecunia, vt rectè tra-
dit Bartolus in. l. cotem ferro. §.
qui maximos. nu. 4. D. de publica.
Nam sicut rem alienam vendere
possum. l. rem alienam. D. de con-
trah. empr. & eam quidē, quæ nul-
lius sit, rectè vendo, quàmuis non
propriè aliena dicatur, ex notatis.
in. l. fina. & ibi glo. verb. quod suū
non est. C. vnde vi. ex quibus præ-
habita resolutio satis explicata
manet.

36 Et iuxta has conventionum dif-
ferentias accipienda est*. l. 7. titu.
7. libr. 9. Recopilat. ibi: *Y leña y
barro, y esparto, aues y caza, y otras co-
sas semejantes*: Vt non intelligas
per eam legem semper, illarum re-
rum venditionem contrahi: ete-
nim & locatio esse potest ex suprà
resolutis, sic vt decima regalis non
de-

debeatur: iuxta quæ intelliges quo-
que verba illius legis, ibi: *Que tu-
bieren tienda o officio de vender tales
cosas.*

37 His itaque iam prolixè, sed ne-
cessariò discussis, vltèrius animadu-
uerto, * difficile esse venditionem
à locatione distinguere in specie.
l. quis saxum. D. de donatio. vbi di-
citur, quod si pecuniam à te reci-
pio, vt lapidem tibi eximas in fun-
do meo, venditio est, vel locatio:
nec explicat l. C. quādo venditio,
quandovè locatio sit, vt quia parū
interesse existimaret. Necessaria
autē & vtilissima hodie apud nos
est eorum contractuum distinctio
propter decimam: vt vtilis quoq;
animaduersio sit, ita in ea specie,
ac similibus contrahere, quod lo-
cemus potius, quàm vèdamus. pri-
mo enim modo locatio cū sit,
decima non debetur, secus autē
in secundo, cū sit venditio, ex. l.
1. tit. 17. libr. 9. Recopilat. cui legi
fraus non fiet locādo potius, quā
vendendo: quia cū lex dicat ex
sola venditione & pmutatione vel
le se decimam solui, & ego in hoc
casu secundum statutas iuris regu-
las, vel locare, vel vendere queam,
electioni locus erit: vt si locauero,
nihil debeam, secus si vèdidero: do-
lo enim nō facit, qui iure commu-
ni vtitur. l. si duorum. versic. sed an
exceptio. D. de actio. empti. & libe-
ra est vnicuique facultas in sic, vel
sic contrahendo. l. sicut. C. de act.
& oblig. & l. penult. C. pro socio.
nihil enim debetur fisco ex vendi-
tione, nisi contrahentibus placue-
rit ita contrahere: quia non sicut
vendes obligat ad solutionem
decimæ, inuitos ad vendendum
stringit. l. inuitū. C. de cont. empt.
& l. 3. tit. 5. p. 3. Vnde si nolint ita

contrahere, sed aliter, non fraudatur
fiscus, cui nihil adhuc est adqui-
situm, prout eleganter in alia quæ-
stione & materia tradit Caro. Mo-
linæus in consuet. Parisi. titu. 1. §.
23. quæstio. 4. nume. 20. quod ve-
rum est, nisi eo solo animo locare
mus, vt lex gabellariā euitaretur,
aliàs vendituri: tunc enim fraus es-
set, quæ fisco nō nocbit. l. si liber-
tus minorem. D. de iurè pat. & di-
ximus suprà num. 32. Hoc autem
admitti nec credi potest in hac spe-
cie prædictæ. l. quis saxum. quia cū
æque possimus vendere vel loca-
re, quicumque contractus electus
fuerit, dici non poterit in alterius
fraudem electus esse: seiuncta enim
legis gabellariæ cogitatione, nulla
ratio est, cur magis venderemus,
quàm locaremus: Vtilissima ergo
est huius propositæ quæstionis re-
solutio.

38 Et primò notare oportet, quod
in specie dictæ. l. quis saxum. D. de
donat. adeò difficile est intellige-
re, qualiter locatio & conductio
contrahatur, quaque ratione pro-
cedat, vt Accursium ibi valdè con-
torserit ea disquisitio*: etenim in
verbo. cōduxerat. Primò ait, quod
prædium cēsebitur locatum, vt ex
eo lapidem eximat sibi cōductor:
ex quo intellectu apertè inferri
potest, quod qui habet vias, aut a-
lios fructus pendentes in fundo
vineauè sua, possit eos distrahere
pro pecunia per locationis con-
tractum sine vlla venditione: nem-
pe locādo fundum, vineam, vel
hortum, vt conductor colligat sibi
fructus: quod si fieri potest, iam vi-
des quàm vtilis esset hodie hæc
animaduersio propter decimam.
præsertim cū, vt inquit Bartolus
in. l. cotem ferro. §. qui maximos,

num. 11. D. de publica. ad hoc, ut venditionem facias in specie dictæ. l. quis saxum: id sufficit, quod vendendi verbo usus sis: ut verò locationem, locandi verbo utaris.

Sed certè si vera esset hæc glossa interpretatio, scilicet quod fundus ipse videatur locatus in dicta. l. quis saxum. vix procederet eius dispositio in ijs rebus, quæ in fructu fundi non sunt, eo quod ex locatione fundi non aliud assumi potest, quàm quod in fructu & usu est lapis autè, de quo ibi, non sèpet in fructu est ut tradit tex. in. l. fructus. §. si vir in fundo. D. soluto mat. & ità eo casu impropria locatio fundi esset, ut lapis qui non renasceretur, eximi & exportari possit. At qui illud rectè notat prædicta glossa, minimè posse intelligi locatū esse saxum vel lapidem in dicta. l. quis saxum. quia iuxta eū sensum fieret, ut dominium lapidis non adquiretur conductori, propterea quod titulus locationis non est sufficiens ad translationem domini rei principaliter locatæ. l. non solet. D. locati. sed alterius rei sibi coherentis rectè dominium mutat iuxta ea quæ tradidimus sup. num. 6. & notat Paulus de Castro in dicta. l. quis saxum super ea glo.

Ex qua glossa * animaduersione explicare debes textū in. l. si olei. C. de locato. vbi dicitur, quod fructus anni quis locauit: debes enim intelligere, quod fundum locauit ratione fructuum illius anni: alias enim si fructus ipsos locasset, dominium eorum ad conductorem non trāsiret. ex glos. & Paulo. Cas. in dicta. l. quis saxum. & bene notat. lo. de Imola. in dicta. l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 5. ver. idem adde ei. D. de publica. sicut

nec serui locati, nec vestimentorum quæ locata sunt, dominium transfertur. l. 1. §. si quis seruū. D. depositi. & l. sed et si quod. §. sed an locare. D. de usu fructu. quamuis ij doctores non sic explicent eam. l. si olei.

Insuper * ea glossa dicta, l. quis saxum. D. de donatio. transit ad aliā expositionem & intellectum dicens: quod in specie illius legis locatio contrahitur ea ratione, quia locatur opus fodiendum eo acto, ut lapis esset suus. quæ verba difficilia sunt, & in eum sensum accipit Bartolus, quasi voluerit glossa: quod aut in contractu principali ter venit factum, & tunc quamuis ex eo sequatur datio siue traditio locatio sit non venditio: aut potius principaliter venit datio siue traditio, & tunc quamuis in ea sequatur factum, emptio & venditio est, non locatio: de qua regulatè egimus supra ex. num. 2. & bene exemplificat Paulus Castrensis in dicta. l. quis saxum. secundum quem Bartoli & communem intellectum ad eam glossam, & dictam l. quis saxum. hoc potest ex eacolligi quod aut sic dixi: do tibi hunc lapidem mei fundi pro decem argenteis, ità ut eum tibi eximas labore tuo vel tuis impensis: et erit venditio, quia principaliter de lapide tradendo agitur pro pecunia. Aut dixi in hunc modum, concedo tibi lapidem eximere in fundo meo pro decem argenteis, ità ut tibi & in tuam vilitatem eximas: & erit locatio, quia principaliter de fodiendo eximendo quod lapide agitur: ex qua doctrina satis explicata manet alternatiua Iurisconsulti ibi. in ver. sed si is.

41 Ego * tamen considero in hac re, quod

quod si doctrinam Bartoli sic adplices ad verba dictæ glossæ, ut modo adplicui & necessariò adplicanda est: inuenies, quod locatio contrahitur in dicta. l. quis saxum, quãuis factum & merces, ac proinde vtrunque locationis extremum ab altera parte proficiscatur, quod est mirabile: sic ut intelligas glossam voluisse, quod is qui pecuniã dabat, locaret factum suum: & ità quod quamuis ex sua parte & factum & pecuniã præstaretur, ipse que solus & daret & faceret, adhuc locationis contractus sit ex eo, quod in suam vtilitatem lapidem eximens operaretur: id quod glossam voluisse ex verbis ipsius mer glossæ aperte colligitur: ait enim quod locatum est opus fodiendum, ut lapis esset suus. Igitur aperte intelligit glossa, quod is qui fodiebat terram ut lapidem sibi eximeret, erat locator, quod est contra ipsum textum, dum expressè dicit, quod is, qui lapidem fodiebat, mercede conduxerat: ergo falsa est ea glossa, Bartoli, & communis interpretatio, nisi iuxta. l. idem est. 20. D. de act. emp.

Nec poteris glossam saluare dicēs, eum fuisse illius intellectum: nempe, quod ita conuenit inter te & me, ut lapidem foderes in fundo meo (quæ fortè res vtilis mihi erat, ut aptior inde & ad culturam commodior fundus ille remaneret iuxta l. diuortio. §. si vir. D. soluto mat. tri.) conuenit in quam, ut foderes sic ut lapis tuus esset. nam iuxta eū sensum cum lapis mercedis lococederet, locatio non esset deficiente pecunia, sed innominatus contractus. l. naturalis. §. at cum do. D. de præ. verbis. cum resolutis supra cap. 1. ex. num. 24. at textus in di-

cta. l. quis saxum. expressè dicit, quod alia merces data est præter lapidē & quod locatio & conductio contracta est.

Vnde in hac difficultate circà inquirendam rationem & modum, qualiter locatio sit in specie dictæ l. quis saxum. ego existimo, quod relictis verbis illius glossæ, recurrendum est ad verba ipsius Vlpiani l. C. in eadem lege, ver. sed si is qui. ibi. mercede conduxerat, ut pateret eū sibi iure eximere, quibus verbis aperte significat, quod non ipsum opus fodiendi, aut prædium ipsum vel lapis, locata conductaque sunt, ut varians Accursius existimat vbi supra: sed potius ipsemet fundi dominus pecuniaria mercede conductus est, ut conductorem lapidē sibi eximere pateret: & ità factū patiētia a locatore præstatur, quod quidem factū ex iis est, quæ locari solent dicta. l. naturalis. §. arcū do. D. de præ. verbis. pecuniã autem darur a conductore: ex quo tractatu planam locationem nasci necesse est ex regu. textus. in dicto. §. at cum do. & quæ supra latè resoluiimus: ita ut iam verè intelligas, quod aut sic dixi, do tibi hanc pecuniã ut patiaris me lapidē mihi eximere in fundo tuo, & est locatio: aut ità dixi, do tibi hanc pecuniã pro tali saxo fundi tui, quod ipse fodiam & eximam: & aperta venditio erit, sic verè intellecta alternatiua illius. l. quis saxum: D. de donationibus ad effectum decimæ Regalis, de qua nostra est institutio.

Sed certè contra hunc verissimū intellectum ad dictam. l. quis saxum. illa erit magna difficultas: * quia si locatio est, cum sic contractus data à te mihi pecunia, ut patiar la-

fiat lapidem tibi eximere in fundo meo: cum tunc ego in illa patientia, quam preſto, idem agam quod tradere, vt inquit dicta. l. quis faxum. & ibi notat Baldus. fiet, vt & in qualibet alia re conditio esse possit in propriis terminis venditionis, hoc modo: si patiar te tibi fumere hunc Codicem meum, vel illum librum, equum, aut quid aliud mobile, certa a te mihi pecunia data: quod negocium nemo sanæ mentis dicet locacionem & conductionem esse, quia potius sine dubio emptio & venditio est, cum rem dederim pro pecunia, seruata regula dicta. l. naturalis. §. et si quidem. D. de præf. verbis. huic tamen difficultati facile respōdeo: & aduerto, quod diuersa patientia est, quando patior te lapidem eximere in fundo meo, ab ea qua patior te tibi rem meam mobilem fumere: quia in illa ultra traditionem rei meæ, quæ per patientiam meam inducitur, præambula est patientia facti, nempe prius patior vt eximas, & post quæ eximisti lapidem, si ad huc mea voluntas durat, videor me tibi tradere exemptum lapidem, quem voluntate mea exportas: antequam enim omnino exemptus sit, si me pernituerit, dominus lapidis non fiet, vt tradit textus in eadem. l. quis faxum. *ibi si antequam eximat, pernituerit:* ac bene explicat Paulus Cast. *ibi.* quæ facti patientia considerari non potest in hac secunda specie conuentionis, quando patior te tibi fumere hanc rem meam mobilem data a te mihi pecunia: quia isto casu instantanea quædam patientia est, quæ solam rei traditionem continet: atque ita id solum in illa conuentione considerari po-

test, quod rem meam pro pecunia do, ex quo necessaria & inuitabilis venditio resultat. dicta. l. naturalis. §. & si quidem. & facit illa differentia, quam inter obligationes dandi & faciendi tradit Bartolus in. l. stipulationes non diuiduntur. num. 13. D. de verb. oblig. At in specie dicta. l. quis faxum. prius est factio vt des: nempe patior te tibi laborare in fundo meo vt des pecuniam, quod negocium necessario debet esse locatio, quauis postea ex cōsumpto & perfecto labore, rei meæ (scilicet lapidis) traditio & datio resultet in fauorē laborantis: quia cum secundario eueniat non principaliter, locacionē non impedit, ex communi & vera doctrina Bartoli in eadem. l. quis faxum. de qua latè supra. num. 6. vbi id in cuiusque rei fructiferæ locacione euenire diximus, per textum. in. l. si seruus communis. §. locaui. D. de furtis. quæ quidem doctrina sic intelligi & adplicari debet in hac materia, intellectis quoque ita verbis Bartoli in dicta. l. quis faxum. D. de donat. cuius legis hic est verus & natiuus intellectus.

Itaque ex hac vera resolutione, quæ viris doctis sine dubio placitura est, illud in summam consequitur: * quod locatio, quæ optima iuris ratione procedit in specie dicta. l. quis faxum. nullatenus procedere potest, nec procedet in iis rebus, quæ momentaneo facto adquiruntur percipiunturque, quia in eis sola datio & traditio considerari potest, sed in iis rebus duntaxat, quarum naturalem acquisitionem factum aliquod considerabile præcedere necesse est, vt de lapide eximendo diximus: veluti in piscatione,

piscatione, aut venatione rei meæ contingere potest, quo casu me conduxeris pecuniaria mercede, vt patiar te tibi vel lapidem eximere, vel feras meas venari in silua mea circumscripta, aut in stagno meo pisces meos piscari: quarum rerum acquisitio incerta est, & factum ac laborem desiderat vt experientia docet, & patet ex text. in. §. illud. Instit. de rerum diuis. quia tunc aperta locatio erit, vt est text. elegans in. l. 1. vers. publicano. D. vt in flumine publ. nauigare liceat. cum quod principaliter & prius ago, sit factum venationis & piscationis pati in re meâ, quamuis secundario piscium & ferarum, quæ meæ sint, alienatio ac datio sequatur, secundum Hispanam consuetudinem, quæ habet, vt quod in stagno nostro, vel loco circumscripto est, nostrum sit, vt tradit. l. fina. tit. 30. part. 3. contra. l. 3. §. item feras. D. de adquiren. poss. quod est valde notandum pro aliquibus dominis, qui similia locare solent, vt gabellam non debeant, super quo iam vidi controuersari. Atqui hanc differentiam satis aperte probat. I. C. in dicta. l. quis faxum. qui postquam de lapide vendito vel per locacionem distracto egerat, subdit in fine legis, quod in faxo est, dicendum quoque esse de empti labore, nec adiecit vel per locacionem distracta: ea ratione, vt existimo, quia cum leue factum esse soleat viridis arboris abscissio, non recte cadet in ea re locatio, sicut in faxo: cuius abscissio & extractio difficilis esse solet, & non leuis opere. * quamobrem quibuscumque verbis contrahas, si in effectu id agis, vt arbores stantes in fundo alieno

dētur tibi pro pecunia, sine dubio intelligam emptionē & venditionem contractā, non locacionem: quamuis verè arboris traditionē & acquisitionē abscissio ipsa & a solo separatio debeat præcedere, nec enim aliter tradi possēt. l. Quintus Mucius. D. de act. empti. quia cum illud factum tam leue sit, vt nequam cōsiderari possit vt quid principale in ea conuentione, semper intelligendū est principaliter inspectā esse arboris traditionē, & acquisitionem: ac perinde non locacionē, sed venditionem fuisse contractā, vt contrahitur in dicta. l. Quintus Mucius.

Præterea notandū est, * nimium difficile esse locacionē a venditione discernere in specie. l. in venditionem. §. 1. *ibi. Vēdere vel locare debet.* & l. ait prætor. §. in eum. *ibi. qui neq; locauit fructū prædij neq; vendidit.* ff. de bonis aucto. iudi. poss. & l. si usus fructus. *ibi. vel locet vel vendat.* D. de iure dotiū. & l. arboribus. §. usufructuarius. *ibi. vel locare vel vendere potest.* D. de usufructu. & in specie text. in clementij. 1. de rebus Ecclesiæ non aliena. in fine. *ibi ad locaciones, vel redditū aut fructuum venditiones.* in quibus iuribus traditum est, fructum fundi & vendi & locari posse, quādo autem alterutrum fiat, non exprimitur: & Barto. in. q. 4. incipit, Publicanus. nu. 11. sic ait: * quod aut alieno fructus fundi mei pro vnica pecuniæ quantitate semel soluenda, & est vera venditio: aut alieno pro pensione in plures solutiones & annos distributa, & erit locatio, iuxta singularē doctrinā glos. in. l. 1. §. 1. verb. agēdo. D. de superficie. atq; ita intelligendā esse ait alterutram illorū iurium, quæ supra retuli-

retulimus. Verum hæc doctrina & distinctio, quæ communis est ex Corneo. in conf. 38. lib. 2. & conf. 12. lib. 4. & ex pluribus relatis per Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glof. 14. nu. 86. non placuit Io. de Imola in l. Cotem ferro. §. qui maximos. D. de publica. inquit enim, * quod nulla ratio est, cur usufructus plurimum annorum emi non possit pro certo pretio annuatim soluendo iuxta sententiã glof. in l. Pomponius querit. verb. amitti. D. quibus mo. v. usufr. amitta. atq; ita existimat contra Bart. in d. loco, verba contractuum attendenda fore, ita vt si dixerint vado & emo, venditio sit: quæ si loco & conduco, locatio potius contracta esse videatur: quia à verbis eorum non est recedendum. l. nō aliter. & l. ille aut ille. §. cū in verbis. de lega. 3. si vero inquit, distinctio illa Bartoli & communis seruetur, vt scilicet pretij qualitas venditionē à locatione distinguat ex glo. in d. l. 1. D. de superf. & erit casus, si ita dixerit: cōcedo tibi fructus fundi mei in decē annos proximos pro mille aureis: tūc enim quia non declaratur nomen contractus, & pretiū est vnicum, venditio sit potius. si autē dixerit, cōcedo fructus in decē annos pro centum aureis annuis, locatio esse videatur.

Verū vtraq; Bartoli & Imole sententia ex cō est difficilis, q̄ liquet contractus istos locationis & venditionis nō solē nomine inter se distingui, vt cōstat ex notatis in l. si vno. in princip. & ibi glo. verbo transactio. D. locati. & l. insulam. D. de præf. verbis. immō nec sola pretij qualitate distinctos esse, cū pretij diuisio nulla lege in vendi-

tionibus prohibeatur iuxta sententiã glo. in d. l. Pomponius. certas enim regulas quib; contractus habet, quas tradit. l. naturalis. per totam. D. de præf. verbis. & tradidimus supra. nu. 2. * Vnde Iaco. Menochius de reti. posse. remedio. 4. ex nu. 18. eam Bartoli distinctionem de qualitate pretij, solum admittit in casu dubij, quādo ignoratur, an principaliter veniat factū vel datio: prout notauimus supra d. nu. 2. in fi. itaq; intelligit, quod si constet in cōuentione principaliter factū esse, locatio sit, quomodo cumq; pretiū adhibeatur diuisum, siue iūctū: id enim locationi non obest, vt cōstat ex l. ea lege. §. locaui. ibi non enim quidquam interest. D. locati. idēq; erit, quocumq; nomine conuentio illa à partibus appelleretur, quia res acta inspicienda est ex d. l. si vno. cum glo. ibi. verb. transactio. si autem principaliter datio sit, venditionē contrahi, siue vnum sit pretiū, siue annuum: quia id nulla lege prohibetur vt dixi, & tenet glof. in d. l. Pomponius. quā sequitur Imola vbi supra: & siue proprio nomine, siue alio quocumq; partes nominauerint: quia nō nomē, sed quod agitur inspiciendū est ex d. l. insulam. D. de præf. verbis. immō inquit Menochius, quod etiā eo casu cū in dubijs versamur, & ignoratur an principaliter veniat factū vel datio, non semper inspicienda est pretij qualitas, vt dicebat Bartolus: nec nomen à partibus cōuentioni impositum, vt volebat Io. de Imola in d. §. qui maximos. si modo aliter ex rebus gestis constare potest, quis contractus celebretur, vt rectē notat in d. remedio. 4. numero. 25. Tamē quāuis sic benē doceat

doceat Menochi⁹ in hac locutionis & venditionis materia, specialē istā de alienatione fructuū questio nē nō tractat, nec ex illi⁹ dictis videtur satis resolui posse: est enim necessariū ad particulares casus descēdere, quæ est optima resoluendū ratio, l. in toto. la. 1. D. de reg. iuris.

Ego verò vt plenē explicē hanc difficultē materiã, quā nullus mihi doctorū explicat, vt patet ex prædictis, ita distinguo: * aut enim cōcedo tibi. i⁹ percipiēdi fructū ex fundo pro certa pecunia, aut cōcedo fructū ipsos colligēdos: lōge enim hæc differentiant re & effectu, arg. ei⁹, quod traditur in l. nec emptio. D. de cōtra. emp. & primo casu iterū distingo: quia aut cōcedo ius usufructus in fundo meo, aut in alieno quod ego habeo. * si in fundo meo, cū res suam nemini seruiat. l. vti frui. D. si usus frui. petā. & l. in re cōmuni. D. de seruit. vrb. atqui ideo ego vsum fructum aliquē nō habeam in fundo meo, vt rectē tradit Io. Coras. lib. 5. miscella. cap. 3. nullatenus videri possum illum conducere: quia eius rei, quæ non sit, locatio esse nō potest, nā sicut sine re nulla est venditio, d. l. nec emptio. in prin. ita nec locatio consistit, cum vterque contractus iisdem iuris regulis consistet. l. 2. in prin. D. locati. quæ propter necessariū fiet, vt eodem modo venditionem contrahā, & formalem usufructum in re mea constituens in te alienem, iuxta textum in l. necessariū. §. fina. ver. an verò. D. de peri. & commo. rei vend. idque procedet, siue vnicum pretium semel soluendum statuat, siue in plures pensiones distributum sit: quia cū ex ipsa re acta venditionem esse constet, nihil ei obest quod pretiū distribu-

tur, iuxta ea quæ supra dixim⁹. 49
Sin autē in fundo alieno concedo ius usufructus, q̄ ipse habeo: tunc quidē, * si ius ipsum formale cōcedam siue potius percipiēdi cōmoditatē, (quæ duo inter se differunt iux. nota in d. l. necessariū. §. si. & quæ latē resoluunt Pinelus in l. 1. C. de bonis mat. 3. part. ex nu. 38. & D. Sarmientus. lib. 3. selecta. interp. cap. 9.) cū illud certō consistet usufructuarium & vendere, & locare iuris sui commoditatē posse, iuxta text. in pri. vet. nec vili alij. Instit. de vfu & habi. & probat. in dicta. l. arboribus §. vfu fructuarius. ibi. vel locare vel vendere potest. D. de vfu fructu. & dicta. l. si vus fructus. ibi. vel locet vel vendat. D. de iure dot. obseruata scilicet. l. 24. tit. 3. r. par. 3. vt benē explicat & resoluit vtrā prædictos Io. Garria de expen. & melioratio. cap. 10. precipuē num. 41. & certum quoque sit, isto casu siue venditio, siue locatio cōtrahatur, vnā solā & eandē patientiã, & nihil aliud visibile, a cōcedēte præstari: quia si venditio est, quāuis ius aliquod trāferatur per factū patientiæ sit: si autē locatio est, per eandē patientiam colonus vritur, ex. l. 3. ycr. dare. D. de vfu fructu. & l. quoties. §. fina. D. de seruitu. & l. 1. in fine. D. seruit. rust. præd. & explicat Barto. in l. 2. §. & harū. nu. 3. D. de verb. obligat. atq; ita ex re ipsa per cōcedēte præstita distinguere nequeam⁹, an venditio, an verò locatio potius cōtrahatur, eò quod vnā & eandē res, nēpe patientiã, ad vtēdū & fructū vtrōq; casu præstetur: inspiciendum existimo, an per pacta in cōuentione posita, natura alterutri⁹ contractus magis eluceat, vt quādi- etū sit, q̄ ob bellū vel similitē causam

fiat mercedis remissio, tunc enim locatio erit, ex notatis per Meno. d. remed. 4. nu. 25. q. si nihil actum appareat, seruanda erit doctrina Io. de Imol. in. d. 5. qui maximos. ut si partes contractum ipsum nominauerint, atq; ita de quo contractu senserint, aperte constet, ut quia dixerint emere, aut conducere, is esse intelligatur, ne ab eorum verbis & mente recedamus, d. l. non aliter. deleg. 3. si autem expressum non sit, vel promiscue in eo contractu verbis vedo, emo, loco, aut conduco vsi fuerint, qualitas pretij sit attendenda, iuxta doctrinam glo. in. d. l. 1. D. de superfi. & quod voluit Bar. quem in hoc casu libenter sequor, in. d. Quast. 4. nu. 11. & iuxta hanc resolutionem recte procedit alternatiua tex. in dicta. l. si vsusfructus. & dicta. l. arboribus. quae de vsufructu loquuntur.

Ceterum, si non ipsum ius aut commoditas vsusfructus concedatur, sed potius res ipsa, scilicet fructus & corpora colligenda, concessa sint: distinguendum est. quia aut conceduntur fructus apparentes, qui pendent in arboribus, aut fructus futuri: * Primo casu, cum nullum factum in eo contractu versetur, quod alias in locatione fundi, & cuiusq; rei fructiferae esse solet, ut quid principale, iuxta ea quae resoluiimus sup. nu. 6. sed sola prompta, ac patens perceptio fructuum, & collectio sit, ubi ad maturitatem peruenerint, atq; ita rem dare pro pecunia esse appareat: generaliter dicendum est, quod vera ac perfecta venditio erit, quomocumq; contrahatur, siue inquam partes dixerint se vendere, siue locare testentur, quia re ipsa venditio sit ex ijs, quae de ar-

bore pendente pro pecunia alienata diximus supra nu. 45. iuxta. l. Quintus Mucius. D. de actio. empti. * atq; ita expresse in proprijs terminis ad exactionem Regalis decimae, iustissima de causa praedicta; iuris ratione decisum extat in conditio. 26. *De los apuntamientos q su Magestad embio a los lugares no encabeçados el año pasado de. 1576.* quae ex praedictis recte intelliges.

54 Aduerto autem * q. quamuis mos & pratum pasuum, silua, vel collis, aut quicumq; pasuus ager, paratum fructu (nepe herbam) habere solet, sicut de fundo pendentes fructus habere diximus: adhuc tamen in ijs pasuis diuersum ius est, quia cum naturalis pasuorum vsus sola herbae perceptio esse solet, quae oues & pecora pasuntur, rectissime in eis cadit locatio, siue propta & patens herba sit, siue nascitura: ita ut pratū ipsum locatū conductūq; sit, & dominus patiatur colonū vti fruiq; secundū rei conductae qualitatem & naturā, nepe herbis pascendo suas oues & pecora ut est tex. expressus in. l. sed adde. §. 1. ver. aliter atq; D. locat. & l. 14. ti. 8. par. 5. praefertim, quia & ipsi prati, praeter pastū animalium, alius vsus perquam utilis & necessarius esse solet, scilicet ad mansionem pastorum & ouium: quem cum pro pecunia patiatur dominus, non minus locare dicendus est, quae enim fundū alium recte quis ab eo con-
55 ducit ex notat. sup. nu. 6. constatq; ita non minus apta prati pasui locatione, quam ipsius herbae venditione dari, prout de utroq; contractu est textus. in. l. 23. titu. 7. lib. 7. Recopil. ita ut non minor in hoc puncto dubitatio sit, quando aliteruter contractus celebretur, quae
in

in praecedentibus questionibus ad effectum decimae: Etenim siue pratū ipsum locauero, siue illius herbam vendidero, nihil aliud ago, quam vtilitatem accipienti vsu pati: nec apparet ideo quid principalius sit factum vel datio, ut stemus regulis traditis supra. num. 2. Sed ita resoluo: quod cum in dubijs versemur, seruandae erunt coniecturae traditae supra. num. 52. scilicet ut prius inspiciamus, quid actum sit iuxta resolutionem Menochij dicto remedio. 4. nu. 25. deinde quibus verbis vsi fuerint contractuantes, iuxta sententiam Io. de Imola in dicta. l. cotem ferro. §. qui maximos; D. de publica. vltimo pretij qualitas attendatur ex sententia Bartoli in dicta Quastio. 4. nu. 11. ita ut intelligas, deficientem primam coniecturam, quae omnium potior est, ad secundam esse deveniendum, & deinde ad tertiā cum secunda defecerit: quibus obseruationis impossibile est, quin contractus qualitas detegatur.

56 Notare tamen oportet, * quod quamuis ex praedicta resolutione illud aperte constet, in Pratis pasuis & Montibus non minus bene locationem, quam venditionem esse posse, ita ut contractus qualitas attendenda sit ex praedictis consideranda, ut Regalis decima exigatur, quae ex venditione debetur, ex locatione autem non ita, ex traditis supra per totum caput: ad huc ex herbis & pasuis Maestratus ordinis Calatrae, quomocumq; contractum sit, decima sine distinctione debetur, quasi semper venditio herbae, non pasuorum locatio contractū videatur ex antiqua consuetudine, quae sic interpretata est, ut probat textus sic intelli-

gendus, & alias quidem difficilis in. l. 12. titu. 17. lib. 9. Recopilat. ita ut in reliquis partibus, ubi talis consuetudo non vignerit, praedicta resolutio sit obseruanda.

57 Quod si, * ut ad vltimam praemissae distinctionis partem deveniam, futuri fructus concedantur siue vnius anni, siue annorum pluriūm pro certa pecunia: haec regula obseruanda est: quod aur ita tibi conceduntur, ut cura ut cultura fundi ad te transeat, & erit locatio, iuxta l. si olei. C. de locato: quia tunc quod principalis est in eo contractu, patientia ipsa est, quae a domino fundi praestatur, ut eo utaris ferendo, colendo, rigando, & omnia alia faciendū ad consecutionem fructuum necessaria. l. si merces. §. qui fatidum. & l. si in lege. §. Colonus. D. locati secundum ea, diximus supra. num. 6. & tunc qui concedit fructus, non quidem ipsos locare videbitur, quia isti in conductorem sunt transiuri, locatio autem dominium non mutat. l. non solet. D. locati. sed fundum ipsum locasse dicendus est, ut ad intellectum dicta. l. si olei. notauimus supra. num. 39. idque verum erit, siue vnica pensio pro omnibus annis, siue plures pensiones soluantur: quia & vnica summa pro locatione plurium annorum solui potest, sicut & pro operis longi temporis. l. ea lege. §. locaui. ver. non enim quidquam interest utrum vno pretio. D. locati. & aduertimus supra. num. 49. quo casu conductor ille proprie appellatur Redemptor, iuxta ea quae resoluiimus supra. cap. 1. nu. 9. quamuis regulariter mensura, vel annua merces esse solet ex l. licet. C. de locato. licetm. quattuor. §. qui impletor.

pleto. & l. si in lege. §. si domus. D. eodem tit. & notat Bartolus in dicta. Quest. 4. num. 11. At verò si ita concedatur fructus, vt cura & cultura fundi apud dominum maneat, & soli fructus liquidi & puri absque villo facto & labore, tradendi sint ei, qui pecuniam dedit: verissima ac propria venditio est non locatio, quia nihil aliud in eo contractu reperitur, quam rei datio pro pecunia, & ita succedit regula. l. naturalis. §. & si quidem. D. pref. verb. siue pretium pensione vna, siue in singulos annos solvatur distribuaturque: pro vt benè considerat hanc speciem Petrus a Salaçar in tract. de usu & consuet. cap. 11. num. 30. atque ita procedit venditio fructuum in l. nec emptio. & l. si debitor. D. de contrah. emp. iuxta quam verissimam distinctionem intelligenda & accipienda est alternatiua Iuris consulti in dicta. l. in venditione. §. 1. ibi. *Vendere vel locare debet.* & dicta. l. ait prator. §. in eum. ibi. *Qui neque locauit fructum pradij, neque dedit.* D. de bonis autho. iudi. possi & in dicta Clem. 1. de reb^o eccles. nō ali. nēpē quod vēdat quis fructū pradij si culturā & curā retinēdo. cū pro pecunia concesserit: locet autem illum, cura & cultura in cōductorem translatis: quo casu nō ipsum fructum vt dixi, sed pradiū locare dicēdus est iuxta dictam. l. si olei. C. de locato.

Cæterum si in contractu isto expressum non sit, ad quem cura & cultura fundi seu fructuum pertinere debeat, vt quia solum dixi: *dabo tibi fructus trium annorum fundi mei pro centum statim mihi solvendis*, vel pro quadraginta aureis annuis: *elegantem doctrinā

tradit Bartolus in l. Cotem ferro. §. qui maximos: num. 10. D. de publica. dicens, quod si contrahimus super quota parte, vel certa quantitate fructuum, cura & cultura in dubio pertinet ad dominum fundi, qui reliquos fructus habere debet argu. textus. in l. defuncta. §. si. D. de usu fructu. & sic ego dico ex prædicta distinctione, quod plana ac vera venditio erit eo casu: Quod si super omnibus fructibus fundi contrahimus, cura & cultura ad eum in dubio transit qui pecuniam dedit: atque ita ex præhabita resolutione vera ac propria locatio contrahetur. Tamen quia aliquando concessis fructibus, ius ipsum usus fructus concessū intelligitur, quo casu aliā regulā seruādā esse diximus supra. num. 31. & 32. videnda est glossa in l. si quis ita. D. de usu fructu. & l. in singulos annos. D. de annuis lega. & l. fundi. Aeburtiani. & l. cum ita. D. de usu fructu legato: quod modo non discutio.

Ultimò non omittam, *quod de locatione ad longum tempus dubitari solet, an ex ea velut ex venditione dominij utilis, quod in conductorem transfertur. l. 1. & l. 2. iuxta communem doctorum sententiam. D. si ager veditiga. & quæ late resoluit Aluarus Valascus de iure emphit. 1. parte. questio. 29. decima debeat. & quidem si pensio soluitur singulis quibusque annis, proculdubio decima non debetur, quia eiusmodi locatio viribus & effectu est quædam concessio in emphiteusim, nec ad venditionem accedit, vt optimè resoluit Tiraquellus de retract. ligna. §. 1. glo. 14. num. 84. & agit Valascus vbi supra. nu.

10. cō-

10, constat autem ex emphiteusi gabellam non deberi, vt explicuimus infra cap. 10. num. 3. quod si pro longo illo tempore vnū pretium constituitur, magis videtur, vt temporalis ipsius fundi venditio contrahatur, ex eiusdem Tiraquelli sententia vbi supra nu. 86. sic vt apud nos Regalem decimā deberi dicendum sit. Ego verò contrarium puto, quia immò cū proprietatis & dominium rei ad longū etiam tempus locata in cōductorem non transeat ex expressa contrahentium voluntate, quæ ex eorum verbis resultat, dum expressè tractant de locatione, iuxta regulam non solet. D. locati. nullatenus venditio esse potest ex doctrina. l. cum manu fata. ver. nemo potest. D. de contrah. emp. siue pretium sit vnū, siue multiplex, quia vtrūque locationi conuenit, vt tradidimus supra nu. 49. nec obstat quod de vtili dominio dicitur, quia resolue cū Pinelo. in l. 1. C. de bonis mat. 3. par. ex nu. 63. nec etiam obstat illa doctrina de qualitate pretij obseruanda, quæ mouetur Tiraquello vbi supra; quia intelligenda est in casu dubij, quando non constat, quis contractus à partibus celebratur, vt sæpius diximus supra. nu. 2. in fine. & d. num. 49. secus vbi de aperta locatione constiterit, siue breui, siue longa.

Præterea illud in calce silendū non est, *quod tradit tex. in. d. l. cum manu fata. ver. nemo potest. D. de cont. emp. nēpē quod si vendidero eo pacto, vt dominium rei venditæ ad te non transeat, nulla venditio est, sed aut locatio aut alius contractus: ergo decima nō debetur ex tali venditione iuxta nota. infra cap. 14. num. 1. sed ita distib

quo: quia aut taliter contrahimus eo pacto, vt possit intelligi alius contractus fieri, puta locatio aut alius quicumque, & ille seruabitur ex prædicta. l. cum manu. in fine. aut nullus contractus fieri cōmodè intelligi potest præterquā venditio; & tunc vitatur pactū, & venditio valet, decimaque debetur ex nota. in l. vbi ita donatur. D. de dona. cau. mortis & tradit Bal. in l. si paterfa. D. de adopt. per tex. in l. cū precario. D. de preca. vt expressè in his terminis distinguit Casian. in Cōsue. Burgū. rub. 10. glo. de veditur. ea ratione, ne qua via fraudib^o aperiat prout notat quoque Tiraquello de retract. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 37.

Summa capituli tertij.

- 1 **G**abella venditionis mercium nō nisi cum tradita fuerint, debetur ex Baldo.
- 2 Regalis decima à tempore contractus debetur, non expectata traditione.
- 3 Hæc decima ratione contractus debetur, non ratione rei, vel pretij.
- 4 Tempus actionis competentis ratione alicuius actus, ex die actus computatur.
- 5 Decima debetur ante pretium solutum.
- 6 Venditio ex quo tpe perfectione recipiatur.
- 7 Declaratur sententia Bal. de qua supra.
- 8 Lex gabellaria simplicem actum venditionis requirit.
- 9 Multi effectus resultant ex eo, quod à tempore contractus decima debeat.
- 10 Venditione contracta tempore vnus, quamuis alterius tempore res tradatur, illi primo gabella debetur.
- 11 Exponitur. l. 12. tit. 17. lib. 9. Recopilat.
- 12 Venditoris immunitas inspicitur iuxta tempus contractus, non traditionis.
- 13 Ex venditione in scriptis, gabella non debetur, donec scriptura fiat.

- 14 Perpenditur limitatio quadam Grego-
rij Lupi ad l. 5. tit. 5. par. 5.
- 15 Refertur auctoris sententia a superiori-
bus iudicibus confirmata.
- 16 Exponitur textus in l. quotiens. ver. si
ignitur. C. de rei vendicat.
- 17 Sublimatur illa Gregorij limitatio,
de qua supra num. 14.
- 18 Arrha data in venditione quando de-
cima deberi incipiat.
- 19 Re vendita, quanti Titius aestimaverit
quando decima deberi incipiat, &
quibus gabellariis solui debeat.
- 20 Exponitur textus in §. pretium autem
Instit. de empt. & vendit. C. l. fina
C. eo. tit.
- 21 Ponderatur & exponitur. l. si fundus
& §. fina. D. de pign. & §. l. fina
D. de contrah. empt.
- 22 Tertius electus ad definiendum pretium
venditionis, an possit cogi ad illud
declarandum favore gabella.
- 23 Si quo tempore venditio in scriptis con-
trahitur, vel ita quanti Titius esti-
maverit, venditor tributarius sit, te-
pore autem scriptura confecta vel
pretii definiti, immunitas reperiat, &
quod tempus inspiciendum est pro
decima solutione.
- 24 An in venditione alterius nomine fa-
cta, inspiciat debet tempus contractus
vel tempus Rati habitationis, quod sit
immunitas.
- 25 Declaratur quadam doctrina Baldi in
hac materia.
- 26 Rati habitio non retrahitur in pra-
sentia iudicium tertij.
- 27 Decima debetur gabellario, qui tempo-
re rati habitationis existat, non eis
qui fuerit tempore contractus.
- 28 Si rem meam vendideris non meo no-
mine & venditionem sciens ad-
probaveris, tempus approbationis in-
spicitur ad gabellam.
- 29 Resolvuntur remissive alie quaestiones
circa tempus decimae.

Quando ex venditio-
ne pura, Decima de-
beri incipiat.

CAPITULUM III



V. M. er-
go con-
terq; ex
quacun-
que ve-
ditione
regiam
Gabel-
lam de-
beri, vt
supra late explicui mus: illa pri-
mum sese offert dubitatio, ex quo
tempore deberi incipiat, nempe,
an ex tempore contractus initi &
celebrati, an vero ex tempore tra-
ditionis rei vendite, vel pretij solu-
tionis: ex qua disputatione mul-
ti quidem, ijq; vtilissimi effectus
dimanabunt, vt inferius appare-
bit nume. 9. & Baldus in consilio
243. incipit, tempore. & in consilio
253. incipit, licet iste allegatio-
nes. lib. 4. * aperre consuluit, gabel-
las debitas pro venditione intercia
non nisi cum tradite fuerint, debe-
ri: ea expressa ratione, quia tunc
emptio & venditio perficitur, cu-
res traditur, refert Tiraquellus de
retractu ligna. §. 1. glo. 2. num. 48.
cum sequenti. estque in eade sen-
tentia Montalius in il. 61. glossa
vnica ad finē tit. 3. par. 3. vbi nota-
dum esse ait, quod gabella soluen-
da est de re, qua tradita est, allegas
notata per cum in l. 20. §. l. 3. tit.
10. lib. 3. fori. vbi dixit, non nisi
ex perfecta venditione gabellam
deberi annuens in hoc loco, ven-
ditionem non perfici, nisi cu traditio rei

tio rei vendite secuta est. videturq;
in expresse idem voluisse Baptista
Villabobos in tract. communium
opinio. litera. E. num. 3. in fine, &
Castellus in l. 70. tauri. verbo. y el
alcavala. in additione: vbi postquam
superius dixerat regiam gabellam
statim venditione perfecta deberi
postea addit, venditionem perfe-
ctam esse, cum rei vendite traditio
subsequitur, ex notatis per eum ibi.
Verum tamen contraria senten-
tia proculdubio verior, & tenen-
da est: * nempe, ex tempore contra-
ctus mutuo consensu celebrati, e-
tiam ante rei vendite traditionem,
vel pretij solutionem, Regalis de-
cimae actionem & obligationem
inter: ea scilicet necessaria ratio-
ne, quia Regalis haec decima non
ratione rei vendite, vel pretij con-
tractus, sed ratione contractus ven-
ditionis debetur, vt probat textus
in l. 1. lib. 10. venditores. & ibi, por-
que venditores. tit. 17. lib. 9. recopi-
lat: est enim seruitus quaedam ven-
ditionibus, & permutationibus
imposita, vt explicuimus supra in
prefatione. num. 29. & num. 33. &
in simili gabella docet Baldus in
l. 1. num. 3. & 4. C. de contrah. em-
pti. & agnoscit Montalius in l. 50.
verbi que Pharaon. ad finem glossae,
ver: cum vero lex civilis. ti. 6. par.
1. propter quod, nec personale,
aut patrimoniale, mixtumve ius
esse, sed quid neutrum, infra resol-
uimus. cap. 19. nume. 97. estq; per-
petua regula in hac materia ob-
seruanda, vt in pluribus locis istius
tractatus animaduertimus, precipue
in cap. 4. infra per totum. at-
que ideo necessarium est, vt statim
cum verum fuerit venditionem ef-
se pure contractam, (scilicet cum
de re & certo pretio pure conue-

nerit, vt statim subijciam) gabella
ista debeatur: possitq; eius nomi-
ne gabellarius agere, argu. textus
optimi in l. sciendum. in fine. cum
lege sequenti. D. de edilit. edicto.
vbi actio redhibitoria, quae ratio-
ne contractus datur, statim compe-
tit ex die venditionis: nec rei tra-
ditio expectatur, * etenim regula
re est, cum actio datur ratione ali-
cuius actus, tempus actionis ex
die illius actus computari. l. ait lex
D. ad legem Aquil. vbi quia legis
Aquilae actio datur ratione dam-
ni, & vulneris illati, tempus illius
actionis computatur ex die vul-
neris, non ex die mortis secute:
propter quod, & diem quoque re-
tractus sanguinis ex die venditio-
nis, non ex die traditionis rei ven-
ditae, aut pretij solutionis compu-
tari constat, vt bene tradit Montal-
uus in l. 13. glo. magna. ver. item.
quero, a quo tempore. tit. 10. lib.
3. fori. & cum communiori senti-
entia resoluit Ioan. Matientius in
l. 7. glo. 6. num. 3. tit. 11. lib. 3. Re-
copilat. atq; ita in expresse, quod
Regalis haec decima statim ex die
contractus venditionis debeat, &
decisum apparet in l. 31. ibi. Des-
pues del otorgamiento, y fecha de la vera.
tit. 19. lib. 9. Recopilat. vbi quinque
dies ad solutionem decimae assi-
gnati, a tempore contractus, non a
rei traditione, vel pretij solutione
numerantur, vt notabimus infra
cap. 18. num. 34. igitur ex eo con-
tractus tempore ea decima debe-
tur: alia enim fieret, quod si intra
quinque illos dies res vendita non
tradatur, indebitum ante rei traditio-
nem decima peteretur & solueretur
ex ea lege, quod esset absurdum
arg. tex. in l. tali. D. de iure dotiu.
& quae dicemus infra cap. 35. nu. 2.

5 **Quint** immò, quòd & ante pretij quòq; solutionem decima debeatur, est text. in l. 10. in fine. ibi: *Por no ser acabada la paga.* tit. 17. lib. 9. Recopi. qua lege deciditur, propter pretium non solutū exactio- nem decimæ nō retardari, & dice- mus infra cap. 6. per totum. ac re- soluit Auend. respōso. 29. ex prin. quòd quidem eam rationem ha- bet, quia Regalis ista decima ratio- ne contractus debetur, vt dixi: ex quibus habes veram rationem de- cidendi ad eas leges. & vide quæ- dicam infra dicto cap. 6. num. 12.

6 **Constat** autem, vt dixi, *emptio- nem & venditionem contractam perfectamq; esse, cū de re & cer- to pretio purè conuenerit, ex reso- lutis supra in cap. 1. nu. 22. quā- uis quidem pretium nondum nu- meratū sit, vt ait tex. in prin. Insti. de emp. & vend. nec res vedita tra- datur, vt est tex. in prin. Insti. de ob- ligat. ex consensu. ibi: *Ac nec dari quidquam necesse est, vt substantiā ca- piat obligatio.* & in. §. perficiuntur. Insti. de donatio. & satis elegan- ter explicat I. C. in l. 1. D. de rerū permut. & in l. 2. ibi: *non autem pre- tij numeratio, sed conuentio perficit em- ptionem.* D. de contrah. emp. & est communis doctorum sententia, quam tradunt Romanus, & Alex. in l. filie licet. nu. 3. C. de collatio. vbi etiam Iason. nu. 1. & in l. Iuris gentium in prin. nu. 1. & ibi For- tun. Garfia fol. 24. D. de pactis. & Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glo. 2. nu. 43. Etenim illa pretij nume- ratio, & rei venditæ traditio, quæ in venditionibus fieri solēt, & de- bent, non ad substantiam contra- ctus sed ad executionem pertinet, propter quod triplicem, aut qua- druplicē perfectionem emptio &

venditio habere dicitur, ex Baldor in l. necessariò D. de peri. & com- mod. rei vendi. quem refert De- cius consilio. 179. nume. 3. & late Matientius vbi supra. num. 14. vt apertè corruant fundamenta Mō- ralui, & Castelli vbi supra, dum ex eo putant, gabellam non nisi secu- ta traditione deberi, quòd existi- ment, venditionem ante rei vendi- tæ traditionem non perfici, quòd est planè falsum ex prædictis: quia venditio solo consensu peragitur ex resolutis supra dicto cap. 1. nu. 7. atq; idè statim gabellam parit, quæ eius ratione debetur, vt dixi: ceterū rei venditæ traditio, & pre- tij conuentio solutio, non tam ven- ditionis essentia & perfectio est, quàm eius executio, vt explicui.

7 **Nec præterea** obstat dictum Bal- di in dicto consi. 243. & in consi- lio. 253. de quo supra: * quia re- spondeo, Baldum loqui in statuto, ex cuius verbis colligatur, effectua- lem (vt ita dicam) contractus per- fectionē requiri, vt gabella debeat, non essentialē dūtaxat: quo- fanè casu rectè diceretur, quòd ga- bella esset consecutiua traditio- nis rei venditæ, per quam veditio ad totalem sui perfectionē dedu- citur, vt expressè ait ipse Baldus in prædicto consilio. 253. per totum, & dicemus infra cap. 4. nume. 11. Estq; in eundem sensum accipien- dum, quòd tradunt Doctores Em- phyteutam videntem in commis- sum non cadere, nisi traditione se- cuta: vt resoluuit Iu. Clarus. lib. 4. re- cep. sente. §. Emphyteusis. quæst. 13. quia id ex eo est, quòd credunt constitutionem l. finalis. C. de iur- re emphyte. non tam venditionis factum respicere, quàm alienatio- nis effectum ex ea causa. Idemque in

in Faudo ex eadem ratione obser- uari constat per tex. in cap. 1. §. cal- lidis. de prohibita feud. alie. per Federi. ex notatis per Tiraque. vbi sup dicto. §. 1. glo. 2. num. 47. At nos * loquimur circa legem no- stram Regiam, quæ cū simplici- ter de venditoribus loquatur, sim- plicem venditionis actum requi- rit, vt decimæ locus fiat, prout di- cemus infra cap. 14. num. 13. Cū Caro. Molinæo in consuetu. Pari- sienti. tit. 1. §. 22. num. 40. in fine. & satis constat ex dicta. l. 31. tit. 17. lib. 9. Recopilar. quæ expressè est. & agnoscit quoque Io. Garfia Mo- linæum secutus in tract. de expen- sis. cap. 18. num. 48.

9 **Ex qua vera** resolutione multi effectus resultāt. * Primus est, què dixi, videlicet quòd gabellarius agere poterit ad gabellam eo ipso, quòd de re & certo pretio purè con- uenerit, quāuis nec pretium so- lutum sit, nec res tradita. Secun- dus, quòd licet nunquam res ven- dita tradatur, adhuc gabellæ debi- tum manet, vt dicemus infra cap. 4. num. 1. & cap. 14. num. 6. Ter- tius, quòd licet partes panituerit venditionis antè rei traditionem, vel pretij solutionem, a Regali de- cima non excusantur: quia ex con- uentione ipsa illius obligatio or- ra est, & ius fisco quæsitum, vt dice- mus infra dicto cap. 14. num. 7.

10 **Quartus**, * quòd si dominus ali- cuius loci Gabellas habeat, quò in loco venditio contracta est in vita possessoris maioratus, res ve- rō tradita est emptori post mortē istius domini, postquā scilicet iam alius in iure gabellarum successerit, hæres illius primi domini erit præferendus in exactioe decimæ, nec secundus dominus admittet,

tur: quia vt resoluimus, statim a tempore contractus nata est gabe- llæ actio, quæ illi primo domino adhuc viuo quæsitā fuit, quā quæstionem tetigit Melchior Pe- laez a Meres in tract. Maioratuū 4. parte. quæst. 24. nu. 4. Quin im- mò hæc eadem resolutio ad quos- cumque gabellarios extendi po- test: quia si tempore vnus res ven- datur, & alterius tempore tradi- ta sit loco non murato, de quo postea dicemus in capitulo sequē- ti, ille primus preferendus est sine dubio ex prædicta ratione, quia tempus contractus erit inspicien- dum: * prout videtur quoque vo- luisse text. in l. 12. tit. 17. lib. 9. Re- cop, dūm gabellarios temporis cō- tractus ijs antepōnit, quorum tem- pore ille contractus ad omnimò- dam executionem, & herbæ vendi- tæ traditionem, seu vsunt perduci- tur: cuius legis vera ratio decidē- di ex prædictis colligitur, iunctis ijs quæ tradit Moraluis. in l. 5. ad finem. tit. 7. part. 5.

12 **Quintus effectus** est, verum non esse apud nos, quòd tradit Baldus in dicto consilio. 253. lib. 4. * nem- pè, si ego rem meam videro in loco & tempore tributario, eo pa- cto quòd traditio illius rei in eo- dem loco faciendā esset, eo tamen tempore, quo solennes immunes que nundine essent, (vt posset con- tingere Vallisoleti, & Madriti, quæ similes ferias frācas habent, vt pa- tet ex l. 19. tit. 18. lib. 9. Recop.) eo casu gabellam nō deberi inspecto tempore traditionis: Etenim apud nos iuxta legem Regiam, cō- tractum dicendum est, scilicet quòd gabella debeat inspecto tempo- re contractus & conuentionis, cuius est consecutum tributum istud

istud non traditionis ex predictis. idemque erit e contrario, ut si tempore immuni vendatur ea res, que sequenti tempore non immuni tradita sit, siue id a principio pacti fuerint contrahentes, nec ne, gabella non sit soluenda: quia tempus contractus, qui gabellam parit, inspiciendum est, ut alias recte dixit Baldus in l. 1. nu. 4. C. de iudicis. quem refert Tiraquellus: ubi supra dicto. §. 1. glo. 2. nu. 52. Quæ resolutio & ad illam quoque questionem extendi potest, si quis tributarius vendat & immunis factus tradat, quid iuris sit, nempe, quod gabella debeat. In contrarium si immunitatis vendat, puta vxoratus cum descendente Antonia Garzia, iuxta privilegium l. 3. tit. 18. lib. 9. Re. & tributarius tradiderit, ut quia illa mortua esset, gabellam adhuc non debeat, inspecto tempore contractus ex predictis: & innumerabiles quaestiones decidi poterunt ex hac doctrina, quæ ideo perpetuo notanda est.

Verum tamen quæ hucusque resoluimus isto capite, sic intelligenda, & accipienda sunt, nisi conuenitum sit inter partes, ut in scriptis venditio fiat. * nam eo casu, licet de re & certo pretio pure conuenierit, venditio non perficitur etiam essentia liter, donec scriptura conficiatur, iuxta textum in prin. Instit. de emp. & vendit. & l. 6. tit. 5. part. 5. quæ Regia lex omnem doctorum controuersiam dirimit, ut satis ex ea patet: adprobat enim sententiam Azonis, qui in summa. C. de fide instr. existimat, contractum minime perfectum esse, quando contrahentes ab initio voluerunt, ut per notarium conuentio illa ad scripturam publicam redigeretur, pro-

ut expresse notat Greg. Lupus in dicta. l. 6. verb. *quero*. & Couatr. in cap. relictum. in. 1. num. 9. ad finem de testam. Mencha. lib. 1. contro. illustri. cap. 28. nu. 22. & passim Hispani doctores: qui quiddam disputet Ioh. Matietius in. l. 2. glo. 1. fina. tit. 16. lib. 5. Recopi. ac proinde manifeste consequitur, quod cum de scriptura faciendâ actum est a principio in venditione, Regalis decima non debetur, donec illa fiat, quia antea nullatenus perfecta venditio est, ut dixi: & sicut ex venditione nulla, gabella non debetur, iuxta notata per Bal. Salicet. & Doctores in. l. 2. C. de Eunuchis. & ex communi sententia resoluit Tiraquellus in dicto tractatu. de terra ligna. §. 1. glo. 2. num. 7. ac in specie nostræ decimæ notant plures Doctores Hispani, quos referam infra cap. 14. nu. 1. ita nec ex venditione imperfecta deberi potest, ut scienter notat Moralus in. l. 3. glo. fina. ibi, vel ubi non est perfecta. tit. 10. lib. 3. fori. quem refert, & sequitur Castellus in. l. 70. tauri verb. *del remate*. Et memini supra. num. 1. ea veritate, quia adhuc venditio non est, cum sit imperfecta iuxta ea, quæ de essentiali eius perfectione diximus supra. num. 6. nec verificari possunt verba legis nostræ gabellariæ, de quibus in præallegata. l. 1. ibi: *los vededores*. & ibi, *vendiere*. tit. 17. lib. 9. Recopilat.

Quæ quidem resolutio vel eodem maxime animaduertenda est, quia si omnes effectus, quos iuxta tempus contractus considerauimus supra ex num. 9. accipiendi sunt in hac venditionis specie ex tempore scripturæ: & Primus erit, quæ dixi, nempe quod gabella non de-

bebi-

bebitur, nec quinque dies solutio ni præfixi current, donec scriptura fiat, quia tunc perficitur venditio. Secundus, quod debebitur ei gabellario vel domino, qui tempore instrumenti confecti fuerit, non ei, qui tempore contractus & conventionis extiterit, ut eleganter notat Anto. Gometius. 2. tomo varia. resolut. cap. 2. num. 17. ver. tertio infertur. Tertius, quod interim antequam scriptura fiat, licite poterunt partes, vel quæcumque earum a contractu recedere altera inuita, & inuito fisco: quia antequam scripturam nullum ius, vel actio fuit alicui partium quaesita, ut notat Ant. Gomet. in dicto loco. ver. ex quibus infertur. atque ita in hoc casu non possunt habere locum, quæ tradunt Bart. & doct. in. l. ab emptione. D. de pactis. & quæ resoluemus infra dicto capi. 14. num. 7.

Sed ne decipiatis in intellectu prædictæ l. 6. partitæ. Valdè animaduertendum est, * quod ita de mûm locum habet illius legis decisio, nisi ex aliquibus coniecturis apparere queat, contrahentes noluisse scripturam ad substantiam contractus fieri, sed ad probationem potius, ut magno cum iudicio aduertit Greg. Lupus in dicta lege. verb. *quero*. ver. limitarem tamen. quem sequitur Di. Peret. in. l. 3. ver. fallit. col. 1055. tit. 8. lib. 3. ordina. & melius in. l. 2. tit. 7. lib. 5. ordina. ver. nunc quaeritur an contractus emptionis. pagi. 187. col. 2. ad finem ibi, quam limita. illud autem apparebit quo casu contrahentes, qui de scriptura conficienda tractauerunt, statim pretium soluerent, aut rem venditam traderent non expectato, ut scrip-

tura fieret: tunc enim voluisse apparet, ut statim venditio maneret perfecta, nec patientiæ locus relinqueretur, sed ad probationem rei actus scriptura fieret, ut ex tali pretij solutione recte coniectarunt Decius, in consil. 340. quem in hunc sensum allegatum fuisse a Gregorio lupo satis credo in dicto verb. *quero*. in fine. sic ut aperte voluerit Gregorius, quod si statim ad rei traditionem, vel pretij solutionem partes contrahentes transfierint, illico venditio perfecta maneat, quamuis in ipsa venditione de conficienda scriptura tractassent nec eo casu procedere decisionem tex. in dicta. l. 6. titu. 5. part. 5. quæ ex vrgentiori presumptione excludi debet, iuxta. l. diuus. D. de integ. restitutio. & cap. quia verisimile. & cap. illud. & cap. literas. de præsumpt. & quæ resoluit Tiraquellus de terra ligna. §. 4. glo. 1. numero 10. & Franciscus Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 12. titu. fina. num. 6. Fietque inde effectus maximus, ut gabella eo casu statim debeat, non cum scriptura conficitur: & procedunt ea omnia, quæ de pura venditione superius resoluiimus, * prout inter illustrissimum Marchionem de Zenete, Infantatusque Ducem, & gabellarios, qui ab illustrissima Marchionissa de Zenete eius matre gabellas conduxerant, ego iudicavi, & tandem apud superiores iudices obtentum & confirmatum fuit contra dictum dominum Ducem Infantatus ex prædictis fundamentis, præter multorum sententiam & opinionem, qui pro dicto domino Duce aliter sentiebant, moti ex generalitate dictæ legis Regiæ Partitæ.

Vltra

16 **U**ltraque omnia pro hac mea sententia, & pro confirmatione illius limitationis ad dictam . l. 6. pariter. * allego textum expressum rectè ponderatum in . l. quotiens. ver. si igitur C. de rei vend. vbi dicitur, quod si is, qui prius emit, rei possessionem accepit, vt quia tradita sibi est res vendita, & ipse quoque pretium soluit, obtinere debet, nec excludi poterit obtentu instrumentorum non datorum. quorum verborum finalium duplex ponitur intellectus in glo. ibi. Vnus scilicet, quem & Corasius admittit in Scholiis ad eam legem, & notabilem esse ait Iason ibi: nume. 45. nempe quod non debet is emptor a possessione repelli ex eo, quod venditor non tradiderit emptori instrumenta forè hereditaria, quibus dominum se fuisse eius rei venditor demonstrat. Sed certe hic intellectus mihi non placet, quia licet non iniuste dubitari possit, an venditor teneretur ea instrumenta emptori tradere iuxta . l. Titius heres. D. de actio. empti. & que notat Iason & Paulus de Castro in dicta . l. quotiens. minime dubitari potuit, an ex ea causa dominium impeditur: atque ita non existimo, quod eam difficultatem, que nulla est, consulti Imperatores voluerint decidere in ea lege. Alius intellectus est apud glossam, dum dixit, quod non repellitur emptor a possessione ex ea causa, quod venditionis instrumenta confecta non sint: quam expositionem sic accipit Salycetus in dicta . l. quotiens. nume. 1. ver. quarto. & Iason ibi. numero. 45. quasi voluerit dicere ea lex pro substantia venditionis scripturam non requiri. l. pactum quod bona fide. C.

de pactis. & . l. in exercendis. C. de fide instru. & resoluit latè Ant. Gometius. 2. tomo varia. cap. 2. nu. 17. Sed ego quidem plus multo in ea lege dici existimo, dum ait ibi. *obtentu instrumentorum non datorum* quasi dei intelligere & aperte significet ea lex, conuentum fuisse, vt instrumenta venditionis fierent, & tamen data non esse, hoc est, non confecta iuxta secundum illum glossæ intellectum: quo casu certum est scripturam pro substantia requiri, ex textu in prin. Instit. de emptio. & vend. iuxta veriore sententiam, quam resoluit Gometius vbi supra: secundum quem sensum hæc maxima erat difficultas in ea lege: pone enim quod emptor sic emerat, vt eius contractus scriptura fieret, & statim ei tradita res est, & pretium venditori solutum, scriptura autem facta non fuit: postea verò cum res illa secundo fuisset vendita, querebatur quis nam eorum futurus esset prior in illa re: & secundus emptor dicebat, quod ipse deberet preferri ex eo, quod prima venditio non fuisset perfecta, propterea quod de conficienda scriptura actum esset, nec fuisse facta, iuxta ea que supra diximus: nec ita poterat dominium eius rei venditæ ad priorem emptorem pertinere, cum sine efficaci causa fuisset facta traditio. l. numquam nuda. cum ibi notatis, D. de acquiren. rerum domi. alter verò primus emptor de iure suo allegabat. Et cum adhuc difficilis res esset, ad Imperatores accesserunt, qui respondent priorem istum emptorem esse preferendum, & obtentu occasione, que instrumentorum non datorum repelli non posse: quia

VI

vt ego intelligo, & est optimus ac verissimus intellectus illius legis, cum contrahentes statim ad rei traditionem & pretij solutionem transferunt, minime credi possunt sic pro substantia scripturam confici requisisse, vt non aliter perfectam & irrevocabilem venditionem contraherent, vt in specie textus in dicto prin. Instit. de emptio. & venditio. & . l. contractus. C. de fide instrum. Quin potius credi debent, sic ad rem omnem & totalem perfectionem contractus transeuntes, magis voluisse scripturam ad probationem actus fieri, quam pro eius substantia, vt supra diximus iuxta bonam limitationem Gregorij Lupi ad dictam . l. 6. tit. 5. Partita. 5. pro qua est textus expressus in dicta . l. quotiens. C. de rei vendicat.

17 **S**ed & ea quidem * Gregorij Lupi limitatio intelligenda est, vbi statim sine longo interuallo cum de re & certo pretio conuentum fuit, res traditur, vel pretium soluitur: tunc enim locum habet consideratio prædicta. Secus verò si ex post facto ante scripturæ confectioem traditio vel solutio fiat: quia cum iam à principio conditionalis remanserit venditio in scriptis celebranda, ex sola traditione rei vel pretij solutione non purificabitur, donec scriptura fiat, vt rectè considerat Montalius in . l. 3. verb. *Ante que el precio.* titu. 10. libr. 3. fori. & seruabuntur illi omnes effectus, quos tradidimus supra nu. 13. ver. si. que quidè. Idè autem dixi conditionalem manere, quia sic contracta venditio est, vt non nisi scri-

ptura secuta, perfecta aut contracta esse videatur, vt supra diximus, & in simili dicemus infra nume. 21. non autem quod vere conditionalis sit, natura enim & effectus differt à conditionali venditione, prout inter inceptam & conditionalem venditionem infra distinguemus cap. 5. nu. 21.

18 **S**ed & præterea nota, * dubium esse, an quod superius diximus ex tempore contractus venditionis gabellam deberi, locum habeat in eò quoque casu, cum venditio purè contrahitur, in qua tamen arrha interuenit ex quacumque parte, iuxta textum in principio. versic. ita tamen. In situ. de emptione & venditione. & . l. contractus. §. illud etiam. C. de fide instrumento. l. quod sæpè. in principio. D. de contrahenda emptione. & . l. ex empto. §. is qui vina. D. de actio. empti. & alijs iuribus. Atqui tota difficultatis summa consistit in cognoscendo, ex quò tempore prædicta venditio perfecta esse videatur & sit. & Antonius Gometius in dicto: 2. tomo variar. capite. 2. numer. 18. ait, quod si contractus venditionis omnino perficitur & consumatur inter partes, vt quia de re & certo pretio purè conuenit, & ultra hoc arrha data est, variè sunt Doctorum sententiæ & opiniones circa hoc, qualiter possit quælibet pars à contractu recedere, & ad quid teneatur: & concludit tertiam sententiam esse, quam in practica seruari dicit Salycetus in dicto. §. illud. nu. 14. nempe quod quælibet pars possit licitè à venditione recedere, & tantum perdat arrham quæ dedit, vel teneatur duplicatâ

G red:

reddere quam recepit: quod probat. l. 7. titulo. 5. Partitæ. 5. vbi notat Gregorius Lupus. in verbo. *Despues*. Non tamen declarat Gometius, an interim eo casu prædicta venditio tenuerit, & perfecta sit: explicat autem rectissime Didacus Peretius in. l. 2. titu. 7. libr. 5. ordinamc. pagi. 189. columna. 2. vbi ait, quod eo casu statim à principio perficitur venditio, ac si purè sine arrha contracta foret: Etenim arrhæ datio solum operatur, vt quicumque sine altero ex contrahentibus possit mutato consensu sub sola arrhæ amissione distrahere, quia sic tacitè inter eos actum videtur, vt illa pœna contenti sint, prout notat Gregorius Lupus in dicta glossa. & aperte significat prædicta. l. 7. Partitæ. ibi. *E no valdra despues la vendida*. Innuens venditionem à principio fuisse perfectam, quamuis arrha data fuit, & quod postea mutato alterius consensu in posterum distrahatur. Quibus ita præmissis apertum manet, quod Regalis decima à principio debetur ex ea venditione, quia pura est, & procedunt ea omnia, quæ supra diximus isto capite, numero. 1. vsque ad numerum sextum. & quamuis arrha amissa quilibet ex contrahentibus à venditione recedat, non idèo minus gabella debetur, quæ semel fisco ex venditione perfecta quæ firma est, iuxta tradita per Doctores in. l. ab emptione. D. de pactis. & quæ resoluemus infra capit. 14. numer. 7. Etenim licet verè distrahatur venditio, nõ quidem in præteritum resoluitur, sed in futurum rescinditur,

vt expressè tradit dicta. l. 7. ibi: *Despues*. Et locum habent: quæ trademus infra dicto capite. 14. ex num. 10.

19 Maior verò *dubitatio est circa decisionem textus in. §. pretium autem. Instit. de emptio. & venditio. & l. fina. C. eodem titu. cum quibus concordat. l. 9. titu. 5. part. 5. vbi dicitur, si ita venditio contrahatur, quanti Titius aestimauerit: sub hac conditione stare contractum, vt si ille aestimauerit, tunc secundum eius aestimationem venditio ad effectum perducatur: quod si non definerit pretium, pro nihilo sit venditio quasi nullo pretio statuto: de qua re vltra Doctores in prædictis locis, & in. l. in euentis. C. de contrah. emptio. & l. si quis arbitrato. D. de verborum obligatio. agit Pinelus in Rubric. C. de rei. vendi. 2. parte. cap. 1. numer. 4. In qua specie dubitari non potest, ex quo tempore Regalis decima debeatur, est enim plusquam manifestum illam non deberi donec pretium definiatur, duplici ratione: prima, quia interim venditio non est omnino contracta, vt statim explicabo: secunda, quia pretio non definito impossibile esset decimam eius computare. Dubitabitur igitur & quidem aptissime in ea specie, quid erit si tempore conuentionis vnus gabellarius sit aut gabellæ dominus, tempore autem pretij definiti alius existat: an scilicet primo gabellario dominovè Regalis decima debeatur, quasi impleta conditione venditio fuerit retrotracta ad tēpus cōtractus, iuxta ea quæ latè dicemus infra cap. 5. an verò huic secūdo debeatur, quasi

quasi nunc venditio perficiatur, cum pretium definitur, prout de venditione in scriptis contracta supra resoluimus nu. 6. Atqui in hac quæstione verissimum puto, secundo gabellario vel domino deberi decimam, quæ ex ea venditione soluenda sit: id quod indubitanter existimo ea ratione, quia in specie illorum iurium nulla est conditionalis venditio, quæ definito pretio ad tempus contractus possit retrahi: quin potius incepta quædam venditio est, quæ tunc temporis perficitur & consumatur, cū de certo pretio per tertij definitionem consistere incipit: etenim dum de re & certo pretio non omnino constiterit, perfecta seu contracta venditio esse nõ potest, vt probat tex. in prin. Instit. de emp. & vend. & l. 2. ibi, *sine pretio nulla venditio est*. D. eo tit. & hoc est, quod expressè tradit tex. in dicto. §. pretium autem. ibi, *tunc omnino*, & ibi, *tunc pro nihilo*. & clarissime in dicta. l. 9. parti. ibi. *estonce*. quæ dictiones extremitatem temporis significat. l. 4. §. fin. vbi glo. Bart. & doctores notant. D. de cōdi. & dem. ac proinde expressè apparet ea iura docere, quod tunc incepta venditio perficitur, & ex omni sui parte substantiali consumatur, quando pretium à tertio declaratur. & constat, quod si interim conditionalis venditio esset, ita vt pretio definito & sic conditione impleta retraheretur, prout in quocumque conditionali contractu regulare est, & dicemus infra dicto cap. 5. non tunc cum pretium præfinitur, sed ex tempore conuentionis perfici, ac in præteritum consumatam esse venditionem diceret Iustinianus in di-

ctis locis, cum Paulo Iuriconsulto in. l. necessariò. §. quod si pendente. ibi, *Quasi contracta venditione in præteritum*. D. de pericul. & com. rei venditæ. cum ijs, quæ latè dicemus in dicto capite. 5.

20 Nec*obstat tex. in dicto. §. pretium. & in dicta. l. fina. C. de contra. empt. ibi, *Sub hac conditione stare contractus*. Quibus verbis aperte videtur dici, quod eiusmodi venditio conditionalis sit, prout libenter agnoscit Angelus in dicto. §. pretium. in prin. in notabilibus. versi. nota, quod talis emptio. & indubitabile esse dicit Corneus cōsi. 50. nu. 2. in fine. lib. 1. ac propterea dicendum videatur, in ea procedere quæ de conditionalis venditione dicemus infra cap. 5. per totum. Sed cōtrarium verius est vt dixi: & ad ea iura respōdeo, quod solum dicitur, sub hac conditione stare contractum, vt si Titius aestimet pretium, venditio sit: sin autem non aestimet nec declaret pretium, nullo modo contrahatur venditio, ac proinde videri in ea conuentione conditionalem venditionem esse, scilicet futuram: non autem dicitur nec dici potest, quod interim dum pretium definitur & declaratur, aliqua venditio sit verè contracta, vt verè contrahuntur conditionales venditiones iuxta notata in dicto capite. 5. Et hic est verus illorum iurium intellectus, * in cuius confirmationem allego textum elegantem in. l. si fundus. §. fina. D. de pignori. qui hac simili phrasi & loquendi modo in re minus apta vsus est: vbi quis ita pignus dedit, vt si intra certum terminū temporis non sit fo-

luta pecunia, iure emptionis cre-
ditor possideat rem iusto pretio
tunc æstimandam: quo casu I. C.
ait, videtur quodam modo condi-
tionalis esse venditio, & concor-
dat. l. 41. ii. 5. par. 5. Atqui liquet,
q̄ eo casu propriè & strictè loquē-
do, non est venditio etiam condi-
tionalis, cū nondum sit conven-
tū de pretio certo. l. 2. ibi, *sine pre-
tio*. D. de contrah. emp. sed est ve-
rum pactum de vendendo sub cō-
ditione contractū: q̄ tamen quā-
vis verè differat à veditioe iux-
tex. & glo. in. l. in bonæ fidei. ver.
si tamē. D. d̄ eo quod certo loco.
& trademus infra cap. 13. n. 5. nō
iniuste dicitur cōditionalis veditio
in. d. 5. fi. quia potest sequi &
futura speratur venditio, si condi-
tio illa impleatur: q̄ optimè ad in-
tellectum illius. l. si fund. 5. fi. D.
de pigno. & l. si. in fine principij.
D. de cōtrah. emp. vbi pactū quo-
que de vendēdo venditio dicitur,
quia futura speratur: adnotavit Ca-
ro. Moli. de v̄suris. q. 52. nu. 358.
cum nu. sequenti. quicquid velit
Hugo Donellus de pigno. cap. de
iure dominij impet.

22 Ex qua resolutione duo vtili-
ter subsequuntur: * Primum, quod
si tertius ille moriatur, vel pretiū
definire nolit, nulla gabella debe-
bitur, quia nulla veditio est ex præ-
dictis. Sed an gabellarius possit
tertium illum cogere ad declarā-
dum pretium favore gabellæ, vidē-
dus est Baldus in consi. 444. volu.
4. quē allegat Aegydius Bossius
sub Tir. de vectigali, quod soluitur
ex contractu. num. 4.

23 Secundum, * quod si tempore
pretij definiti, privilegium ali-
quod exemptionis fuerit vendi-
tor assequutus iuxta notata infra

cap. 19. cū tamen tempore con-
tractus nullum haberet, quominus
ex sua venditione gabellā sol-
ueret, iuxta. l. 1. titu. 18. lib. 9. Re-
copilat. & è contrariò, si tempore
contractus venditor privilegium
habeat, quod tempore pretij defi-
niti perdidit, iuxta ea quæ dixi-
mus supra. nume. 5. in fi. hoc vlti-
mum tempus necessariò erit in-
spiciendum, vt qualis eo tempo-
re venditor reperiatur, talem eū
ad decimæ obligationem iudice-
mus: Idemque erit in ea venditio-
ne, quæ per scripturam contrahi-
tur ex supra resolutis: quia cū,
vt supra resolimus, non ex prin-
cipio venditionis, sed ea demum
perfecta & omni ex parte substan-
tiali consumata, Regalis decima
debeat, nulla ratio est, cur non
finis, potius quàm principium, sit
inspiciendus. Nec quadrabit isto
casu ex prædicta ratione celebris
illa doctorū distinctio, dūm quæ-
ritur quando finis, quādo vè prin-
cipium alicuius actus attendi de-
beat, nempe quod si voluntariam
consequentiā habeat finis ad prin-
cipium, finis inspiciatur: si verò
necessariam, principium sit atten-
dendum, ex. l. 3. 5. si quis cum mi-
nore. vbi glo. Barro. & doctores
notant. D. de minori. & allegat
plures Alciatus de præsumpt. re-
gula. 2. præsumptione. 32.

24 His consequenter aptatur quæ-
stio illa. * Titius vendidit rē pro-
prium amici sui legi gabellariæ
eo tēpore subiecti, & eius nomi-
ne, cuius tamen mandatū non ha-
bebat, sed quia sciebat eum velle
vendere, & Titio de præsentī of-
ferebatur occasio rem alienandi,
amicitiæ inferuens, ne occasio
illa perderetur, vendidit, vt dixi,
illam

illam rem amici absentis nomine,
iuxta Titul. D. de negotijs gestis.
Promittens facere, quod ille do-
minus ratificabit: hæc enim facti
alieni promissio de iure commu-
ni valet ex natura actus. l. empto-
rem. 5. qui autem. D. de actio. em-
pti. l. inter stipulantem. in prinp.
D. de verborum obliga. & notant
Doctores in. l. stipulatio ista ha-
bere licere. in princip. eod. titu. &
de iure Regio nullam dubitatio-
nem habet, per textum in. l. 2. tit.
16. lib. 5. Recopilat. ibi: *O que se
obliga alguno que daria otro, o haria al-
guna cosa*. Iuxta veram literam,
quam probat Gregorius Lupus in
l. 11. titu. 11. parte. 5. in gloss. 1.
quicquid (aliter fortè legendo) a-
liud voluerit Anto. Gom. 2. tom.
3. varia. resolut. cap. 10. nu. 23. s̄t̄o er-
go, quod diu post venditionem
prædictam secuta est domini rati-
ficatio, quo iam tēpore ille domi-
nus reperitur privilegiatus & ex-
ceptus à decimæ solutione, iuxta ea
quæ diximus in nu. præcedēti: cu-
ius quidē persona isto casu inspi-
cienda est, nō venditoris, iuxta tra-
ditā infra cap. 15. ex num. 3. Item
evenit, quod alius sit gabellarum
conductor seu dominus tempore
ratificationis, & alius fuerit tem-
pore veditiois & conventionis
præcedentis. Et tūc quæro de duo-
bus: primum est, an iste dominus
rei suæ venditionem ratificās, Re-
galem decimam debeat inspecto
principio, quo erat tributarius: an
non debeat inspecto fine, quo re-
peritur immunis ac privilegia-
tus. Secundum est, an eo casu,
quo decimam sit soluturus ille do-
minus, vt quia neutro tempore
privilegium habeat, primis vel se-
cundis gabellarijs aut dominis

eam debeat. Et vtraque quidem
quæstio tam frequens est, quàm
vtilis.

Et certè quoad primum, si respi-
ciamus doctrinam textus in. l. 3.
5. si quis cum minore. D. de mino-
ribus. cum supra notatis. num. 15.
eum immunè esse dicemus: quia
ratificatio hæc voluntariam ha-
bet consequentiā ad primam cō-
ventionem, cū nisi vellet, non
cogeretur stare venditioni, quæ si-
ne eius mandato facta est, vt pa-
tēt. Sed contrarium dicendum est,
quia ratificans sic præcedentia cō-
firmat, vt ratificatio ad priorem
actum retrahatur in omnē præ-
iudicium eius, qui ratum habet,
ac si à principio mandasset. l. li-
cet. D. de iudicijs. & l. fina. C.
ad Macedonianū. & illa efficit,
quod venditio censeatur facta à
vero domino ratificante, non ab
ipso venditore. l. si pupilli. S.
item quæritur. ibi. *Sed ratihabito
fecit tuum negotium*. D. de negot.
gestis. cum qua concordat. l. 32.
tit. 12. par. 5. vbi notat Greg. verb.
Quæ non. Et vtrumq; resoluit ex
communi sententia Tiraquellus
de retractu. ligna. 5. i. gloss. 10.
numer. 64. & 66. & 69. Ac pro-
inde necessariò subsequitur, vt eū
ratificantem talem iudicemus,
qualis tempore cōventionis fuisse
reperiatur, atque ideo decimam
quasi extunc debitam debeat, &
soluat gabellario, aut domino il-
lius temporis, in cuius quidem &
emptoris favorem præcedentem
actum & venditionem contractā
ratificavit, quod bene potuit fa-
cere in suum præiudicium: cum
quilibet sit rei suæ moderator &
arbitr. l. in re mandata. C. manda-
ti. cum vulgaribus.

Ex hac ergo resolutione plures effectus notandi sunt: Primus quod gabella non debetur ex ea venditione, donec rati habitio sequatur, quia interim nulla venditio est ea ratione, quia gestum nomine alterius robur non habet, nisi cum ratum habitum est. cap. si tibi. de preben. lib. 6. cum notatis per Tiraquel. vbi supra num. 67. & hoc est, quod principaliter intendimus in hac questione ad materiam Rubricę istius capituli tertij. Secundus, quod quinque illi dies assignati ad solutionem decimę in l. 31. tit. 19. lib. 9. recopilat. computandi sunt ex tempore rati habitio nis, per quam venditio incipit esse perfecta, & verificatur verba predictę legis Regię, ibi: *despues del otorgamiento y fecha de la venta.* & non ex tempore contractus alterius nomine facti, qui interim vt dixi, nullus est. Quod idem dici potest & debet in venditione per scripturam contracta, & ea quę facta est iuxta text. in §. pretium autem. Instit. de emp. & vend. vt sicut verę resoluimus supra isto capite, gabellam non deberi donec scriptura fiat, vel pretium definitur: ita quoque dies illi legitimi ex eo tempore computentur, quia antea perfecta venditio non est, nec verificantur verba illius. l. 31. Recop. ibi *fecha de la venta.* Quod nota pro illius legis intellectu, & adde ad illa quę habes infra cap. 18. num. 34. Tertius effectus est, quod Regalis ista decima soluenda erit illi gabellario vel domino, qui fuisset tempore contractus, non ei qui tempore rati habitio nis existat, propter vim Retrotractionis, de qua in dicta. l. licet. D. de iudicijs. & supra diximus.

Nec huic ultimo effectui obstat decisio Bal. in l. obseruare. §. post hæc. D. de officio Proconsul. quā & ex aliorum sententia refert & sequitur Tiraquel. in dicta. glōf. 10. num. 70. vbi ait * quod si ex contractu debeatur gabella, & quispiā aliquid vendidit nomine alterius, qui postea venditionem ratificauit: debet ex eo contractu solui gabella ei, cui debetur tempore ratificationis, non autem ei, cui debetur tempore illius venditionis. id quod commendat & sequitur Frā. Areti. in l. si stichum. §. stipulatio ad finem D. de verb. obligat. nam respondeo, illud procedere; quando est gabellarius, qui ex tempore ratificationis gabellam petat: tunc enim, cum ista ratificatio veritate inspecta ex nunc dantaxat venditionem confirmet, quia antea nulla erat, vt dixi, * minime potuit ratificans ad præteritum tempus retrahere in præiudicium eius, cui ex præsentis actu veritas patrocinator, ex resolutis per Tiraquel. in dicto loco. num. 71. & 72. At nos loquimur in specie, in qua nullus est, qui præsentis tempore inspecto, gabellam possit prætere dere, eo quod tempore ratificationis venditor reperiat immunis: ac proinde cessat ratio predictę decisionis Baldi & doctorum vbi supra, & habent locum, quę in fauorem primi gabellarij vel domini considerauimus.

Ex qua responsione satis aperta manet resolutio secundę dubij, de quo supra nume. 24. ibi: *Secundum est an eo casu, &c.* Etenim si tempore ratificationis venditor talis est, qui gabellarię legi subijciatur, dubiū nō est, * quin veritate inspecta huic ultimo gabellario Regalis de

lis decima debeatur, iuxta doctrinam Baldi in d. l. obseruare. quia fictio retrotractionis nequiquam potest tertio præiudicium parere: quod si talis est venditor ratificationis tempore, vt gabellę immunitatem habeat, dicendum est eū priori gabellario ratione decimę adstringi: quia sibi ipsi præiudicare potuit, & propter ratificationem tunc a principio vendidisse intelligitur, ac si præcessisset mandatum, vt diximus.

Ceterum prædicta intellige, quando venditio fuisset facta a principio nomine domini, alias enim ratificari non poterit. l. si pupilli. §. sed si ego. D. de nego. gestis. & cap. ratū. de reg. iuris lib. 6. sed tantū in præiudicium ad probatis probati. * Huiusmodi autem approbatio de se non trahitur retro, sed solum operatur vt ex nunc: & sic in prædicta specie, de qua supra num. 16. perinde erit iudicandus dominus ad probatis, ac si modo vendidisset, atque ita si præsentis tempore ad probationis immunis esse reperiat, decimam non soluet, sicut ex qualibet alia venditione pura, quę nullā haberet dependentiā ex anteriori causa, pro vt in simili materia resoluit Caro. Molinæus in consuet. Parisi. par. 29. tit. 1. §. 23. quęst. 11. num. 38.

Ultimo * circa hanc materiam temporis, ex quo decima deberi incipiat, vide aliquas questiones, quas tractabimus infra cap. 14. ex num. 57. cum sequentibus, & in cap. 7. num. 57. Et quando Decima permutationis deberi incipit, dicitur infra cap. 17. nu. 3.

Summa capituli
quart.

1. **Etiam si res vendita, per emptorem remittatur venditori, decima debetur.**
2. **Ratio legum disponentium circa locum decimę, explicatur.**
3. **L. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. non decedit omnes casus in materia illius legis contingibiles.**
4. **Si res venditur in eodem loco, quo ipsa est, ibi decima solui debet, quicquid alibi traditio fiat.**
5. **Hinc inferitur, quod si ille locus contractus sit immunis, nulla gabella debetur ex ea venditione, licet res tradatur in loco tributario. Et exponitur. l. 18. tit. 18. lib. 9. Recopilat.**
6. **Si res est in vno loco, & in alio venditur, traditio autem fiat in loco contractus, in hoc ultimo loco gabella soluenda est: & iste casus non erat in lege quaterni declaratus.**
7. **Quid autem, si ille locus traditionis & contractus sit immunis, explicatur.**
8. **Decima est omnis consecutiuum contractus, non rei vendite.**
9. **Cum venditur in vno loco, & res est ac traditur in alio, in hoc ultimo debetur gabella, & ratio assignatur.**
10. **Exponitur, l. contraxisse. D. de actio. & obligat.**
11. **Declaratur quedam doctrina Baldi loquentis de gabella.**
12. **Si venditio fiat in loco tributario, & res sit ac tradatur in loco exempto, gabella non debetur.**
13. **L. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. facta est ad declarandam cuius loci gabellarijs decima solui debeat, non autem vt declaret, cuius temporis gabellarijs soluenda sit.**
14. **Ratione debet gabellę in loco, forum ibi sortitur venditor.**
14. **Prædicta. l. 5. Recopilat. disponit circa locum soluenda gabellę, postquam certum est eam deberi, vt quia in**

15 *Quid autem si in his regnis vendatur res, quæ sit & tradatur in alio regno: & è contrario, exponitur.*

16 *Quando res non traditur in loco ubi erat, nec in loco contractus, sed in alio tertio loco plures casus dubitabiles sunt: & primus declaratur, videlicet cum ea tria loca eiusdem conditionis sunt.*

17 *Secundus casus deciditur scilicet quando locus rei est immunitus.*

18 *Tertius casus scilicet si locus ille rei sit Dominicalis.*

19 *Quartus casus deciditur in dicta. l. 5. Recopilat. cuius rationem Autor ignorat.*

20 *Quintus casus declaratur, scilicet si & locus rei, & locus traditionis immunes sint.*

21 *Si res est in uno loco, & in alio venditur, nullibi autem traditur: quo in loco decima debeat.*

22 *Declaratur dicta. l. 5. Versi. mas si lo que se vende. & limitatur determinatione, de qua supra num. precedenti.*

23 *Quando venditio contrahitur per nuntium aut epistolam, qua in loco contracta videatur ad effectum decime.*

24 *Si venditur nomine meo in hoc loco, & in alio rathum habeo: quis locus prior sit in decima acquisitione.*

25 *An pro traditione constitutum possessorem sufficiat, ut decima adquiratur huic vel illi loco, iuxta decisionem dicta. l. 5. Recopilat.*

26 *Constitutum non releuat ab obligatione realis traditionis.*

27 *Notanda est. l. 17. in quat. gabella.*

28 *Notari quinque debent Conditiones. 48. & 49. & 50. del. encab. & amientu general del Reyno.*

Venditio ibi contracta intelligitur ubi inter partes conuenit, non ubi conditio eius impleta est.

29 *Decima rerum immobilium solui debet ubi res venditæ sitæ sunt: quamuis alibi per constitutum tradantur.*

30 *Si res immobilis nullibi tradatur, adhuc decima debeat loco rei, quamuis contrarium de iure videatur: & quod dicitur de re immobili, tam in proprietate quam in solo usu fructu vendito, intelligendum est.*

Permutationis decima, quo in loco soluenda sit, declaratur.

31 *Ex venditione annui redditus qui super re immobili constituitur, quo in loco decima debeat.*

32 *Quid si constituatur super pluribus rebus, quæ in diuersis Territoriis, & locis sint.*

33 *Qui vendit arbores stantes, quas tamen emptor a solo separare debet, rem mobilem vendidisse intelligitur, & de loco decime disputatur.*

34 *Si autem vendidit eas arbores stantes, a solo non separandas, rem immobilem vendere dicendus est, quicquid solum non vendiderit, ut quia esset publicum.*

35 *Venditor superficiæ domus, rei immobilis venditor est.*

36 *Qui actionem personalem vendidit, quo in loco decimam debeat.*

37 *Actiones loco non circumscribuntur.*

38 *Actio personalis in heret. & sibi creditoris, & ibi intelligitur esse, ubi est creditor.*

39 *Hereditate vendita, quo in loco decima debeat.*

40 *Si rei venditio ceditur pro pecunia, venditio resultat, & quo in loco decima debeatur discutitur.*

41 *Cum quis mutat domicilium, quo in loco debeat pro decime solutione contribuere.*

42 *Si locus aliquis vel Villa à Vicinis suis omnino distinetur qualiter eius gabella, & alia rebus solui debeant: remissive.*

Quo in loco decima solui debeat.

CAPVT. III.



Diximus de tempore, ex quo decima venditionis debet incipiat, aptè cōsequitur, ut de loco, in quo solui debeat videamus, ac deinde ad reliquas venditionis qualitates, quarū cognitio in hac gabellarū materia necessaria est, nostra progrediatur disputatio. Et quidem iā ex supradictis fati superque constat, quoad decimæ obligationem attinet, nihil amplius requiri, quā ut venditio essentialiter, & quoad eius contractus substantiam perfecta sit. quod euenire statim ac de re & certo pretio purè conuenierit, latè supra resolui in capitulo precedenti, nec curādum esse de traditione rei: * adeo quod licet res nunquam tradatur, sed postea ex interuallo remissa sit venditori ab ipsius emptore donationis gratia, decima tamen exigēda erit, cum adhuc venditio maneat, ex ijs quæ infra dicemus, cap. 14. numer. 6.

² Tamen * quia exactores gabellarum non iidem sunt in vniuerso Regno, sed alius hic, alius ibi, & varij quoque domini sunt, quibus gabellæ istæ debentur iuxta cuiusque territorij, ut videmus: & persæpè fiunt fraudes à venditoribus, in hoc vel illo loco venden-

do, aut tradendo, vel asportando res animo fraudandæ decimæ, vel saltèminuendæ, & ut hos vel illos gabellarios ledant: cum tamē nisi hoc essent animo, aliter essent res suas distraçuri, quo casu fraudem committi plusquā manifestum est, ut alias notat Corneus consi. 29. nu. 23. lib. 3. ex. l. si liber tus minorem. D. de iure patro. factum est, ut non sicut tempus contractus semper inspiciatur ex resolutis supra cap. 3. nu. 10. & 12. ita quoque eius locus inspiciatur: quin potius quandoque hic, quandoque locus traditionis attendi debet: non quidem ut videamus, an & quo in loco decima debeat, quia ut dixi, nulla etiam traditione sequuta statim debeat, & quidem necessariò loco & tempore contractus, quem sequitur: sed ut dicamus, cuius loci gabellario, vel collectori soluenda est sine fraude, cui obuiari debet. l. 11. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & infra quoque animaduertam. num. 14. quod vel maximè in venditione contingit ex prædicta ratione: nam in permutatione contractus ipse à rerum traditione non separatur, eo quod permutatio ex re tradita initium sumit. l. 1. D. de rerum per. & dicemus infra nu. 30.

Et ianè circa res mobiles & semouētes, quarū traditio & venditio propter earum motum ubique fieri potest, seruanda est decisio. l. 5. dicto tit. 17. lib. 9. Recopil. quæ erat. l. 12. in quater. gab. * In qua notare debes, quod non omnes casus, qui contingere possunt circa locum soluendæ decimæ, ab ea lege exprimuntur & deciduntur: sunt enim & alij quàm plurimi cōtingibiles, & qui poterūt esse multis du-

ris dubitabiles, ac propterea eos omnes dispungere oportet, & de clarare suo ordine.

4 Primus casus est, *cūm res vēditur in ipso et loco, vbi res est: & tūc inquit dicta. l. 5. quod siue in eo loco, siue in alio res postea tradatur, vt quia in alium locum rei traditionem destinauerant contrahentes, vel rerum euentu ita factum sit, vt alibi res vendita tradatur: generaliter obseruandum est, vt Regalis decima soluat in loco, vbi res erat & vēdita fuit: & quidem iste casus sic merito deciditur, quia cūm res & contrahentes in vno & eodem loco reperirentur tempore contractus, postetq; statim ibi traditio rei fieri, si alibi fieri velint, in fraudem fecisse creduntur. Nec si detur casus, prout dabilis est, in quo sine fraude aliqua traditio rei alibi fiat, a generali lege erit recedendum: quia ad casus particulares, & qui raro accidunt, iura non adaptantur. l. nam ad ea. D. de legibus.

5 Vnde eleganter inferitur, *quod si ille locus, vbi res erat & vendita est, esset immunis & francus a gabellæ solutione, nulla gabella debebitur ex ea venditione, quāuis res illa alibi in loco tributario, nec exempto traderetur. Et est ratio euidens, quia cūm si ille locus rei & contractus celebrati tributarius foret, in eo gabella solui debuisset ex prædictis: fit consequens necessarium, vt si immunis sit, hanc videatur immunitatem assecutus. Quod quidem ita intelligendum est, nisi aliud expressè declaratur in privilegio loci, tunc enim forma illius erit obseruanda: vt expressum reperitur in privilegio ciuium villæ Septima-

censis in. l. 18. ver. *Que todas y qualesquier personas. ibi. Y las entregaren. titu. 18. lib. 9. Recop.* vbi ad hoc, quod privilegium illius villæ locum habeat, non sufficit, quod res ibidem existens vendatur, sed necessarium est, quod ibidem tradatur: ita vt si alibi tradita sit, gabella solui debeat contra prædictam illationem. Et dubiū esse potest, an eo casu soluenda sit gabella in loco traditionis, an potius in ipso loco contractus, in quo res erat eo tempore, nempe in ipsa villa Septimacensi: & proculdubio existimo, quod in hoc vltimo loco soluenda est, ex resolutione huius primi casus iuxta dictam. l. 5. Recop. quæ non derogatur in dicta. l. 18.

6 Secundus casus est: *cūm res existit in vno loco, & in alio venditur: & tunc quamuis statim debeat gabella non expectata traditione ex resolutis supra cap. 3. tamen ne propter venditorum fraudes damnum aliquod ratione loci, gabellarij patiantur, in pēdenti erit decimæ obligatio & solutio, donec rei venditæ traditio fiat: quæ si in loco contractus facta erit, illius loci gabellario decimæ ius acquirat, quia & contractus & rei traditio eo in loco concurrunt: ita probat dicta. l. 5. Recopilat. ibi: *La alcavala se pague en el lugar donde se celebrare la venta, entregandose en el lo que se vende.* Quibus verbis generaliter & indistinctè disponit ea lex, quotiescumq; res vendita tradita fuerit in loco contractus, decimam ibi esse soluendam: ex qua aperte consequitur, quod siue res sit in eo loco, tēpore venditionis, siue nō, adhuc tamen si ibidem tradita postea sit, deci-

decima ibi debeat. Quam decisionem nota ex verbis dictæ. l. 5. titu. 17. lib. 9. Recopilatio. quia certè iste casus non erat decisus in dicta. l. 12. quater. gabella. si bene aduertas. Ratio autem illius optimæ decisionis est, quia quem admodum rectè possum rem meam asportare de loco in locum, vt eam vendam, & vbi sine fraude vendero, decimam soluturus sum, nō alibi, vt constat ex. l. penult. titu. 12. lib. 9. Recopilat. idem quoq; obseruandum est, vbi in vno loco vendo, & postea in eundem locum porto eam rem, quæ erat alibi, emptori traditur: vt similiter in eo loco traditionis & contractus, decimam solvam, non alibi.

7 Aduerto autem, *quod si ille locus contractus, in quo non erat res tempore venditionis, & in quo postea facta traditio fuit, esset francus & immunis, non gaudebit immunitate eius ille venditor, quin potius decimam erit soluturus eo in loco, vbi res erat tēpore venditionis: quia licet si tributarius foret locus ille, in eo esset soluenda gabella, vt dixi, nō licuit venditori rem suam vendituro, de loco tributario in francum & liberum transferre, ex expressa decisione. l. 17. in quat. gab. quæ est. l. 4. titu. 20. lib. 9. Recopil. nisi locus ille esset de exceptis & relictis in ea lege.

Tertius casus resultat ex casu præcedenti, quia seruato eodem quæstionis themate: si res illa tradatur nō in loco contractus, sed eo in loco, vbi erat tempore venditionis, veluti vendidi in hac ciuitate rem meam mobilem, quæ erat Cōpluti, eaq; ibidem nempe Cōpluti tradita postea est empto-

8 ri: dubium est, cui potius loco decima debeat. * Et quidem isto casu, cūm gabella sit onus consequentium contractus venditionis, vt ait Baldus in. l. 1. nu. 4. C. de cōt. empt. & tradit. Soci. in consi. 76. nu. 8. volu. 1. & propter ipsum contractum debeat, vt diximus supra cap. 3. ac proinde videretur dicendum, soluendam esse decimam in loco contractus, quem sequitur, non in loco, vbi res est, ex traditis per eundem Baldum in d. l. 1. nu. 4. & in. l. magis puto. §. illud. D. de rebus eorum qui sub tutel. vbi ait, quod si vendo hic rem, quæ sit Florentiæ: hic solui debet gabella, quia hic peraguntur solennia contractus, & hic perficitur venditio siue conuentio. quem refert, & sequitur Decius consi. 457. nu. 1. & 2. adhuc tamē nostra. l. 5. Recop. ver. *Pero si en vn lugar.* aliter 9 statuit soluendam fore. * Nempe in eo loco, quo res erat, si ibidem est tradita. quod quidē si ita a principio, & in ipso venditionis contractu conuētum est, vt scilicet in eo loco res vendita traderetur, hanc iuris rationē habet: quia licet quod ad ortū obligationis decimæ, curandum non sit de traditione rei venditæ, vt sepe admonuimus: quin immo vbi de re & pretio conuenit, eo in loco dicantur partes essentialiter & verè vendidisse, & contraxisse: ac proinde, cū hæc nostra Regalis decima ipsum actum venditionis infectetur, vt dixi supra cap. 3. nu. 3. indubitabile videtur, eum quoq; locum sequi debere, vbi verè & essentialiter venditio contracta est, iuxta tradita per Bart. in. l. cūctos populos. nu. 14. C. de summa Trinitate, & Salyce. in. l. multum interest. nu. 17. ver. dico

10 dico quod si consideremus. C. si quis alteri vel sibi. qui dicunt, quod in ijs, que respiciunt contractum, inspicitur locus contractus. l. si fundus. D. de euctio. nihilominus tamen, quia si in vno loco partes contrahunt, & in alium rei venditæ traditio & solutio destinatur, in eo loco contraxisse videntur, **10** saltem * quoad contractus executionem attinet. l. contraxisse: vbi Bart. notat. D. de actio. & oblig. & declarat Salyc. in d. l. multum. & idco in eo loco verum forū fortuntur, prout tradit Bald. nu. 12. & Salyc. nu. 17. in d. l. multum interest. & Iason in. 5. plus autē. nu. 14. & 15. Institu. de actio. atq; ita apparere videatur, quod in eo loco nedum traditio, sed & contractus ipse venditionis, saltem quoad eius executionem concurrant: sit merito, & non sine ratione, vt in eo loco traditionis Regalis hæc decima debeatur, & quoad eam attinet, contractus ille venditionis executioni mandetur: nec soluat qui dem vbi verè & essentialiter contractum & venditum est, vt tradit d. l. 5. vers. *Pero si*. Dum modò res fuisset eo in loco tempore venditionis, in quo postea traderetur, vt expressè ea nostra lex Regia requirit: alias enim aliter deciditur, vt ex infra dicendis satis apparebit.

11 Nec obstat, * quod simpliciter dicat Bald. in d. l. multum. num. 12. quem ibidem sequitur Salyc. in fine. quod si venditio facta est in vno loco, & traditio destinatur in alium, ibi debetur gabella, vbi tradenda res est: nec requirit, quod res esset tempore venditionis eo in loco, in quem traditio destinatur, prout requirit nostra. l. 5. **Recopila.** quia ne te fallat Baldus

loquens de gabella multis in locis, magnoperè notare debes, quod vt eximus ille iuris autor prædictam sententiam diceret in dicta. l. multum, nedum motus est ex d. l. contraxisse, D. de actio. & obligat. cum supra notatis. Sed & illa quoque ratione, quod crederet in solutione gabellæ ex venditione, nedum essentialem perfectionem venditionis requiri, sed & effectuale quoque, nempe vt res traderetur, prout expressè docuit & voluit ipse Baldus in consilio. 243. incipit, tempore. & melius in consilio. 253. incipit, licet istæ allegationes. lib. 4. & refert Tiraque. de retra. ligna. 5. 1. glos. 2. num. 48. & 49. ac proinde quasi tunc demum venditio ad eum gabellæ effectum perficeretur, cum esset res tradita, tempus & locum traditionis animaduertit, vt gabella soluat. Sed certè hæc secunda ratio & fundamentum Baldi minime procedit, nec locum habet in materia nostræ Regalis decimæ: quia licet aliud fortassis verisimè obseruet Baldus in suo statuto, de quo ipse loquitur vbi supra, secus dicendum est in materia nostræ legis, vt satis apertè explicuimus supra cap. 3. num. 7. Vnde, cum ista ratio & consideratio traditionis deficiat in nostra Regali decima, quæ ex solo simplici actu venditionis ante traditionem debetur, non multum fidit nostra. l. 5. vers. *Pero si*. de sola rei traditione alibi facta, vt ibi decimam soluendam esse diceret: sed simul rei existentiam in eo loco tempore contractus requisit: quo sanè casu ne in fraudem gabellariorum illius loci, in quo erat res, videantur contrahentes alibi vendidisse, de

cidit

cidit inspicendum non esse locum, in quo solennia contractus peracta sunt, sed locum traditionis & rei simul concurrentium in vno & eodem loco.

Ceterum si à principio in ipso met venditionis contractu actum non est, vt traditio rei venditæ in eum locum destinaretur, in quo ipsa erat tempore contractus: sed simpliciter venditum sit, nihilo acto de loco traditionis: & rerum euentu, sine præambula partium destinatione in contractum deducta, fiat, vt res tradatur in loco, quo ipsa erat tempore contractus: adhuc generaliter decidit ea lex, vt gabella soluat in eo loco traditionis, non in loco contractus. Et est ratio, quia existentia rei, & subsequuta traditio in vno loco, præponderat contractui alibi facto, ad vitandas fraudes.

12 Ex qua resolutione consequitur, * quod si ille locus, in quo erat & tradita res est, immunis sit, nulla gabella debetur: quamuis locus contractus, & in quo venditio essentialiter contracta & perfecta est, esset tributarius. & est ratio, quia cum, si ambo loca tributaria legi; gabellariæ subiecta forent, gabella deberetur in loco rei & traditionis simul concurrentium ex supra resolutis ex nume. 9. si sit immunis factus locus iste, hanc videbitur immunitatem assecutus. Et è contrario, si tributarius sit ille locus rei & traditionis, Regalis decima soluenda erit, quamuis scilicet locus venditionis esset immunis & exemptus, quia ille locus inspicendus est ex dicta. l. 5. **Recopila.**

Atqui pro perfecta intelligentia eorum, quæ latè supra resoluimus circa secundum & tertium casum dictæ. l. 5. titul. 17. libr. 9. **13** Recopilat. * Eleganter & vtiliter animaduertendum est, quod diximus supra numer. 6. in pendenti fore Regalis decimæ obligationem, donec de rei traditione appareat: solum induci & obseruari ad hoc, vt videamus quo in loco Regalis decima solui debeat: non autem vt obseruemus, ex quo tempore & cui gabellario illius loci, qui per traditionem rei venditæ secutam declaratus est potior esse ad fruendam Regalem decimam, pendenda sit: etenim postquam declaratus est locus, in quo gabella solui debeat iuxta dictam l. 5. Recopilati. illud constat, ac certissimum est, soluendam esse illi gabellario, qui in eo loco fuisset tempore venditionis alibi celebrata: quia extunc nata & orta est decimæ obligatio ex pura illa & essentialiter perfecta venditione ante traditionem ex latè resolutis supra cap. 3. nu. 5. Itaq; suspensio illa vsq; ad factum traditionis secutæ, solum fit ad declarandum cuius loci gabellarijs decima debeatur, non autem ad declarationem temporis, ex quo & iuxta quod debeatur: quia, vt dixi, cum pura venditio sit, ex tempore contractus & gabellarijs illius temporis, qui in eo declarato loco fuissent, solui debet, arg. tex. elegantissimi in. l. sed et si quis. 5. interdum. ibi. *Retra vsu fructuarij fuisse.* D. de vsu fructu. vbi quamuis dominium rei à seruo emptæ, in pendenti fuerit, donec pretij solutio fieret, expressè dicitur

H tur

itur, quod semel declarato domino per solutionem pretij subsecutam, non ex tempore declarationis, sed retrò in preteritum ex tempore quo seruo tradita res est, intelligitur esse adquisitum. & faciunt ea, quæ tradunt glos. Barto, & doctores in l. si seruus cõmunis. §. seruus capto. & §. sequenti. & in l. penult. D. de stipulat. seruo. Igitur quamuis decimæ obligatio & adquisitio in pendenti sit in prædictis casibus, donec rei traditio fiat, iuxta distinctionem dictæ l. §. recopilat. ac proinde ante rei traditionem solui non debeat, nec currant quinque illi dies ad solutionem eius designati in l. 3. titu. 19. lib. 9. Recopilat. quia nescitur gabellarius, cui solui debeat: quæ est optima excusatio ex dicta l. 3. Recopilat. statim in principio. quamuis regulariter à die contractus numerentur, vt diximus supra cap. 3. nume. 1. semel declarato loco per traditionem rei venditæ, retrò intelligitur adquisita ei gabellario, qui in eo loco fuisset tempore contractus, a quo dimanat, non tempore traditionis & declarationis subsecutæ.

Ex quibus vtilissimè infertur, quod cum Regalis hæc decima sit onus consecutiuum contractus venditionis, ac proinde dixerimus a tempore contractus deberi non expectata rei traditione, aut pretij solutione, vt constat ex latè resolutis in dicto capit. 3. per totum fit consequens necessarium, vt generaliter locus quoque contractus, propter quem gabella penditur, & non locus traditionis aut rei, ad principalem istius tributii obligationem & eius ortum cõ-

sideretur: nec enim solutio huius decimæ ad executionem venditionis pertinet, cum ad hoc vt illa debeat cum effectu, non traditionem rei venditæ, vltimamque contractus perfectionem requiri, sed solam essentialem desiderari dixerimus, quæ ex solo consensu super re & pretio proficiscitur, vt latè resoluimus supra dicto capi. 3. ita vt, quamuis prædicta l. §. Recopilat. & prædicta l. 1. 12. in quat. gabella. statuunt super loco, in quo decima soluenda sit: ratione cuius solutionis per legem inductæ forum soluetur ille venditor argum. textus in l. cõtraxisse D. de act. & oblig. quod est maxime ad hanc materiam adnotandum: Intelligere debemus illud sic fieri, quod licet ad ortum obligationis pro decima & eius solutione, dubitandum non foret, quin & tẽpus & locus ipsius contractus deberent inspicere & considerari, cum propter eum solum gabella debeat ex prædictis, & diximus infra capit. 19. nume. 97. adhuc quia multe sunt hominum fraudes, quibus merito obuiari debet, propterea quod facile possent de loco in locum transmigrare, vt venditiones suas efficerent ad defraudandos gabellarios huius loci, & vt commodius cum gabellariis alterius loci conuenirent super solutione decimæ, quæ proinde magnoperè minueretur, & in cuiusque potestate esset his prodesse, & aliis obesse: prædictæ leges Regiæ iustissimè voluerunt, huic malo & fraudibus idoneo remedio subuenire, statuentes, vt quamuis generaliter locus & tempus contractus inspicienda & attendenda es-

sent

sent, a tunc quidem illarum legum decisio inuolabiliter obseruetur, vt prædictis fraudibus, quas machinari possent venditores, locus non fiat: & vt quicumque gabellarius intelligat, quibus casibus sibi sit gabella soluenda: & certitudinem aliquam habere possit circa ius, quod locatum habet: nec semper in manibus venditorum sit, hunc fraudare, & alij prodesse, iam quod illorum potestati relinquatur vendere vel non vendere, vt notabimus infra cap. 6. nume. 16.

14 atque * ita illæ leges statuerunt & locute sunt duntaxat de locis huius regni, postquã scilicet certum sit gabellam deberi, & de solo loco, quo esset soluenda, dubitaretur: nempe quando in hoc Regno venditur res intra hoc scilicet Regnũ existens, & quia venditio contracta esset in vnus populi territorio, res autem esset, vel tradita fuerit in alio populo & loco, de solutione decimæ dubitabatur, cuius loci gabellariis sine fraude fieri deberet: nec illud dubitari poterat, quin ex ea venditione in hoc regno contracta & omni consummatione perfecta, his vel illis gabellariis decima deberetur, prout satis ex serie ipsius l. §. recopilat. & dictæ l. 1. 12. in quat. gabella. aperte constat.

15 Ceterum si eueniat, * quod quotidie euenire potest, vt ego existens in his Regnis vendam tibi præsentem, siue ambo, siue alteruter nostrum, regnicolæ vel forenses simus iuxta tradita infra cap. 19. num. 1. vendam, inquam, rem aliquam siue mobilem, siue immobilem, quam in alio Regno haberem, vbi gabella ex huiusmodi venditionibus Regi nostro non penditur: ve-

luti rem existentem in Aragonia, Portugalia, vel in Italia, aut Gallia, & eiusmodi, in eun. que locum rei venditæ traditio destinetur: casus iste non est decisus in prædicta l. §. titu. 17. lib. 9. Recopil. nec in dicta l. 1. 12. quat. gabe. aut aliis. & est valde dubitabilis, ac, vt dixi, quotidie contingibilis, cum ad Curiam nostri ac magni Regis Catholici omnes penè nationes concurrant. Ego verò dicere supra resolutis: quod cum ista gabella ex simplici venditionis adu debeat, & sit quid consecutiuum eius substantiæ & essentiæ, vt latè supra probauimus: quò ad eam eo in loco videbor contraxisse, vbi verè & essentialiter de re & pretio conuentum est, nõ autem in loco rei aut destinate solutionis: quia licet in hoc vltimo contraxisse videamur, & verus forus contrahatur, est quidem verum quò ad ipsius venditionis executionem, pro re scilicet tradenda & pretio soluendo & aliis, quæ contractus implementum concernunt, ex vero & communi intellectu dictæ l. contraxisse. & iam diximus. D. de actio. & obligat. non autem quò ad contractus essentialiam & veritatem, vt supra diximus: erit que ita necessario dicendum, vt quamuis alibi res sit, traditioque eius fiat, adhuc, quia verum est me in hoc regno vendidisse, locus detur decisioni dictæ l. 1. titu. 17. libro 9. Recopilat. quæ generaliter statuit, vt venditores soluant decimam pretij, quo rem aliquam vendiderint: nec distinguit, an res illa vendita in hoc regno, vel extra regnum existat. idemque è diuerso ex contrariorum disciplinâ dicendum erit, vt si in Italia, vel

aliis partibus existens rem meam aliquam presenti tibi vendidero, quæ esset in hoc regno mobilis aut immobilis, quamvis in hunc locum traditio eius destinatur & fiat, nulla decima debeat vigore legis Regiæ: quia scilicet Regalis hæc decima ipsam venditionis essentiam & veritatem respicit. Unde cum vere contractus & eius solennia in hoc regno peracta non fuerint, sed in Italia, aut in alio regno, gabella ista deberi nequit. Atqui isto casu & in hunc sensum verissima est Baldi decisio in l. 1. nu. 4. C. de cont. empt. & in l. magis puto. §. illud. D. de rebus eorum, qui sub tute. quem supra retulimus n. 8. & refert Decius consi. 4. §. 7. n. 1. & 2. ubi eam optimam rationem reddit, quia solutio gabellæ ad firmitatem contractus pertinet, hoc est, debetur ex eo, quod firmiter & valide contractum est. nam sicut in solennitate contractus inspicitur debet locus, in quo contrahitur, ut notatur in dicta l. contraxisse D. de actio. & obligat. per. l. si fundus venerit. 6. D. de iur. iur. ita & in solutione gabellæ inspicendus est, ut tradit Alex. consi. 51. viso themate. in prin. lib. 3. quæ sane ratio valde congruit nostræ decimæ, quæ de agimus, cum ut sepè diximus, ex solo perfecto & solenni actu venditionis pendeat. nec obstat quod tradit idem Baldus in dicta l. multum interest. nu. 12. C. si quis alteri vel sibi. ut supra dixi. n. 11. scilicet, quod si venditio facta est in loco, ubi gabella non debetur, & traditio destinatur & fit in eo loco, ubi debetur, tunc inspecto loco traditionis gabella soluenda est, quod dictum refert Tiraquellus de retrac. ligna. §. 1. glo. 2. n. 49. Quia rei

pōdeo, quod Baldus loquitur in statuto, quod ad gabellæ solutionem & obligationem, rei venditæ traditionem requireret, ut explicuimus supra dicto n. 11. cuius contrarium cum in nostra gabella observetur ex prædictis, aliter quoque apud nos quæstio ista decidenda videtur: circa quam videndus est prædictus Tiraquellus de iure primog. quæstio. 6. per totam, & sequentes. ubi plura agit in proposito.

Sed ut ad casus nominatim decisos in dicta l. 5. tit. 17. li. 9. recop. redeamus: * Quartus casus principalis ex superioribus resultat: nempe quando res est in vno loco, & in alio venditur, convenit autem, ut in alio tertio loco diuerso traditio fiat, scilicet ubi nec res erat, nec venditio celebratur: & iste casus deciditur in dicta l. 5. ver. *mas si lo que se vende*. ex cuius legis decisione plures casus resultant dubitabiles. Primus ille est, cum locus venditionis, & locus rei, & locus tertius, in quem traditio confertur, eiusdem conditionis sunt: nempe quia omnia illa loca sunt Regalia & tributaria: & isto casu expressè deciditur in ea lege, solvenda esse decimam in loco rei, quia licet potior esse videatur locus traditionis, vel locus contractus ex iis, quæ dicemus infra n. 21. & 22. fraus aliqua videtur fieri illi loco, in quo res erat & tradi poterat, ut procul dubio gabellam haberet: ad quam fraudem aperte respexit. d. l. 112. in quat. gabe. ibi *porque se presume que cautelosamente*. eadem quæ decisio servanda erit, si omnia illa loca Dominicalia simulque tributaria sint, videlicet alicui particulari domino subiecta, qualia sunt plurima in hoc regno, quia eadè est ratio.

Secun

17 Secundus casus erit: * quid si eodem themate quarti casus principalis retento, locus ille rei sit francus & immunis a gabellæ solutione: non ne illius loci immunitate gaudebit venditor, qui rem alibi vendiderit, & in alio tertio loco tradiderit, atque ita nec traditio, nec contractus ipse venditionis in loco illo franco interuenient, sed id solum, quod tempore contractus res ipsa vendita in loco illo franco reperiretur: & rectè deciditur in l. 5. quod ea immunitate gaudere non debet, nec ille rei locus, sed locus traditionis attenditur, in quo quidem erit gabellam soluturus: cuius decisionis ratio evidens est, quia cum in loco rei potuisset venditor, si vellet, traditionem rei facere, quo casu nullam gabellam debuisset ex traditis supra num. 12. si in alium locum subiectum & tributarium rei traditionem conferat, nullam videri potest fraudem commississe: atque ita cessat ratio in primo illo casu huius Thematis considerata ex dicta l. 112. in quat. gabella. ibi *porque se presume*. & inspicendè erit locus traditionis ex resolutis sup. n. 10.

18 Tertius casus erit: * quid si in eodem themate, locus ille rei non sit immunus, sit tamen Dominicalis, cetera vero loca tam contractus, quam traditionis sint Regalia: & quidem isto casu, cum in utroque loco solui debeat gabella, nec vlla reperitur expressa legis decisio ad hunc casum, procul dubio existimo soluendam fore in loco rei etiam Dominicali, iuxta primū casum supra positum in hoc Themate num. 16. cuius decisio generalis est, nepe ut in loco rei decima debeat: nec distinguitur, an ille lo-

cus sit Regius, an verò Dominicalis: & solum limitatur, quando locus ille rei esset immunus.

Quartus casus erit in illo Themate: * si locus ille rei esset immunus, & locus traditionis non esset Regius, prout esse præsupponitur in secundo casu, de quo supra num. 17. sed esset quidè Dominicalis, tributarius tamen. & isto casu prædicta l. 5. Recopilat. expressè decidit, quod venditor soluat gabellam in loco Regio tributario, qui proximior sit loco illi Dominicali destinatione traditionis, & quod quadrupli poenam incurrat. In qua quidè decisione prædicta l. 5. & dicta l. 112. quaterni gabellæ iustæ ratione non percipio, scilicet tam in decisione circa solutionem decimæ in illo loco, quam in impositione illius poenæ: nullaque mihi sic durax lex est in toto quaterni gabellarum, sed quia ita scribitur, servanda erit: l. prospexit. D. qui & a quibus. & circa eius rationem aliquid Legislatoris experientia tribuendū, ut circa illud omnium D. de legibus. eleganter aduertit F. Domin. Soto lib. 1. de iust. & iure. quæst. 5. art. 2. in fine. quamvis verè non satisfacere videatur ratio legis, de qua in dicta l. 112. in quat. gabella. ibi *porque parece que in franco fiamente*: etenim ego nullam malitiam animaduero in eo venditore, qui cum potest tradendo rem suam in loco illo franco, ubi res ipsa erat tempore venditionis, aperta immunitate gaudere ex traditis supra num. 12. traditionem eius in locum Dominicalium transferre ac destinare maluit, ubi aliqualem gabellam esset soluturus, sic quæ non tam de fraudanda gabella cogitasse credi potest, quam vel cuius vel emptoris necessitati

H 3 suc

succurreret, cui non videtur esse obuiandum. Melius autem ac iustius habere posset locum ea quadrupli poena ac legis decisio, quando res existeret in loco Regio tributario, & in Dominicalem transferretur illius rei venditæ traditio: cum eo casu commodum Regis manifestè fugeret, & Dominicale vel suum fraudulenter quæreret: & tamen sine aliqua poena decusum est, ut in loco rei gabella solvatur, ut constat ex generalitate illius. l. 5. Recopilat. versic. mas si lo que se vende. ibi, *mádamos que el alcáual se pague en el lugar donde tenia el vendedor lo que así vendio, quando se otorgo la venta.* nec distinguit lex an ille locus in quem traditio destinatur, Dominicalis esset, nec ne, ut poenam aliquam adijceret in punitionem fraudis.

20 Quintus & vltimus casus esse potest: *quid si in eodem Themate, res esset in loco franco, & in alium quoque locum francum traditio eius conferatur: & isto casu videtur, quod cum transferenti venditori rei venditæ traditionem de loco franco in Dominicalem locum, quadrupli poena statuatur a lege secundum casum præcedentem, de quo in dicta l. 5. ibi, *si el lugar donde se entregare no fuere realenga, y fuere de señorio:* eo quod traditio rei non est collata in locum Regium tributarium: videtur a fortiori dicendum, eidem poena locum fieri in hoc quinto casu, ut gabella venditionis solvatur cum quadruplo in loco tributario & Regio, qui proximior sit franco illi loco, in quem prædictæ rei traditio fuerit destinata. Sed adhuc contrarium puto: & existimo, quod cum iste venditor posset, si vellet,

rem tradere in loco franco, vbi ipsa erat, & ita a Regali decima excusari ex traditis supra num. 12. si illius traditionem conferat in alium locum similiter francum: sed rei gestæ commodiore nullam habere malitiam, nullamque fraudem committere videri potest: quia cum talem venditionem a principio contraxisset propter casualem existentiam, res in loco franco, quod ea renō mutata, rectè posset, ut dixi, gabellam fulgere, si eam mutet, eadem immunitatem & gratiam querens, nulli iniuriam facit. Ac ideo ex mea sententia nedum poenam non meretur, sed & gabellam non soluet. Nec obstat argumentum supra relatatum de dicta l. 5. Recopilat. quia certè, casus isti in se differunt: & cum ille casus, de quo in dicta lege Regia, sic durus videatur ut dixi supra num. 19. arguere non possumus ab idem titate rationis, quæ deficit, de vno casu ad alium: præcipue cum sit lex poenalis, ex regulis odia. de regu. iuris. lib. 6. & quæ ibi Doctores notant.

21 His ita discussis ad quartum casum principalem, qui deciditur in ea l. 5. tit. 17. lib. 9. recopil. Quintus casus principalis est in hac materia, & quidem omissus in dicta l. 5. nempe, *quædo res est in vno loco, & in alio venditur, nulli autem traditur, ut quis per emptorem rem remissa est venditori donationis causa, quo casu & venditionem adhuc manere, & Regalem decimam deberi diximus supra nume. 1. de loco autem si quæras, vbi solueda sit, resolutiue aio; quod erit locus contractus, & non locus, vbi res erat tempore venditionis: quia cum tradi posset res illa, vel in

vel in loco vbi erat, quo casu solvenda ibi esset decima ex resolutis supra num. 9. vel etiam tradi posset in loco contractus, quo casu ibi quoque decima deberetur ex resolutis supra num. 6. sit consequens, ut si nullibi tradita sit, debeat potius decima in loco contractus, propter quem peditur, quam in loco rei: propter eam quod Regalis hæc decima onus est consecutum contractus, non rei venditæ, ut latissime supra resoluimus: atque ita ceteris paribus, hoc est, nulla existente traditione, quæ vel locum rei, vel locum contractus adiuet iuxta resoluta supra dicto num. 6. & 9. manifestum est, ut potior sit locus contractus, quam locus rei.

22 Nec prædictæ resolutioni obstat dicta l. 5. tit. 17. lib. 9. recopil. *ver. mas si lo que se vende:* vbi hic Quintus casus, nempe quando res nec traditur in loco contractus, nec in eo vbi ipsa erat, definitus & decisus videtur, ita ut in loco rei solvenda sit decima: inquit enim ea lex, quod si res sit in vno loco, & vendatur in alio, conveniatque inter contrahentes, ut in tertio alio loco traditio rei fiat, decima solvenda est in loco, vbi res erat, & tradidimus supra num. 16. ecce igitur qualiter per eam legem potior est locus rei, quam locus contractus, in decimæ solutione & adquisitione, contra eam quæ modo resoluimus, num. 21. Sed adhuc in prædicta resolutione standum est, quia prædicta l. 5. loquitur & procedit, quando rei traditio alicubi facienda est ex voluntate partium: quo casu si non traditur in loco rei, nec in loco contractus, sed in alio tertio loco, fraudem fecisse

venditor intelligitur, ex dictis supra num. 16. & quia traditio illa necessario erat facienda ex partium voluntate, & magis ad aptum loco rei, ibique congruentior sit, cum esset præsens, quam distanti loco contractus: ut ad sensum partet: ei potius loco, nempe rei, facta fraus intelligatur: & quasi in eo rei loco facta fuisset traditio, decimam ibi deberi deciditur in dicta l. 5. cuius hæc est vera ratio decidendi. At nos loquimur in eo quinto casu, quando nulla rei traditio facta est, nec futura sit ex ea venditione, nulla que fraus intervenit: quo casu nullibi præsumi debet facta traditio, quam partes fieri non luerunt per remissionem, sed vnus quisque locus rei & contractus, per se solus, prout magis præualeat, inspicendus est, ut videamus quis potior sit ad fruendam decimam illius venditionis: & certissimè sit decimam esse onus consecutum contractus, non rei venditæ, magis dicendū est, eum locum potiorē esse ex supra resolutis. Limita autem hoc, nisi locus illi contractus esset immunitis, & nos de expressis in libris Regis, quia tunc gabella deberetur in loco rei, eo quod licet tradita foret in loco contractus, non ibi, sed in loco rei deberetur, quia de loco tributario in locum francum res vendenda exportari nequeunt. l. 17. inquit gabell. que est. l. 4. tit. 20. lib. 9. recopilat. & diximus supra num. 7.

23 Sextus casus principalis, ac dubius ille esse potest: *ego existens in hac ciuitate a te absente per nuntium aut epistolam emi: que venditio sine dubio valet iuxta textum in l. 5. fina. D. de cont. empt. queritur autem ad propositum nostræ

decima, quo in loco contracta esse videatur, ut eo cognitio iudicari valeat, ubi decima solvenda sit iuxta regulas superius traditas in dicta l. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & certe eo in loco celebrata esse intelligitur venditio, in quo utriusque partis consensus & voluntas coniungitur per medium organum nuntij, aut epistolae. Nec enim inspicitur locus, a quo nuntius vel epistola dirigatur, sed locus in quo essentialiter per unionem consensus contractus perficitur, ut optime tradit Baldus in l. multum interest. nu. 11. C. si quis alteri vel sibi, quem ibidem sequitur Salicetus nu. 17. ubi additio plura allegat. Ita quod si ego misisti ad te nuntium vel epistolam, & tu cum audisses, consenseris venditioni, ibi intelligitur facta, ubi eras: quod si e contrario tu misseris ad me illum nuntium aut epistolam, ut emeris, & ego eum audiero, emptio consenserim, in hac civitate facta esse intelligitur venditio, quia in ea utriusque partis consensus perfecta est, quo supposito quae utriusque occurrens quaestio facile iudicari poterit ex regulis supra dictis.

Septimus casus in idem propositum esse potest. * & quæro, quid si vendideris rem meam in hac civitate meo nomine iuxta tradita supra cap. 3. nu. 16. ego vero Toletani existens alioque in loco, ratam habui eam venditionem: quæro inquam, quo in loco contracta esse intelligatur venditio, ut facta postea rei traditione in hac vel in illa Toletana civitate, de acquisitione decimæ recte iudicemus iuxta superiores casus dictæ l. 5. tit. 17. lib. 9. recopilat. & resoluti-

ne dico, ibi celebratam esse intelligi venditionem, ubi ratificata est, quia ante Ratificationem, cum mandatum meum non habueris, venditio a te facta non tenebat. l. qui absentis. D. de acqui. posse. cum enim ad perfectionem actus duo requiruntur, ex ultimo dicitur perfici ac consummari. l. quoties. C. de rei vendicat. ex quibus sic expresse tenet Albericus in l. dum modo. quæ est. 2. in fine. principij. D. de procurato. & fuit eundem sententiæ glossa in Clemente. Unica. verb. collato. ad finem. ut lite pendente. allegat & sequitur Tiraquel. de retract. signa. y. i. glo. 10. nu. 68. Igitur si tradita res est Toletani, ubi ratam venditionem habui, ibi debetur decima sine dubio, quia concurrunt contractus & traditio in eo loco, iuxta superius tradita nu. 6. si vero tradita res est in hac civitate, ubi ipsa erat tempore ratificationis alibi facta, hic erit decima solvenda: quia rei existentia tempore contractus, & subsequente postea traditio concurrunt iuxta tradita supra nu. 9. Aduerte autem quod licet contractus gestus meo nomine sine mandato, ibi intelligatur factus, ubi ratum habui, & ex tunc & eo in loco oriatur actio & obligatio illius contractus, ut dixi: tamen si utile fuit mihi a principio, ut illud negotium pro me gereres, a principio quoque ex ipso negotio gesto, & in loco ubi gestum est, nascitur actio & obligatio negotiorum gestorum inter te & me, non ex tempore nec in loco ratificationis, ut tradit Bart. in l. si pecuniam. nu. 2. D. de negotio gestis. cuius resolutio sic accipienda est, ne obstet predictis.

Octavus casus deprehenditur ex hac

25 hac quaestione: * Quæro an pro traditione, quæ in superioribus casibus decimæ acquisitionem operatur, constitutum possessorium sufficiat, iuxta notata in l. quod meo. D. de acqui. posse. & l. 9. tit. 30. part. 3. putà: vendidi tibi in hac civitate rem meam, quæ erat Toletani, & constitui me hoc in loco tuo nomine possidere: & est dubium, an & hic decima illius venditionis debeatur, quasi vendita & tradita res fuerit in hac civitate iuxta tradita supra num. 6. Sed contrarium puto, immo quod non sufficiat constitutum in hac materia, sed inspicienda sit Realis traditio, quæ postea secuta fuerit: de hac enim loquitur dicta l. 5. Recopil. ibi: *entregãdose*. Nam verba legis naturaliter debent intelligi, non perfectionem, argum. textus in l. filio quem pater. D. de lib. & posthu. & l. qui habent. D. de tutelis. & in materia retractus notat Ant. Gometius in l. 70. tauri. nu. 17. & cum lex requirit traditionem realem, constitutum non sufficit, ut ex communi sententia resoluti possessorij. limitat. 11. Unde nec laudiorum acquisitionem operatur, ut tradit idem Tiraquel. limitat. 27. nec obstant notata in dicta l. quod meo. * Quia per constitutum non dicitur res tradi, sed haberi pro tradita, ut notatur per gloss. fina. in l. in emptionem. D. de pactis. & ibi Baldus dicit, quod per constitutum non est liberatus venditor, quin teneatur tradere corporalem possessionem rei vendite. & allegat gloss. in l. Iulianus. §. ex vendito. versic. possessionem. D. de actio. empt. & Cynus post Petrum in l. 1. quæst. si

na. C. quando liceat ab emp. dicit quod per constitutum venditor est liberatus a traditione iuris, sed non a traditione facti, & corporalis possessionis, quod sequitur Baldus in l. ab emptione. D. de pactis & communem dicit Alex. cons. 28. viso & præhabito lib. 2.

27 Nonus casus colligi potest ex decisione. l. 117. in quat. gabella. quæ est. l. 4. tit. 20. lib. 9. Recopil. & quotidie in praxi servatur.

Decimus, & undecimus, ac duo decimus casus colliguntur ex conditionibus: 48. 49. & 50. generalis Regni conventionis & promissionis illius: * Quæ ut leges observari debent ex traditis per Mæcha de success. creat. lib. 3. §. 28. nu. 28. versic. illud autem controuersum est. qui quidem Autor in lib. 1. de success. creatis. §. 9. nu. 8. versic. de nique. vnum dubium resoluit circa intellectum prædictæ conditionis: 48. Sed & alij quam plurimi casus sunt, prout cuiusque civitatis, & locorum suæ Iurisdictionis ac territorij pacta, & conventiones fuerint, quas vnusquisque Iudex, & aduocatus videre debet, cum casus sibi occurrerit ad iudicandum & consulendum. & de his mobilibus satis.

Dum & illius quoque casus meminerimus, qui colligitur ex glossa communiter approbata in l. si vxor. gloss. fina. D. de iudicijs. ubi inquit, quod si quis promittit, aut vendit in provincia sub conditione, quæ Romæ impleta est, non videtur hic contraxisse sed in loco conventionis, propter conditionis retroactionem, de qua dicemus infra cap. 5. nu. 10. sicque illum locum ad gabelle solutionem inspiciendum esse tradunt

dūt doctores relati per Tiraquel. de retra. lig. 5. 1. glof. 10. nu. 46. quod erit apud nos maximè obseruandum, vt quotiens in prædictis casibus contractus locum inspiciamus, is esse intelligatur, vbi inter partes vel conditionaliter conuenit, non vbi conditio impleta est.

Circa decimam autem rerum immobilium seruanda est l. 9. tit. 17. lib. 9. Recop. * vbi generaliter statuitur (præterquam in vno casu, de quo ibi) eò loci soluendam esse decimam, quo res sitæ sunt, licet alibi venditæ fuerint, vt notat Greg. Lupus in l. 3. glof. fina. tit. 5. part. 5. quod ex superioribus regulis fūdari potest, nempe ex decisione casus tertij principalis, de quo supra. nu. 8. nam cum ibi esset res tempore contractus, & ibidē quoque postea tradatur realiter, necessariò cōsequitur, vt decima ibi debeat. 30 sed & illud * quoq; colligitur ex ea l. 9. quod quamuis nullibi traditio fiat, vt quia remissa est venditori res vendita iuxta tradita supra. nu. 1. adhuc decima debeat in loco rei, non in loco contractus, quia sic generaliter deciditur in ea lege: cuius contrariū aliàs ego responderem, propterea quod nō in terueniente traditione potior esse debeat locus contractus, quam rei, ex resolutis supra nu. 2. 1. & hæc decisio non solū procedit in proprietate, sed etiam in usufructu vendito, qui est pars fundi. l. 4. D. de usufrutu. atq; ideo pro immobili reputatur ex traditis per Tiraque. de retra. ligna. 5. 1. glof. 7. nu. 55. quod autē vendito usufructu Gabella debeat ex iis constat, quæ dicemus infra cap. 9. num. 41.

Qui in immò decisio dictæ l. 9. locū habet, & procedit in rebus im-

mobilibus tam permutatis, quam venditis, vt cōstat ex ea lege, vbi, *o trocaren.* quod quidem in quacūq; re permutata indubitabile esse videbatur, siue res sit mobilis, siue immobilis: quia cū permutatio sit cōtractus, qui re celebratur l. 1. D. de rerū permut. atq; ideo in permutatione cōtractus ipse à rerum traditione nō separetur, sed cōiunctim eodem in loco, & tēpore necessario cōtingat, propterea quod permutatio tūc dicitur perfecta, cum res est ex vtraque parte secuta, & ex eo tempore decimæ obligatio proficiscitur, vt dicemus infra ca. 17. nu. 3. videtur nullam esse posse dubitationem, quin decima ex eo contractu debita, in illo loco soluenda sit, vbi res permutatæ, vel quælibet earum traditæ fuerint, siue quidem sint mobiles, siue immobiles. Etenim quod tam variè statuitur circa rerum mobilium gabellam in l. 5. dicto tit. 17. lib. 9. Recopilat. ex latè supra resolutis, eam rationē habet, quod per sæpè venditio, & rei venditæ traditio diuersis in locis & tēporibus fiūt, & inter se valdè distingūtur, cū emptio & venditio sit contractus, qui nō re, sed cōsensu cōtrahatur, vt satis superq; patet ex resolutis supra isto capite nu. 2. & in capit. 3. Sed adhuc quidem prædicta decisio dictæ l. 9. in prædicto verb. *trocaren.* necessaria fuit, propterea quæ infra dicam in cap. 17. ex nu. 36. vbi benè iure resoluam, fieri hodiè posse, vt permutatio solocōsensu, sine rerum traditione simul cōcurrenti, celebretur: & eius gabella statim antè rerū traditiones debeat, scilicet cū à promissione formali inceptū est: quo casu, si cōtingat in vno loco cōtractū,

& in

& in alio rerum traditionem fieri, necessariæ erūt ad gabellæ locum iudicandum, omnes illæ regulæ in hoc capitulo traditæ circa decimam venditionis, vt aduertimus in dicto cap. 17. num. 39. videlicet vt si res soli sint, eo in loco gabella soluiatur, in quo permutatæ res sitæ fuerint, quamuis alibi fuerit factus permutationis contractus, vt generaliter probat dicta. l. 9. ibi, *trocaren.* Quæ ad hunc casum videtur respexisse, eo quod in nullo alio dubia esse potuit, arg. eorum quæ notantur in l. 1. in fine. D. ad municipa. Si autem res mobiles fuerint, locus contractus aut traditionis sic inspiciatur, vt inspiciendum esse diximus in re vendita iuxta dictam, l. 5. Recopilat. & quæ supra latè resoluimus. eadem quippe ratio est: præsertim cū, vt infra dicemus in cap. 17. num. 3. gabella ista Regia instar venditorum à permutantibus debeat. quod est magnopere animaduertendum pro intellectu dictæ l. 9. & pro extensione dictæ l. 5. & eorum omnium, quæ circa locum venditionis supra resoluimus.

31 Præcipuè autem * in hac rerum immobilium materia dubitari solent circa locum soluendæ decimæ, quæ ex annui redditus venditione debetur, iuxta ea, quæ dicemus infra cap. 10. per totum. atqui vera & communis resolutio est, quod eo in loco solui debeat, quo bona censuata sita fuerint, vt resouit latè Io. Parladori. lib. rerum quot. cap. 3. 5. fina. & eo iure vtiniur, vt tradit Didacus Peretius in rub. tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 37. colu. 1. & Auendanius respon. 23. num. 1.

32 Illud verò difficilior est, * quid iuris, si census ille constituatur su-

per pluribus bonis, quæ in diuersis territorijs sint: scilicet qualiter Regalis ista decima pendi debeat. At qui de hac re dicemus infra ca. 10. num. 14.

33 Sed in proposito non malè dubitatur de hac specie: * vendit ex meo solo arbores stantes, secandas tamen & auferendas, certo quodam pretio, iuxta l. Quintus Mutius. D. de actio. emptio: & quæ diximus supra cap. 2. num. 45. & est dubium, an res soli iudicentur, an verò iure rerum mobilium censentur. Effectus est duplex: primus propter locum solutionis decimæ iuxta dictam l. 9. Recopilat. & l. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & quæ supra diximus. Et alter, propter gabellarios diuersorum membrorum, qui in ea re litigare solent, prout euenit in hac specie, de qua ex facto consultus fui: Auunculus quidam meus vendit ex nemore quodam suo centum Vltos, quæ adhuc erant stantes in solo defixe atqui istius venditionis gabellam soluit ei gabellario, qui eam sine controuersia erat habiturus, quo casu arbores illæ iam casæ & a solo separatæ venderentur: gabellarius autem membri hereditatum iterum ab eo gabellam petijt, dicens ad se pertinere, eò quod res soli vendita esset, & iuuari videbatur ex dicta l. Quintus Mutius: ibi. *non est separatam corpus a fundo.* D. de actio. empti. cum notatis in l. fructus pendentes. D. de rei vend. sed benè solutā esse decimam priori gabellario me respondisse meminimus, & modò respondeo: quia illæ arbores venditæ erant, non vt starent in solo, sed vt statim scinderentur & separarentur a terra, easq; emptor sibi acciperet: quo casu

casu pro separatis & mobilibus iudicandę sunt, ex resolutis per Tiraq. de ret. lig. §. 1. glo. 7. ex nu. 37 præcipue in num. 44. vbi quamuis nominatim de fructibus pendenti bus loquatur, idem quoque de arboribus breui separandis dicendū est, quia militat eadem ratio, cum diuisim separatim que considerentur, dum venduntur. Præsertim quia & in arboribus venditis vt separentur a solo, proposita erat obiter questio ab ipso Tiraquello in dicto loco. nu. 40 & indifferenter resoluit, quod separandum a solo venditur, sic accipiendum esse, ac si iam separatum & diuisum foret: & ita teneo ex Tiraquelli fundamentis, quæ non repeto. quò fit, vt si in vno loco venditio fiat, & in alio arbores sitę sint, locus traditionis inspiciatur in hunc modū: quod si a solo separata in locum contractus adportentur & tradantur emptori, ibi decima debeatur, iuxta casum secundum de quo supra nu. 6. secus si in eodem loco, vbi starent venditionis tempore, fuerint postea traditæ post separationem: nam ibidem soluetur decima, iuxta casum tertium, de quo supra. num. 8. seruata semper decisione textus in dicta. l. 5. tit. 17. lib. 9. Recopilat. nõ autem decisione dicta. l. 9. eiusdem tit. & libri. ea ratione, quia non res soli, sed mobiles vendi intelliguntur, cum sic venduntur, vt a solo separentur.

34 Vnde etiam consequitur, * quod si quis vendat arbores stantes non sic vt separentur, sed vt in solo maneat: quamuis solum non vendiderit, vt quia suū nõ esset, sed publicū iuxta. l. 9. & l. 15. tit. 7. lib. 7. Recopilat. dubium non erit, quin hereditatum gabellario decima de-

35 beatur, quia verè dici potest & debet, rem soli venditam esse, ex dicta l. Quintus. D. de actio. empti. * quæ admodum si quis venderet domus superficiem, iuxta totum tit. D. de superfi. atqui cessat ratio supra dictę separationis.

Vltimo loco aptissimè dubitatur de hereditate & actione vendita, quo casu decima debeatur ex resolutis infra cap. 9. ex num. 35. 36 quo in loco soluenda sit. * & primò videamus de actione: quæ si personalis est, cum videam venditionem eius non in re ipsa debita, sed in iure actionis consistere, quod est incorporale, textus in prin. Instit. de rebus corpo. & incorpo. & sciam * iura, & actiones loco 37 non circum scribi, vt probat textus elegans in l. Gaius Seius. de leg. 2. cum notatis per Pinelum in rub. C. de bonis mat. 1. parte. nu. 10. quamuis aliquo respectu res debita vendi & emi intelligatur, vt dicemus infra dicto cap. 9. nu. 32. magis existimo, vendita actione, siue ad rem mobilem siue immobilem competenti, nullatenus respiciendam esse decisionem textus in dicta. l. 9. tit. 17. lib. 9. Recopilat. quæ in rebus immobilibus venditis locum habet. Nam licet actio competens ad rem immobilem pro immobili habeatur, iuxta notata in l. ad resoluendam. C. de prædiis mino. & notat Pinelus vbi supra. nu. 33. tamen minimè dici potest, eam actionem loco aliquo circum scribi, ita vt ibi esse videatur, vbi res debita existit, quia generalis est regula dicta. l. Gaius. de leg. 2. de qua latè agit Corneus consilio. 49. volu. 3. atqui ita, cum in venditione rei immobilis, locus rei inspiciatur ad hoc, vt sciamus

cui

cui loco decima Regalis solueda sit, vt conitat ex dicta l. 9. Recopilatio. minimè trahi, & extendi potest ea decisio ad actionem venditam, quæ pro re immobili competit: cum nesciatur quo in loco illa actio sit, immò appareat nullo loco eam circum scribi contineriue. Quin immò ex prædictis resoluendum existimo, * quod cum in animo & ossibus creditoris harere dicatur personalis actio, ad quamcunque rem ea ipsa comperat l. quis ergo casus. & ibi glossa fina. & l. Si Stichus. D. de peculio. ac notat Andræ. Tiraquellus de retractu ligna. §. 26. glof. 1. nume. 58. vbi cunque erit creditor, ibi præsentem esse intelligam actionem sibi competentem, prout eleganter in alio casu & proposito notat Salyctus in l. 1. numer. 14. versicu. fin. autem essent iura & actiones. C. de summa Trinitate. & Alex. de Imola in consilio. 31. incipit, viso titulo, colum. 5. volumi. 1. cum sola sua voluntate possit eam in emptorem transferre per cessionem, quæ est propria cuiuslibet actionis traditio ex glo. in l. fina. C. quando fiscus vel priuatus. & in l. fina. in princip. verbo. portionibus. D. de donationib. notant Doctores communiter in l. 1. C. de actio. & obligation. quò fiet necessariò, vt quotiescunque & vbi cunque creditor existat reperiat, & eam actionem vendat, ibidem etiam rem ipsam venditam (nempe eam actionem) extitisse eo venditionis tempore, possimus & debeamus dicere, cum in promptu sit, ad hoc vt tradatur

per cessionem: & erimus in terminis casus primi, de quo egimus supra nume. 4. ita vt resolutiue sit dicendum, vendita actione personali, decimam pretij deberi in loco venditionis contractæ, quasi ibidem quoque præsens fuerit actio ipsa vendita, quicquid eius traditio cessionem in alio loco postea fiat, ex notatis in dicto primo casu, per textum in l. 5. ibi: *O estando en el al tiempo de la venta.* titul. 17. libr. 9. Recopilatio. nec curabitur, quo in loco traditio rei debita postea fiet cessionario emptori: quia cum ea traditio non fiat ratione & titulo emptionis, qua actio illa emptæ & cessata est, sed ratione & vi ipsius actionis iam cessatæ & vendita, vt patet: remotissima traditio est, vt attendatur ad effectum prioris venditionis, quæ per cessionem actionis vendita omnimodò fuit perfecta & consummata omni sui perfectione, cum ex eo solo cessionis actu liberetur venditor.

In hereditate autem vendita, cuius quoque decima deberetur ex dicendis infra dicto cap. 9. nu. 38. 39 illud considero, * quod cum hæres venditor ad hoc, vt eam cedat emptori, necessariò debeat adire hereditatem, ut dixi supra cap. 2. num. 18. ac per consequens antè cessionem dominus factus sit omnium rerum, quæ in hereditate continentur iuxta textum in l. cum hæres. D. de adqui. posse. negari non potest, quin licet principaliter venditio consistat in iure incorporali hereditatis, vt dicemus infra in dicto cap. 9. num. 38. in consequentiam tamè iuris

I vniuer-

vniuersi, & illud particularium rerum dominium hæredi adeunti acquisitum in emptorem transeat pro pecunia, sic vt manifesta esse appareat rerum corporalium alienatio & venditio: Vnde sicut dictum & receptum est in materia Retractus sanguinis, vendita hereditate res singulas corporales animaduerti & distingui debere: vt in immobilibus Retractus ille locum habeat, secus in reliquis, iuxta eas locorum consuetudines, quæ in rebus soli duntaxat Retractum istum inducunt, prout apud nos est Regia l. 7. titu. 11. libr. 5. Recopilationis. & in ea materia resoluit And. Tiraquellus de retractu lignagier. s. 1. glossa. 7. nume. 85. dicendum quoque esse in hac materia ego existimo: ita vt expressio correspondenti rebus soli per hereditatem acquisitæ in loco, quo res sitæ sunt, decima debeat iuxta dictam. l. 9. titu. 17. libro 9. Recopilationis. in aliis autem respiciatur locus, in quo venditio facta est, & locus possessionis earum rerum ab hereditatis emptore apprehensæ, vt exinde regia decima vnius cuiusque rei, loco suo adiudicetur, iuxta regulas superius traditas in rebus mobilibus, ex decisione dictæ. l. 5. titu. 17. libr. 9. Recopilatio. & ita teneo.

Ex qua vera resolutione subinferri videtur recta decisio ad alium casum, nempe: * quando venditur cediturque reuenditio pro pecunia, quod fieri potest prout ex l. fina. D. de hered. vel acti. vend. & l. 2. vbi glossa. & Baldus. C. de liti. glossis. & aliis resoluit Tiraque.


de retract. ligna. s. 26. gloss. 3. nume. 2. si verum est, quod ex cessione rei venditionis, dominium rei saltem vtile transfertur in cessionarium, prout tenuit Azo apud glossam in l. planè. D. famil. ercis. vt rerum distinctio fiat, iuxta ea que modo diximus in hereditate vendita. Sed in contrarium est communis doctorum sententia, inimò quod ex tali cessione nullum rei dominium adquiratur cessionario, quia rerum dominia traditionibus adquiruntur, non pactis, ex doctrina textus in l. traditionibus D. de pactis. prout vtrumque resoluit bene Angel. Perusinus in Rubrica C. de rei vendicat. qui ex eo ait debere cessionarium concludere in libello, vt cedens declaretur rei dominus, & possessor condemnatur illam cessionario restituere virtute cessionis sibi factæ per dominum: Sed profecto, cum restituta re eo modo prædicto cessionario, dominium eius non adquirat cessionarius à possessore restituyente, qui nullum habet, sed necessario dicendum sit acquirere à domino venditore, ex accedente voluntate eius in fauorem cessionarij emptoris remanentis possidentis, iuxta terminos & materiam textus in s. inter dùm etiam. Institutis de rerum diuisione. Idque necessario fiat ex vi & virtute venditionis præhabita, fiet consequens inspecto euentu & effectu prorsus contractus, vt & res ipsa vendita intelligatur, & ratione venditionis postea tradita prædicto cessionario, ac proinde sine dubio existimo, respiciens

spiciendum esse locum rei, aut traditionis, aut contractus celebrati, si res illa mobilis sit, iuxta regulas superius traditas isto capite, circa enarrationem dictæ. l. 5. titulo. 17. libr. 9. Recopilation. si verò sit immobilis, seruandam esse decisionem dictæ l. 9. eodem titu. & lib.

Cæterum pro complemento huius capituli & materiæ circa solutionem decimæ ex venditione rerum immobilium, notanda est conditio. 67. conventionis generalis Regni. * Et magno opere notare oportet conditionem. 65. quæ decidit frequentem illam dubitationem, quam pluries habui de facto in iudicando, & consulendo: nempe si tempore generalis conventionis alicuius loci, quam *Encabeçamiento* dicimus, quis sit incola & vicinus in eo loco, ac postea durante adhuc tempore illius conventionis domicilium mutet, & in alium locum transferat voluntate sua, quod rectè potest facere, iuxta. l. 1. titu. 9. libr. 7. Recopilat. & quæ tradit Menochius de arbit. iudic. quæstio. casu. 86. an contribuere teneatur in illo loco priori cum cæteris ciuibus, ad solutionem integræ summæ cum Rege vel domino loci conuentæ, per particularem scilicet illius loci annuam distributionem, quam *Repartimiento* appellamus. Decidit autem ea conditio 65. quòd si populus & locus ille habeat vltra trecentos incolas & vicinos, liberè vnusquisque possit transire eo casu de loco in locum, & in vnoquoque loco contribuet pro rata temporis, quo habitauerit: si verò locus minor sit,

nec tot municipes habeat, is qui domicilium mutauerit, contribuet in eo primo loco pro illo anno duntaxat, non pro reliquis annis concessionis & conventionis: in quo valde deuia est ea decisio à dispositione textus in l. 10. quæ in solutione seruitij Regalis aliter loquitur, titu. 14. libr. 7. Recopilatio. & resolutis per Petrum de Vbaldis in tracta: de collectis. nume. 28. * Si autem locus sit omninò desertus, & destitutus, ita vt in eo nullus vicinus remanserit, seruanda est. l. 4. titu. 6. libr. 7. Recopilat. & conditio. 8. dictæ generalis conventionis Regni. & vide tradita per Gregorium Lupum in. l. 26. glo. fina. in fine. titu. 3. 1. part. 3. & per Ferdin. Menchacam de success. creatione. 1. parte. lib. 2. s. 15. nume. 3. in impressione Salmanticensi.

Summa capituli quinti.

- 1  *conditionalis venditione Regalis decima non debetur, dum pendet conditio: & quare.*
Ex venditione, cuius conditio defecerit, nulla gabella debetur.
- 2 *Dies dati ad solutionem Regalis decimæ in. l. 3. 1. titu. 19. libr. 9. Recopilationis, non currunt à tempore contractus conditionalis, sed à tempore conditionis impletæ.*
- 3 *Dies dati consanguineis lege Regia ad retrahendum, ex quo tempore computentur, cum venditio est conditionalis: & qualiter ex conditionalibus legato gabella soluat, iuxta statutum illam inducens.*

- 4 Resolutio, de qua supra num. 1. procedit etiam si ante conditionem impletam res vendita tradatur.
- 5 Si ex contractu ius aliquod adquiratur fisco in spe, licet partes contractui renuntient, fisco non nocet.
- 6 Ex conditionali venditione nullum ius considerabile etiam in spe fisco quaeritur quoad regalem decimam, nec prodest impleta conditio, si interim partes a venditione discessissent.
- 7 Deficiente conditione venditionis decima non debetur: etiam si ex voluntate venditoris deficiat, ut quia in eius potestate esset.
- 8 Regula iure civili. D. de condit. & demonst. non habet locum quoad tertium: & ita fisco non prodest in acquisitione decima.
- 9 Ex modali venditione statim debetur gabella, sicut ex pura.
- 10 Decima debetur ijs gabellarijs, qui fuerunt tempore contractus: non qui fuissent tempore conditionis impletae. Et immunitas primi temporis inspicienda est.
- 11 Limitatur proximum dictum in conditione potestatiua, quae secundum Doctores non retrotrahitur.
- 12 Sublimitatur ea communis limitatio.
- 13 Conditio potestatiua retrotrahitur ad tempus contractus, sicut ceterae casualis, & mixta, ex sententia auctoris.
- 14 Communis intellectus ad. l. quidam cum filium. §. fina. D. de verb. oblig. reprehenditur.
- 15 Vera interpretatio illius legis traditur.
- 16 Exponitur. l. si debitori. §. fina. D. de fideiussor.
- 17 Exponitur. l. si legati. D. de pigno.
- 18 Exponitur. l. qui balneum. & l. posterior. D. qui potiores in pignore habeantur.
- 19 Venditis fructibus futuris, quando & quibus gabellarijs decima debeatur.
- 20 Ratio traditur ad. l. 104. quaterni gabella.
- 21 Proponitur questio, quando venditis his, quae pondere, numero, aut mensura consistunt, decima Regalis debeatur.
- 22 Refertur, & explicatur singularis quaedam sententia Baldi in hac materia.
- 23 Notatur Didacus Couarruias, quod non perceperit eam Baldi sententiam, quam ipse refert.
- 24 Relati auctores, qui tenent contra Baldum.
- 25 Late exponitur. l. quod saepe. §. in his. D. de contrah. empt. & auctor tenet contra Baldum.
- 26 Satisfit Baldi argumentis.
- 27 Traditur ratio dubitandi ad textum in dicto. §. in his. versiculis. sed et si ex doliarie.
- 28 Quod dicitur in dicto. §. in his. de rebus mobilibus, dicendum quoque est de immobilibus.
- 29 Resolvitur questio proposita supra numero. 21.
- 30 Refertur quaedam Auctoris sententia, quae semel & male ab eodem lata est.
- 31 Si laicus sub conditione vendiderit, quae eo facto clerico, vel alijs exempto impleatur, an Regalem decimam debeat.
- 32 Superioris questionis resolutio non procedit in conditione intrinseca.
- 33 Exponitur textus in l. fina. D. de stipulat. seruo.
- 34 Exponitur tex. in l. fina. C. de donat. quae sub modo.
- 35 Cur stipulatio haec: cum mortuus fueris, vel cum mortuus fuero: inutilis erat olim digestorum iure, declaratur.

Ex

Ex conditionali venditione, an & quando decima debeatur.

CAPVT. V.



IC appositè in dubiū vocatur, si venditio facta sit sub conditione, ne, vtrum venditor ex tempore contractus, an potius ex die conditionis impletæ ad regalem decimam teneatur, & ex quo die computandi sint quinq; illi dies ad solutionem decimæ assignati in. l. 31. titu. 19. lib. 9. Recopil. * Atqui resolutiue dicendum est, ante conditionis implementum, decimæ locum non fieri, quin potius illud esse expectandum: nec antea Regalis decimæ obligationē nasci: ea iustissima & necessaria ratione, quia Regalis ista decima propter contractum venditionis debetur, ut late superius diximus in capitibus præcedentibus, & constat ex l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. ibi. *Los vendedores.* Et ibi: *Porque vendieren.* At cum venditio sub conditione contrahitur, quamuis ad hoc effectum sumat, ut interim non liceat alteri contrahentium inuito altero ab ea discedere, ut dicit glo. in. l. necessario. verb. perfectam. D. de pericu. & commo. rei vendita. & in. l. 1. in princip. C. eodem titu. & in. §. 1. Instit. de emptione & venditione. & Hostiensis in

summa. eodem titu. §. 2. in fine: & doctores vbique non est, nec dicitur perfecta, donec conditio impleatur, ut tradit rex. in. l. hæc venditio. in princ. D. de contrah. emptio. & l. bouem. §. si sub conditione. D. de adili. edicto. nec qui ita vendit, propriè venditor est, argum. textus. in. l. si quis sub conditione. §. D. si quis omiſſa causa testa. & notat Menochius consilio. 26. nume. 33. in prima parte consiliorum. ea iusta & vera ratione, quia conditionalis venditio sic pendet a futuro conditionis euentu, ut si conditio deficiat, nullam vnquam in præteritum contractam fuisse venditionem dicendum sit, ut tradit dicta. l. necessario. in prin. ver. quod si sub conditione. ibi. *Si quidem defecerit conditio, nulla est emptio, sicuti nec stipulatio.* l. pecuniam. vers. perinde. vbi Paulus, Alexander, Iason, & Decius notant. D. si certpetat. atque ita impossibile est, quod ex ea venditione, cuius conditio vel pendeat, vel defecta sit, gabella debeatur, ut expressè tradit Paulus Castren. in. l. 1. num. 5. C. quando liceat ab empt. disced. & notat Tiraquel. de retra. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 23. & ex nostris loquens de gabella nostri Regni, resoluit Ant. Gome. 2. tomo. varia. cap. 11. nu. 30. ver. tertius effectus. vbi non benè allegat notata in. l. 2. C. de Eunuchis. quia ibi de inualidis, non de conditionalibus venditionibus agitur, ut constat ex Bal. & Saly. in ea lege. & dicemus infra cap. 14. nu. 1. & his relatis tradit quoq; Io. Matientius in. l. 7. titu. 11. glo. 6. nu. 32. lib. 5. Recop. & Parladorius lib. rerum. quotid. cap. 3. §. 3. nu. 35.

Ita quod dubitari non licet, cum interim pendente conditione gabella non debeatur, * quinque illos dies ad solutionem decimæ præfinitos non currere, donec conditio impleatur: nam si aliter obseruarem, fieret, quod si intra illos dies impleta conditio non sit, decima sine perfecta venditione deberetur, & solueretur, vt aliàs arguit I. C. in. l. tali. D. de iure dot. nec verificarentur verba dictæ. l. 31. Recopilat. ibi. *Después de la fecha de la venta.* cum interim, vt diximus, omnino facta & perfecta non sit. Atque * ita dies ad retrahendum dati consanguineis, à tempore conditionis impletæ computantur, vt tradit Montalius in. l. 13. titu. 10. lib. 3. fori. & Cifonranus, Gomez Arias, & Ant. Gometius in. l. 70. Tauri. & in gabella legati resoluit Barto. in. l. cum Tirio. nu. 4. D. ad legem Fal. & expressiùs Angelus ibi. nu. 5. quem, in quantum is loquitur de conditionali legato, sequi videntur Alex. & Io. de Imola ibi.

Sed in hac materia duo notanda sunt: * primū, quod licet si statim cum venditio sub conditione contrahitur, res vendita tradita sit emptori, dominium eius transferatur, vt ex. l. dotis fructus. §. fina. cum. l. seq. D. de iure dot. tradit Barto. in tractatu de insula. in fine. Atque; ideo dicat Tiraquel. vbi supra nu. 30. quod retractus sanguinis, quem constat non competere in conditionali venditione, eo casu traditionis competat: locum non habebit isthæc resolutio in materia nostræ decimæ, quia hæc non ex rei alienatione, sed ex vera, ac perfecta venditione debetur, vt diximus: atque ita

nihil interest, an tradita res sit ante conditionem, necne: cum constet ex ea traditione, licet dominium rei alienetur, non ideo magis imperfectam venditionem purificari, & perfici, vt patet ex dicta l. necessariò. versi. quod si pendente. D. de peric. & com. & l. 2. §. si sub conditione. D. pro emptore. 5. Secundum est: * quod licet pendente venditionis conditione nullum ius fisco queratur ad gabellam, vt diximus: quæri tamen videtur spes quædam considerabilis venditum iri, argu. tex. in. §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig. & eorum quæ notat Anton. Gometius 2. tomo. variat. cap. 11. nu. 36. ac proinde videtur, quod si interim contrahentes à venditione discesserint iuxta. l. 1. C. quando liceat ab empt. & conditio postea impleatur, adhuc decima peti possit: per tex. in. l. si constante. ad fi. versi. exceptis. C. de donat. ante nuptias. vbi ad hoc ponderat Baldus, & expressè ait, quod si ex aliquorum contractu ius aliquod acquiratur gabellario re vel spe, licet partes renuntient contractui, gabellario non nocent. q. esset notabile ad extensionem eorum, quæ notantur per doctores in. l. ab emptione. D. de pactis. & quæ dicemus infra cap. 14. nu. 7.

Tamen licet hoc ita bene procedere videatur, contrarium dicendum est: * immò, quod si tibi sub conditione vendidero, & postea pendente adhuc conditione per contrarium consensum à venditione discesserimus, quamuis postea conditio illa impleatur, nullum ius fisco, gabellariove ad decimam illius venditionis acquiratur: quia illud constat, nullum ius

fisco deberi, eique concessum esse, nisi ex perfecta, & pura venditione, permutatione ve. l. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. ita vt quotiens verum sit dicere, puram & perfectam venditionem, aut permutationem non esse, nihil sit, ex quo vel re, vel spe intentio fisci fundari possit: aliàs enim iam ultra venditiones & permutationes ius aliquod ex hominum contractibus peteret contra Regni concessionem: cum ergo dissoluta venditione conditionali per contrarium contrahentium consensum ante ipsius conditionis implementum, verum sit dicere, etiam conditio postea commissæ & impleta, nullam vnquam fuisse venditionem purè & perfectè contractam, vt satis ex prædictis apparet, nulla ratio est, aut esse potest, propter quã fiscus siue ratione præcisi debiti, siue ratione spei, ius aliquod in vim decimæ possit præterdere, aut allegare: doctrina autem illa Baldi procedit, & habet locum, vbi verum esset, ius aliquod, vel in spe quæsitum esse fisco: nam tunc bene ait, ei inuito auferri non posse. At hic nunquam ei queritur aliquod ius (vt dixi) ex hominum contractibus, nisi cum vel pura & perfecta venditio est, iuxta dictam l. r. vel permutatio celebratur iuxta dictam. l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. quorum vtrumque in proposita specie deficere plusquam manifestum est: quod optimè confirmatur ex doctrina Fabri in. §. 1. Instit. de empr. & vend. vbi ait, quod si contrahentes, qui conditionalem venditionem rei patrimonialis contraxerint, pendente conditione à contractu discesserint, nullum ius habet consanguini

neus ex ea venditione, quicquid postea conditio illius impleatur: quia verum est, nullam fuisse venditionem puram & perfectam, quæ ad retractum requiritur: & eum sequitur Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glo. 2. nu. 29.

Item aduerto, quod diximus de perfecta venditionis conditione decimam non deberi, vsque adeo procedere, * vt idem dicendum sit, quamuis sub ea conditione esset contracta, quæ in alterius ex contrahentibus potestate foret: veluti si ita vendidero, si Capitolium ascendero, quo casu illa potestatiua conditio sit, iuxta doctrinam text. in. l. suus quoque. §. puto. D. de hered. Instit. & nolluerim ascendere. Nec videbor factio meo fisco aut gabellario priuare iure suo contra notata in. l. ab emptione. D. de pactis. quia sicut ad validitatem illius venditionis non id inspicitur, aut curatur, quod in potestate & voluntate mea venditio est, propterea quod velata quidem voluntas, nec expressa sit, iuxta notata in. l. nonnunquam. D. de conditio. & demon. ac proinde non offendatur regula. l. in vendentis. C. de contrahen. empt. secundum verisimam sententiam Baldi, d. qua agemus infra cap. 10. ad finem. nu. 65. ita nec in perimenda venditione inspicendum, aut curandum illud est eadem ratione, nec intelligendum, ex mea voluntate magis, vt conquærat fisco, quam ex defectu conditionis adiectæ venditionem defecisse.

Quin immò illud nota, quod si sub quacumque alia conditione venditio contracta est, & per eum, cuius fortasse interest conditio-

8 nem non impleri, factum sit, quo minus impleatur, quamuis quoad alterum cōtrahentem attinet, pro impleta habeatur conditio ex regula iuris ciuili, de qua in l. iure ciuili. D. de condit. & demon. nō ita erit quo ad gabellariū: * quia regula prædictæ legis locum non habet in iure tertij, vt rectè putat Caro. Molinæus in consuet. Parisi. tit. 1. §. 23. num. 16. quod ita intelligendum esse aio, si modo ille contrahens, quò ad quem solum locum habet prædicta regula, vt noluit iure suo: quia eo non vten te minimè dici poterit purificata venditio & conditio impleta, cuius implementum ille alter ex cōtrahentibus impedit, sicq; nullum ius erit fisco aut gabellario quesitum ex prædicta resolutione. at verò si ille contrahens iure suo vtens fecerit, vt venditio procedat, quasi impleta conditio foret ex regula dictæ. l. iure ciuili. rectè intrabit fiscus gabellarius, è in iudicalem decimæ petitionem, quia verum est iam, & perfectam, & puram venditionem esse in effectu.

9 Rursus considero, quod diximus de conditionali venditione, non itidem dicendum fore de modalis: * Nam cōtractus factus sub modo, purus & perfectus est, & à conditionali differt, vt in simili legato probat. tex. elegans in l. libertas. §. hæc scriptura. D. de manu. testa. Atque ideò non minus ex modalis venditione, statim ac de re & pretio eo modo conuentum sit, debetur decima, quam ex pura & non qualificata venditione deberi diximus supra cap. 3. in prin. ea enim inter modum & conditionem præcipua differen-

tia est, quòd illa actum suspendit, nec interim nascitur actio & obligatio. l. legata sub conditione. D. de cōd. & dem. & l. cedere diem. cum materia. D. verb. signi. & iam diximus: modus verò dispositionem & contractum purum qualificat, ita vt statim obligatio sit, & efficax actio detur præstita cautione de modo implendo. l. demonstratio falsa. §. fina. & l. si cui. D. de condit. & demonstrat. & l. liberto. §. Lucius. D. de annuis legatis. & l. si tibi legatum. deleg. 3. & notant omnes in l. quibus diebus. §. Thermilius. D. de condit. & demon.

10 Igitur ex prædictis constat, quòd si conditio venditionis extiterit, decima deberi incipiet, tanquam ex venditione pura. * Illud autem præcipuè in hac materia dubitari potest, si tempore impletæ conditionis alij gabellarij sint, non qui fuissent tempore venditionis contractæ, siue conuentæ: vel forte alius sit loci dominus, ad quem ius gabellarum pertineat: quibus ex his decima debeatur. & planè expeditissimum est, primis gabellarijs, vel primo domino, seu eius hæredibus decimam illius venditionis deberi, vt resoluit Anton. Gometius. 2. tom. varia. cap. 11. nu. 30. vers. tertius. effectus est. & optimè quoq; aduertit Ioan. Parladorius vbi supra. & videtur voluisse Nico. Boerius decis. 5. nu. 25. dum allegat Socinum. consil. 70. num. 10. volum. 4. cuius resolutionis ratio ea est planissima, quia contractus conditionales impleta conditione retrotrahuntur ad tempus contractus, ita vt tempore videantur purè celebrati. l. qui balneum. & l. potior. D. qui potio-

potiores in pigno. hab. & dicta. l. necessariò. vers. quod si pendente. ibi. *Quasi iam contracta venditio ne in præteritum.* D. de per. & com. & facit text. optimus in. l. si filius familiars. D. de verb. oblig. vbi si filius familiars sub conditione stipuletur, & eo emancipato conditio existat, non illi, sed patri obligatio acquiritur propter supradictam retrotractionem: quasi videatur ei à principio in potestate patris existenti acquisita obligatio, & per eum patri. l. placet. D. de acqui. hæred. Quin immò ex eadem iuris ratione inquit Baldus in. l. i. nu. 4. vers. si verò intra nundinas. C. de nundinis. quod si tempore nundinarum, quæ immunes sint (quales sunt plurimæ in hoc Regno) venditio celebretur sub ea conditione, quæ postea nundinis transactis purificetur, gabella illius venditionis non est solueda, quia adhuc nundinarum priuilegium locum habet propter conditionis retrotractionem, ex prædicta regula. l. potior. §. 1. & l. creditor. §. si prius. D. qui potiores in pigno. hab. quod est valdè notandum, & sequuntur plures relativi per Additionem Doctoris de Salzedo ad Bernard. Diaz in regula 116. vers. ex quo primo. & eandem rationem habet, quod de loco conditionalis venditionis superius diximus cap. 4. nu. 28.

11 Prædicta verò communis doctorum, & vera resolutio limitanda videtur, vt procedat quando venditio contracta est sub casuali, vel mixta conditione, in quibus dicta retrotractio locum habet. * Secus verò, si conditio venditioni adiecta potestatiua sit, quod fieri potest, vt dixi supra nu. 7. vt tunc vlt-

12 timo gabellario, qui tempore impletæ conditionis extiterit, decima pretij debeat, quia illa non retrotrahitur, vt tradit Bartolus, & communis Doctorum in dicta l. si filius familiars. D. de verbo. obligat. atque ita cessabit ille effectus in fauorem primi gabellarij vel domini animaduersus, prout nominatim in nostra specie tradit Gometius dicto cap. 11. num. 30. vers. limita tamen. * Quod quidem licet ipse non dicat, adhuc sublimitadum videtur, vt nō procedat ista limitatio in conditione potestatiua, quæ inuito eo, in cuius potestate est, impleri potest, vt resoluit Couarru. in pract. quaestio. cap. 39. nu. 2. vers. tertio est. vbi ait, in ea quoque potestatiua conditione procedere tex. in dicta. l. necessariò. vers. quod si pendente conditione. D. de peri. & commo. rei venditæ.

13 Ego verò in diuersa sententia sum, * & falsam esse aio communem illam Bartoli limitationem ad regulam tex. in dicta. l. si filius familiars. in princi. quæ perpetua est. D. de verb. obliga. quin immò verissimè dicendum existimo, quæcunque conditionalem contractum, sub quacunque conditione casuali, mixta, potestatiuaue conceptum, ea impleta ad tempus contractus retrotrahi, videriq; à principio purè celebratum, dicta. l. si filius familiars. & dicta. l. potior. in fine. generaliterq; ita procedere in quacunque conditione tex. illū in dicta. l. necessariò. vers. quod si pendente conditione. vbi nulla conditionis distinctio fit. Atque ita etiam indistinctè, & sine vlla limitatione procedere, quod ex communi sententia supra dixi in qua-

stione decimæ nu. 10. ver. igitur ex prædictis. nec inuenies textum in toto iure (si fas mihi sit dicere) qui eam Barroli sententiam probet: nec dixisset quidem ipse Bartolus, nisi vt satisfaceret textui, quem non potuit aliter intelligere in l. quidam cum filium. §. fina. D. de verb. oblig. quem si explicue- ro, omninò ruent communis il- lius limitationis fundamenta.

14 Inquit * ergo textus in dicta l. quidam cum filium. §. fina. quod filius familiæ ita stipulatus est: quantam pecuniam Titio credide- ro, fide tua esse iubes? & emancipa- tus credit. ac inquit I. C. quod patri nò debet fideiussor. quod non ex alio esse credit Bartolus in dicta l. si filius familiæ. in prin- cip. quàm quòd in dicto. §. fina. conditio potestatiua est, quæ nò, vt ipse putat, retrahitur. l. qui balneum. & l. potior. D. qui potio- res. quem sequuntur ibi Paulus de Castro, Iason, & Angelus de Peru- sio. Sed certè ea Bartoli interpre- tatio & solutio valde restringit generalitatem textus in dicta l. si filius familiæ. qui in quacunque conditione loquitur, nullaque sit cõditionis distinctio vsuprà dixi: quod durum esse, vt admittatur, vi- sum est Ioanni de Imola in eadem l. si filius familiæ. & Alexandro ibidem. qui tamen difficultati eo- rum iurium non satisfaciunt, vt ibidem notat Iason. * ego autem ex eo intelligo, fideiussorem pa- tri non debere in dicta l. quidam cum filium. §. fina. D. de verb. ob- lig. quia licet verum sit, fideiussor- em, de quo ibi, sub conditione in- terponi, argumento textus in l. si decem. 21. D. de solutio. & quòad fideiussoris obligationem videat-

tur retrahi numerationis & mutui conditio, prout generale est, & perpetuū ex regula dicta. l. potior. & dictæ l. si filius familiæ. tamen quòad obligationem prin- cipalem ipsius numerationis mu- tuique, numeratio ipsa retrahi nò intelligitur, quia purè facta est & ex nūc duntaxat debitor ipse mu- tuatarius tenetur, vt est planissi- mum, & tradit Iason in dicta l. si fi- lius familiæ. ad finem principij. qui tunc etiàm quò ad fideiussio- nis contractum numerationem retrahi non rectè negat in spe- cie dicti. §. fina. Vnde cū reus prin- cipalis patri non obligetur, qui ex nūc purè obligatur, ex mutuo, nec fideiussor ipse obligari potest eidem patri, quia eius obligatio accessoria est principalis obliga- tionis, sine qua non potest confi- sere textus est in §. fideiussores. Instit. de fideiussor. & l. fideiussor obligari. in prin. D. eodem titulo. sicque hanc rationem expressè po- nit I. C. in dicta l. quidam cum fi- lium. §. fina. ibi: *patri nò debet fideiussor, quia nec reus ei tenetur.* quam iam planissimè intelligis. Sed ego modò pro omnimoda huius dif- ficultatis resolutione valde dubi- to, & tu etiam dubitabis, quæ hu- manitas illa est, quam considerat I. C. ad hoc, quod fideiussor ille fi- lio maneat obligatus in l. si debi- tori. 47. §. fina. D. de fideiussor. quæ consonat cum dicta l. quidam cum filium. D. de verb. obligat.

16 Ita autem intelligo, licet docto- res non explicent. * quod quan- dò quilibet paterfamilias ita stipu- latur: quantam pecuniam Titio cre- didero, fide tua esse iubes? pecu- nia postea credita, vt fideiussio procedat, quæ conditionaliter ita inter

interponi potest antè obligatio- nem principalem contractam §. fideiussor. Instit. de fideiussor. non solum conditio crediti ad contra- ctus fideiussorij tēpus retrahi- tur; videturque purè ab initio in- terposita fideiussio ex regula di- ctæ l. potior. Sed & illud oportet intelligere, ipsam met crediti obli- gationem à principio videri con- stitutam per retractionem, nè videatur eo temporis intervallo, quòd à fideiussoris stipulatione ad mutuum ipsum intercessit, sine principali obligatione accessione qualis est fideiussio, constituisse cõ- tra regulam textus in dicta l. fidei- ussor obligari. in prin. D. de fi- deiussor. quāuis verè ipse reus prin- cipalis non nisi ex nunc obliga- tus sit, nempè ex quo tempore pe- cuniam recepit, vt iam dixi. Nec obstat, quod vt fideiussor possit in- tercedere, necessarium sit, alterum verè ciuilitèr quidem, vel natura- liter obligari. §. 1. Instit. de fideiuf- sio. quia cum pro illo antea acto tē- pore & inter medio antè imple- tam conditionem, non propria ac vera intercesserit fideiussoris obligatio, sed potius ficta ex retro- tractionis intellectu, nimirum- si vt fieri intelligatur, sufficiat quo- que principalem obligationem fingere, nec veram præsupponere Vnde quia in specie textus in dicta l. quidam cum filium. §. fina. ea ip- sius debiti obligationis retrahitio non sic possit intelligi fieri, vt videatur principalis reus ab ini- tio fideiussionis filio obligatus, quia iam statim necessario dicere- mus vtramque obligationem ad- quisitam fuisse patri ex regula di- ctæ l. filius fa. D. de verb. oblig. cū regula dictæ l. placet D. de acqui.

heredi. quod est absurdum admit- tere: fit, vt fideiussor recto iure nec patri, quia nullo tempore ei reus teneatur, nec filio quoque videatur obligatus: quia eo tempore, à quo intercessisse videtur, impleta scilicet & retrahitæ crediti cõdi- tione iuxta regulam dictæ l. po- tior. principalis obligatio non re- peritur: tamen quia illud mera quedam subtilitas est & inutilis, cum nullius effectus sit, vt à prin- cipio videatur fideiussor obliga- tus aut non, ea mera subtilitate re- pulsa iuxta textum in l. sicut. §. si debitori. D. quibus modis pig. sol- ui. solo humanitatis intuitu Pau- lus I. C. ait, in dicta l. si debitori. §. fina. D. de fideiussori. vt filio ob- noxius deiussor maneat. * quæ hu- manitas versari non potuit in l. si legati. D. de pigno. vt pignus ibi, fideiussor vè teneretur: quia vt e- go intelligo, & est elegans intelle- ctus illius legis aliàs difficilis, non filius ipse, sed pater contraxit, qui nullo modo filio acquirit. l. cum dos. D. de pactis dotali. etenim si filius ipse pignus, vel fideiussor accipisset suo contractu, mihi du- bium non foret, quin ei, postea le- gati conditione impleta, vtrumq; prodesset, vt in dicta l. quidam cum filium. §. fina. D. de verb. oblig. & di. l. si delitori. §. fina. D. de fidei- ussor. quorum trium iurium expla- natum habes verum sensum & intellectum exsupradictis.

Rursus Bartoli, & communi sen- tentiæ in dicta l. si filius familiæ. neutiquā * suffragatur textus in di- ctæ l. 1. & l. qui balneum. & l. po- tior. D. qui potiores. vbi cõditio, quæ in potestate debitoris est, nò retrahitur in alterius damnum, quin.

qui interim ante conditionis im-
 plementum idem pignus accepit
 set, singulari ea ratione, ne videat-
 tur debitor factio suo creditoris
 obligationem in aliquo diminue-
 re, quod non debet admitti. l. si
 seruus. §. nunc videamus. D. de
 verb. oblig. pro qua re considero
 text. expressum in l. 3. versic. quā
 quam. D. quibus modis pig. solui
 ubi apertum est, conditionem po-
 testatiuam, si displicuisset, retro-
 trahi, remq; inemptā fieri: cessante
 ergo ratione predictae. l. si seruū. nō
 minus potestatiuam conditio-
 nem retrorahi intelligo, quā
 ceteras casualem, & mixtam: &
 verē quidem ea retrorahitur in
 dicta. l. qui balneum. & l. potior
 quāuis ex ea retroractione dānū
 fieri non possit primo ex predicta
 ratione: quā putō verissimā relictis
 alijs, quas tradūt Doctores apud
 Anto. de Fano. in tract. de pigno.
 5. part. princip. 2. membro. num.
 10. Effectus erit maximus istius
 veritatis, quia si ab eo, qui ante
 conuenerat de pignore, postea si-
 mul & ab alio mutuas pecunias
 accipiat pignora, quamuis ille
 qui ante conuenerat, non prae-
 feratur ei tertio, qui post conuen-
 tionem ante pecuniam tamē nu-
 meratam pignus pūē accepisset,
 vt tradunt ea iura, preferendus sa-
 ne erit ei, qui simul cum eo pecu-
 niam dedit sub eodem pignore:
 idq; fiet propter conditionis re-
 trotractionem, cessante in hoc vl-
 timo creditore ratione illa, quam
 in illo medio creditore conside-
 rarunt Iurisconsulti in dicta. l. 1.
 & l. qui balneum. D. qui potio-
 res. quod est multum notabile,
 nec haberet locum retenta opi-
 nione Bartoli & cōmuni, de qua

in dicta l. si filius fa.

Ex prae habita resolutione con-
 sequitur, *quod si quis vendat fru-
 ctus futuros alicuius sui fundi, vel
 vinee certo pretio, cum venditio
 illa conditionalis sit. l. debitor. §.
 verissimile. D. de contrah. empt.
 & l. 11. tit. 5. part. 5. quia re ipsa il-
 la conditio inest, si nascantur, vt
 dicit. I. C. in l. interdū. D. de verb.
 oblig. & l. 1. in fine. D. de cond.
 & demo. vbi notant omnes: deci-
 ma non debetur, donec fructus
 nati sint, & tacita conditio im-
 pleatur: tamen quia natis fructi-
 bus perinde est & habetur vendi-
 tio, vt in prae teritum, cum con-
 tractum esset negotium, facta esse
 intelligatur per retroractionem
 conditionis, vt aperte probat tex.
 in l. nec emptio. in principi. & ibi
 explicat glossa. D. de cōtra. emp.
 ijs gabellarijs debetur, qui tem-
 pore conuentionis fuissent, non
 qui tempore natiuitatis fructuū
 & cōditionis implete. *Quāuis
 benē verum est, quod si quis ven-
 deret hoc anno fructus futuros
 anni sequentis in fraudem gabel-
 larij, qui in illo anno sequenti fu-
 turus est, & vt minori summa ga-
 bellae debito satisfaciat, nec vendi-
 tori, nec primo gabellario prode-
 rit. ea fraus, vt probat text. in l.
 104. quaterni gabe. cum. l. 12. tit.
 17. lib. 9. Recopil. quarum legum
 haec est, vt existimo, vera ratio &
 intellectus. iunctis ijs, quae dixi-
 mus supra cap. 3. num. 11.

21 Illa autem elegans, & vtilissima
 quaestio est: *intelligere, an in his,
 quae pōdere, numero, mensurae
 constant, pura inceptaue, an po-
 tius conditionalis venditio con-
 trahatur: longa enim differentia
 est inter eas tres venditionum spe-
 cies

cies: nā vt ex resolutis supra isto
 capite, & in cap. 3. satis apparet,
 si pura venditio esse intelliga-
 tur, statim debetur decima: si
 verō incepta & inchoata vendi-
 tio sit, donec pondus, numerus,
 mensurae fiat, nō statim, sed cū
 id euenerit, decimae oriatur obli-
 gatio, vt in venditione per scri-
 pturā diximus d. cap. 3. nu. 13.
 quod si conditionalem eam esse
 fateamur, donec pōderis, nume-
 ri, mensurae conditio implea-
 tur, decima non debetur: con-
 ditione autem impleta, eis gabel-
 larijs soluēda erit, qui tempore
 conuentionis fuissent ex prae ha-
 bita resolutione: vtilissima er-
 go est inspectio nostra in hac ma-
 teria quoad decimā. In qua re e-
 legantē habemus doctrinā Gaij
 I. C. in l. q. sapē. §. in his. D. de
 22 cōtra. emp. * & prae cipuo loco
 notandū est, qd Baldus in l. sicut.
 C. de actio. empti. quem sequi-
 tur ibi Paulus Castrensis, magnā
 differentiam cōstituit inter hāc
 speciem: vendo tibi vinum to-
 tum, quod est in ista vegete, aut
 isto dolio ad rationē decem so-
 lidorum pro qualibet amphora:
 & inter illam: vendo tibi decem
 amphoras vini ex tali vegete,
 aut ex hoc dolio (quod fortē ha-
 bebat & capiebat centum) ad ra-
 tionem decem solidorum pro
 qualibet amphora. Inquit enim
 Baldus, quod in hac secunda spe-
 cie venditio est ad mensuram,
 & antequam decem illae amphi-
 rae mensurentur, imperfecta ven-
 ditio est: quia ipsa materia seu
 res vendita sub forma mensurae
 est, non sub certo aut determina-
 to modo & corpore, donec me-
 suretur: cum in illo dolio, quod

habet centum amphoras, intelli-
 gi aut videri nequeat certū cor-
 pus decem amphorarum, qd ven-
 ditum sit: donec & antequā men-
 suratio & separatio fiat illarum
 decem amphorarum a reliquo
 vino dolij: sicque inquit Baldus,
 conditionaliter contractum vi-
 detur, nec statim venditio perfici-
 tur in ea specie. At in prima,
 vbi totum vinum ad mensuram
 venditur, nō proprie (inquit) ad
 mensuram, sed ad corpus ven-
 ditio est: cum totum vinum ap-
 pareat venditum. & quia mensu-
 ratio illa non venit ad substan-
 tiam & certificationem rei, sed
 ad declarationem pretij, vt vi-
 deamus ita, quod iustum pretiū
 erit & quantum pro toto vino,
 quod facile dignosci nō possiet,
 nisi cognita vini mensura & quā-
 titate. atqui ista pretij incertitu-
 do non obest, vt putat Baldus,
 quominus dicamus statim vendi-
 tionem perfici, quia cum certū
 sit natura ipsa, & arte Geometri-
 ca sciri possit, quot sint amphi-
 rae in eo dolio, & pretium ipsum
 eo modo certum quoq; est, pro-
 ut dicimus de cōditione, quae in
 prae teritū concipitur. §. cōditio-
 nes. Insti. de verb. oblig. magisq;
 ignoratur, quanti emptum sit to-
 tum vinū, quā in re veritate in-
 certū est, prout alias dicit tex. in
 l. haec venditio. §. huiusmodi. D.
 de cōt. emp. Ecce haec est hac de
 re Baldi sententia, cuius breues ra-
 tiones his ampliorib; verbis ex-
 plicuimus, nec quidē inutiliter:
 Etenim *doctissimus Couarr. in
 23 pract. quaestio. cap. 3. nu. 7. Baldi
 mentem in eo loco non perce-
 pit, existimans differentiam po-
 suisse Baldū inter eā speciem: ven-
 do

do tibi totum vinum huius do-
lij: & illam: vado tibi hoc doliū
vini. & ita ait se nō percipere eā
differentiam, cum vtroq; casu vē-
ditum sit totum vinū, q̄ est in do-
lio. & si id dixisset Baldus, q̄ ipse
putat, bene diceret Couarr. quia
certē ineptissima distinctio illa
esset, sed nō id voluit Bald⁹ vt ex-
plicui: sed potius q̄ differētia sit
inter vēditionē totius vini, quod
sit in doliō, ad rationē certi pre-
tij pro qualibet amphora: & ven-
ditionem partis vini illius doliij
ad idem pretiū: putā si venderen-
tur decem amphoræ ex doliō ha-
benti centum, vt iam diximus.

Sed contra Baldū rectē inelle-
ctum, & Paulū eius sequacē tenet
Saly. in ead. l. sicut. nu. 4. C. de a-
ctio. emp. * ea ratione, quia quā-
do totum vinū venditur ad cer-
tum pretiū pro qualibet mentu-
ra, licet (vt inquit Baldus) rerū na-
tura certum sit, quantū sit pretiū
totius vini: tamē alia ratione vi-
detur non ad speciē & corp⁹, sed
ad mensurā esse vēditionē con-
tractā, scilicet quia non est deter-
minatū pretiū, vt totius vini, sed
singulatim pro qualibet mēsurā,
& sic totū corpus dici nō potest
vēditum esse. quā quidē argumē-
tatio subtilis est, & satis elegans:
Gregori⁹ autē Lup. in. l. 24. verb.
op. fadas. ti. 5. par. 5. eos autores
refert, & tandē cogitandū relin-
quit: in id autē magis inclinat;
vt accedat Saly. sentētia contra
Baldum & Paulum, existimantis
nullam esse differentiā inter eas
species, sed vtrāq; vēditionem
ad mensuram, & sic conditiona-
liter esse contractam vt dicit Sa-
lycetus, pro quo esse ait tex in. l.
2. C. de peri. & commo. rei ven-

di. vbi vt dicat imperator totius
cuiusdam corporis, vini, aut olei
pura m fuisse vēditionem, addit
sine mensura fuisse contractam
& est tex. similis in. l. 25. titu. 5.
part. 5. & apertē ab ea Baldi sen-
tētia discedit Couarruias, licet
eam non bene intellexerit, vbi su-
prā num. 7.

Ego verō laudo Salyceti sen-
tentiam: & pessimē lapsos esse
Baldum, & Paulum existimo in
d. l. sicut. dum constituunt diffe-
rentiam inter eas vēditionum
species: & vltra iura per Grego-
riū suprā allegata, præcipuē mo-
ueor, quia locuti sunt cōtra tex.
expressum in dicta. l. quod sēpē:
§ in his. per totū. D. de contrah.
empt. quem si intellexeris, tota
hæc materia, & principalis quæ-
stio manebit explicata. * Inquit
ergo I. C. quod in his, quæ pōde-
re, numero, & mensura constant,
aliquando vbi de re & pretio cō-
uenerit, perfecta vēditio est, vt
generaliter tradit tex. in princi.
Instit. de emp. & vendit. & dixi-
mus suprā cap. 3. aliquando au-
tem secus est: nam si vinum, in-
quit, totum, vel oleum, vel fru-
mentum, vel ferrum, cera, vel id
genus, quantumcūq; esset, vno
pretio uenerit: putā, vado tibi
totum vinum hoc, vel oleum cē-
tum aureis: statim perfecta intel-
ligitur esse vēditio, idemq; in ea
iuris est, quod in cæterarum re-
rum & specierum vēditione,
quia scilicet vt species quædam,
vel aliquod aliud corpus ven-
ditur. Quod si vinum ita uē-
nerit retento eodem themate:
vado tibi vinum hoc quantum-
cūque erit in singulas ampho-
ras certo pretio, putā ad rationē
decem

decem solidorū pro qualibet am-
phora (idem de frumento, oleo,
& ferro) quæ est propria species
Baldi in. d. l. sicut. C. de actio. em-
pti. Gaius I. C. ait, quod Sabinus
& Calsius ruc perfici emptionē
existimant, cū ad numeratum, ad-
menium, ad pensum uē erit totū
vinū, oleum, frumētum, aut ferrū,
per singulas amphoras, metreras
modios, aut libras: quæ (inquiunt)
vēditio quasi sub hac conditio-
ne videtur fieri, vt in singulis am-
phoras, modios uē, quos quatuor
ad mensus ero, vel qui ad mēsurā
ti erunt, decē des: nam & per hoc
relatiuū conditio concipitur. l.
stichus, qui me⁹ erit. 6. de leg. 1.
ratio autem illius Cassij & Sabini
intelligentiæ est, quia (vt est eui-
dens) emptor, cū totum vinum
aut aliud genus acceptur⁹ sit ad
rationē, putā, decem solidorum
pro qualibet mensura, planē in
quamlibet mensuram, quæ in ea
re sit, decem se dare promittit.

Sed modō intrat argumentū
Baldi in. d. l. sicut. q̄ ea cōditio,
quæ in ea re sit, immorari vēditio-
nē non debet, cū in presens tēpus
concipiatur, & per rerum naturā
certa sit, licet apud nos incerta. §
conditiones. Instit. de verb. obli-
ga. ignorem uq; magis, quātum
vinum, quantum uē pretiū totius
sit, quā in rei veritate incertū il-
lud sit, quod non impedit vendi-
tionem perfici. l. hæc vēditio. §.
huiusmodi. D. de contrah. emp.
62 Tamen * argumentum istud faci-
le rejicies, Cassij & Sabini senten-
tiæ adhærens, cum Gaius I. C. in
dicto. §. in his. contra quos om-
nes apertē locutus est Baldus su-
prā, si subtiliter intelligas, hunc
fuisse illorum Iuriconsultorum

intellectum & mentem, vt dice-
rent in supradictis speciebus nō
statim perfici vēditionem, qua-
si sub conditione contractam:
quia licet verum sit, itā planē vi-
deri contrahi in singulas mensu-
ras, quæ scilicet sint in re vendi-
ta: nec ista conditio sufficiens
esset immorari vēditionem, pro-
ut acutē aduertebat Baldus in di-
cta. l. sicut. pro quo allego tex-
tum elegantem: in. l. si ita stipula-
tus. 120. D. de verb. obligat. tamē
quia illa conditio, quæ sint, non
nisi per factum mensuræ, ponde-
ris uē, aut numeri expediri & cer-
tificari possit: magis visa est Cas-
sio & Sabino vēditio contrahi
sub hac conditione facti: Quæ
mensuraueris, ad penderis uē: aut quæ
ad mensurata, ad pensaueris erunt: quæ
conditio planē vēditionem sū-
spendit, quā sub illa: quæ in acer-
uo doliouē sint: vt subtiliter quidē
sed non rectē intelligebat Bal-
dus in dicta. l. sicut. contra tex-
tum expressum in d. §. in his. ver-
fic. quod si vinum.

Vbi extendens tractatum I. C.
in versu. ergo & si grex. similem
adnectit quæstionem de grege
vendito, vt exemplum propone-
ret in his, quæ numero constant,
de quibus quoq; in principio pa-
ragraphi præsupposuerat: dicit-
que similiter, vt in reliquis vini
& olei speciebus dictum est, defi-
niendam esse. & expressissimē ait,
q̄ si totus & vniuersus grex vēda-
tur in singula corpora certo pre-
tio, imperfecta vēditio est, do-
nec adnumerentur. ita vt iam in-
euitabilis tex. sit in eo versu. ergo
& si grex. contra Baldi & Pauli
sententiā suprā relatam. Et quod
tota illa lex in dicto. §. in his.

vsque ad versiculum . Ergo & si
 grex locuta sit in casu , quo totū
 integrū corpus vini venditur ad
 mēsuram in singulas amphoras,
 & imperfectam conditionalēq;
 esse venditionem tradit, apertif-
 simē constat ex seq. vers. sed etsi
 ex doliario. vbi quasi rem nouā,
 & a se non decifā, addit I. C. quid
 dicendū sit, cū ex doliario pars vi-
 ni venierit, veluti metrete centū:
 & constare ait (quasi dicat minus
 dubium esse in hac specie, quā in
 precedētibus, cū aliquod totum
 corpus ad mensurā venit) vt dica-
 mus conditionalem venditionē
 esse, & antequā admetiatur, om-
 ne periculum ad vēditorem per-
 27 tinere. * Ratio autem dubitandi
 maior erat in ijs speciebus, de qui-
 bus locuti sunt Sabi. & Calsi^o in
 ver. quod si vinum. quā in hac
 vltima, de qua in vers. sed etsi ex
 doliario. propter ea quæ in eam
 sententiam Bal. nostrum impule-
 runt, vt inter eas species longam
 differentiā constitueret in. d. l. si
 cut. cū tamen nulla sit ex. d. l. in
 his. Illud igitur adnectit I. C. in
 d. versic. sed etsi ex doliario. q̄ si
 pars vini venierit, veluti metrete
 centū: imperfectam & conditio-
 nalē venditionē esse sine dubio
 dicendum est: idq; ita verum esse
 siue vnū sit pretiū pro omnib⁹
 constitutum, siue certum in sin-
 gulas mensuras: cuius rei ratio il-
 la est, vt existimo, quia sic se totū
 illud pretiū daturū emptor ait,
 si centum illæ metretæ sint & ad-
 mensurentur: quemadmodum, si
 in singulas metretas certum pre-
 tium daret, supra diximus. Ea ve-
 rō conditio intelligi non potest
 in prima illa specie, cū vendo ti-
 bi hoc totum vinum centum au-

reis: quia id planē q̄ p̄sens est,
 & quantūcūq; sit, vendo: ideoq;
 statim venditio perficitur, vt est
 tex. in. d. §. in his. vers. nā si om-
 ne. habet; ita (candide Lector)
 expunctū, & explanatū satis tra-
 ctatum I. C. in. d. l. q̄ s̄p̄c. §. in
 his. D. de contrah. empt & opti-
 ma, aperta q; iuris ratione repre-
 hensam sententiā Bal. & Pauli in
 d. l. sicut C. de actio. empti.

Illud autē in hac materia per-
 28 petuō notabis: * quod diximus
 de rebus mobilibus ad mensurā
 venditis circa tex. in. d. §. in his.
 dicendū & obseruandum quoq;
 fore in reb⁹ immobilibus ad mē-
 surā distractis ex tex. in. l. si in vē-
 ditione. §. 1. D. de peric. & com-
 rei ven. vbi id notat Bart. & tota
 cōmunis doctorū, teste Couar. in
 d. cap. 3. practic. quæst. nu. 7. ver.
 decimo ex his infertur. & nu. 10.

Effectus ergo huius nostræ di-
 sputationis ad. d. l. q̄ s̄p̄c. §. in
 29 his. D. de contrah. empt. * ille e-
 rit, vt intelligamus, ex quo tēpo-
 re decima deberi incipiat in que-
 stione à me proposita supra nu.
 21. itā vt quæri iuste possit, si quo
 tempore de vēditione conuenit
 ad mensuram, vnus gabellarius
 sit, alius autem cum appenditur,
 mensuraturū: an primo, vel se-
 cūdo decima debeat: cum eo-
 dem tempore perficiatur ven-
 ditio, quo mensura ponderū sit,
 vt supra resolui. Et planē videtur
 quod secundo debeat, sicut in
 venditione ad scripturā contra-
 cta diximus supra cap. 3. nu. 13.
 tamē ista resolutio ab ea pender,
 an scilicet à venditione contra-
 cta ad mensuram, numerum, pō-
 dusū, possit alter ex contrahēti-
 bus inuito altero iuste recedere,
 ante-

antequā conditio impleatur:
 & est verissimum non posse, quā
 omnino contracta venditio est, 30
 licet imperfecta, vt quelibet con-
 ditionalis sit, text. est in dicto. §.
 in his. vers. quasi sub hac condi-
 tione videtur fieri. & l. 1. ibi. *prius
 quā admetiatur vinum, propē quasi non
 dum venit.* D. de peri. & commo-
 rei vend. & iam diximus. atqui
 à conditionali venditione non
 posse quemquam recedere con-
 ditione pendente, plusquā mani-
 festum est, vt supra dixi in prin-
 cipio huius capituli numero. 3.
 Igitur cū hec proposita vēditio-
 nis species ad mēsurā, numerum
 ponderū, conditionalis sit iux-
 tā communem sententiam, vt
 tradit Menochius consil. 26. nu-
 me. 28. vol. 1. & Decius consil.
 179. nume. 1. vol. 1. atque ideo
 nemo possit altero inuito ab ea
 venditione recedere, vt resoluit
 Couarr. in pract. quæstio. dicto
 capit. 3. nume. 6. vt de qualibet a-
 lia conditionali venditione erit
 iudicandum: sic que fiet, vt cū
 impleta conditione mensuræ, nu-
 meri, ponderū, in præteritum
 videatur purē contracta vendi-
 tio, vt regulare est in omnibus
 contractibus conditionalibus, di-
 cta l. necessario. §. quod si sub cō-
 ditione. D. de peri. & commo: rei
 vend. & l. potior. D. de qui potio-
 res. cum iis, que latē superius dixi-
 mus: præcipuē in hac mensuræ
 conditione, quæ licet potestatiua
 est, potest tamen inuito altero im-
 pleri, argu. textus. in. l. hæc ven-
 ditio. ver. si igitur. D. de contrah.
 empt. & notat glossa in dicto. §.
 in his. verb. ad pensa. iuncta com-
 muni sublimitatione, de qua su-
 pra num. 12. magis est in nostra

specie, vt dicamus primō gabel-
 lario, non secundo deberi deci-
 mam: * quicquid ego ad hæc nō
 30 fatis aduertens aliud semel iudi-
 cauerim in loco quodam Domi-
 dicali, secundo gabellarum illius
 que loci dominō, ac successori
 attribuens decimam pretij cuius-
 dam vineæ, quæ in vita alterius
 domini prædecessoris vendita e-
 rat ad mensuram, & numerum, in
 singulas vites certo pretio con-
 uento: & postquam hic secundus
 dominus in dominio loci & ga-
 bellarum successerat, numeratæ
 probabantur vites illæ: & tamen,
 vt dico, & ex supra dictis constat,
 non nisi primo domino, & eius
 hæredibus decima illius vendi-
 tionis adiudicanda erat: nec me-
 piget mutare consilium Accur-
 sio laudante in prædicta. l. quod
 sep̄c. §. in his. verb. adnumerauc-
 ris. D. de contrah. empt.

Subsequenter in proposito hu-
 ius capituli & materiæ, vtilissima
 31 illa est, & elegans quæstio: * quid
 si tempore cōventionis inite cir-
 cā venditionem cōditionalem,
 laicus sit venditor legi gabella-
 riæ subiectus, qui postea tempo-
 re conditionis implere priuile-
 giatus & immunis reperiatur: an
 scilicet decimā debeat inspecto
 principio cōtractus, an nō debeat
 inspecto fine iuxta text. & nota.
 in. l. 3. §. si quis cum minore. vbi
 Bartolus & Doctores. D. de mi-
 noribus. & quæ in simili dixi-
 mus supra cap. 3. ex n. 23. Et profe-
 ctō resolutiō procedēdo, illud si-
 ne dubio est: quod si cōditio ven-
 ditioni adiecta casualis est, vel
 mixta, decimā ille debeat, quāuis
 tēpore implemēti immunis repe-
 riatur: quia cum ex causa necessa-

ria per conditionis implemētum, teneatur venditor stare venditioni, a qua interim non potuit recedere ex supra resolutis hoc eodē capite. num. 3. necessariō quoq; inspiciendum est principium, ex doctrina text. & communi in dicto. §. si quis cum minore. cuius principij tempore laicum fuisse supponimus, præsertim cum ea conditio retrahatur, sicut purè videatur cōtracta venditio à principio ex notatis supra & in. l. si filius familias. D. de verb. obligat. quam in hac materia notat & allegat Bartolus in dicta. l. 3. §. si quis cum minore. num. 1. versic. quæro de questione. ibi. aut consistit in alio euentu: Quod si cōditio illa venditioni adiecta potestatiua sit, in potestate ac voluntate venditoris posita, quod fieri potest iuxta notata supra hoc capit. num. 7. maior dubitatio est, quia licet verum sit, adhuc eam retrahi, prout contra Doctores supra explicui ex num. 13. negari nequit, quin finis & perfectio venditionis voluntariam consequentiam habeat ad suum principium, nempe conuentionem, cum si vellet venditor conditionem, quæ erat in sua potestate, non implere, nunquam venditio fuisset perfecta, nec decimæ obligatio nasceretur: ac proinde videtur cōsequi ex prædicta doctrina, quod si iste venditor, qui iam est immunis per cōsecutionem sacerdotij, vel alio modo, conditioni pareat, finē potiùs debeamus inspicere, quam principium, ad iudicandam suam personam. Sed adhuc contrarium puto: immo quod impletur per eum potestatiua conditio venditionis, decimam sit solu-

turus inspecto principio, ex ratione de qua supra in casuali, & mixta conditione: nec obstat doctrina text. in dicto. §. si quis cum minore. nam respondeo, quod licet conditio illa impleatur ex mera voluntate venditoris, id nihil obstat in hac specie: quia hic venditor non ex vi conditionis impletur, sed ex vi anterioris & præcedentis contractus per eum, cum esset laicus, celebrati, & per conditionis euentum purificati obligatur, & quidem necessariō ex anteriori causa, non voluntariē ex noua, argumento text. elegantissimi in l. 5. D. de conditio & demo. de qua vide Emanue. Costam lib. 2. s. l. l. cap. 3. Idemq; erit e contrariō, si tempore contractus immunis esset, & cum conditio impletur, tributarius reperitur, quod facillè posset contingere in eo, qui primam coronam & beneficium habens postea uxorem duxisset: etenim tempus contractus erit inspiciendum propter retractionem, ex doctrina Baldi de qua supra num. 10. in fine.

Sed certè prædicta resolutio, (& hoc valde nota) * limitanda est, quando venditio collata foret in conditionem intrinsecam, sic enim doctores vocant in. l. fina. vbi glos. D. de stipulat. seruo. veluti si ita laicus vendidisset fundum: vēdo tibi fundum si ad sacerdotij gradū ascendero: vel primæ tonsuræ cum esset, sic diceret: si tale beneficium curatum aut simplex adipiscar: etenim isto casu, licet venditionis conditio impleatur, & retrahatur ad tempus contractus, prout regulare est, ex dicta. l. si filius familias D. de verb. obligat. & notauimus supra hoc eodem capi-

capite, adhuc quidem nec primis, nec presentibus gabellariis quid quā debetur ratione decimæ: Ratio hæc est elegans & verissima, quia si gabellarius petit decimam ex ista venditione, cuius conditio impleta est eo tempore, quo venditor reperitur sacerdos aut beneficiatus, illud necessariō allegare debet, & in hoc fundatur, quod impleta conditio retrahitur ad tempus contractus, ita ut iam tunc impleta videatur ex regula dictæ. l. si filius familias. ac proinde decimam debere istum venditorem, qui eo contractus tempore erat vnus ex reliquis non priuilegiatis, & gabellariæ legi subiectis: at venditor id libenter fatebitur, sed admonebit gabellarium, quod respiciat conditionem, & inueniet talem esse, ut quocumq; tempore per retractionem fingatur impleta, appareat se clericum, aut beneficiatum esse. & hæc est ipsa veritas, quam confirmare volo aliquorum iurium auctoritate, quæ vbi rectè intellecta fuerint, rem istam patefacient.

33 Et primò allego textum: * qui sic debet intelligi in dicta. l. finali. D. de stipulat. seruo. vbi filius familias ita stipulatus est: si emancipatus fuero, aut aliàs mei iuris factus sim, decem dare spondes? & distinguit I. C. an dolo fecerit, nec ne: cum tamen generaliter doceat textus in dicta. l. si filius familias. D. de verb. obligat. quod filius stipulatur sub conditione, in quæcunque euentum pura facta stipulatione, patri acquiri: & glossa in dicta. l. fina. distinguit inter conditionem extrinsecam, & intrinsecam. Ego autem non fatiscio, quid sibi velint verba illius glossæ, nisi

hoc ipsum velint, quod modo dicam: cum ea tamen transit Bartolus nullam rationem differentie constituens ibi, & in dicta. l. si filius fa. in princip. Igitur, ego sic intelligo ea iura, quod regula dictæ. l. si filius. procedit ex eo, quod impleta conditio retrahitur ad tempus contractus stipulationis, quasi ea purè concepta esset conditione iam eo tempore impleta. l. potior. D. qui potiores. & quæ supra resoluimus: quo quidem tempore filius erat in potestate patris, vnde nimirum si patri intelligatur acquisita actio ex l. placet. D. de adq. hæred. & iam late supra diximus ex communi omnium doctorum sententia. istud autem omnino cessat in specie dictæ l. fina. D. de stipulat. seruo. prout ego considero, quia talis est illa conditio: *si emancipatus fuero*: ut ad quodcunque tempus retracta constituere non possit. filium in paterna potestate: quocumque enim tempore fingatur impleta, si quæque necessariō eo tempore filium stipulantem emancipatum esse, & sic extrâ patris potestatem, ut ei videri non possit acquisita stipulationis obligatio sicut regulariter in reliquis conditionibus fit ex supra resolutis. quemadmodum & de illa conditione diximus: *si ad sacerdotij gradum ascendero*, quod quocumque tempore fingatur impleta per retractionem, semper venditor reperitur sacerdos. Vnde iustissime distinguit I. C. in dicta. l. fina. D. de stipulat. seruo. an dolo filius familias stipulatus fuerit, an verò sine dolo, ut quia forte sub ea conditione, nec aliàs promiss-

Tor voluit spondere, qui filio, nō patri volebat consulere, vt in specie .l. cum quidam. D. de hered. institut. vt interim notes, eādem differentiam faciendam esse in prædicta venditionis specie, quæ de agimus: vt si, cum statim vel let laicus vendere, sub ea conditione sacerdotij vendidisset, sperans ita fraudare decimam, nihil ei profit argu. text. in dicta .l. fina. D. de stipula. seruatorum. quia fraus in hac materia (vt nec in alia) patrocinari non debet. l. 11. tit. 17. lib. 9. Recopilat. secus verò aliās, quando constaret, non aliter vendere voluisse, nisi in eum euentum, vt quia ei clerico non facta habitatio domus, & possessio fundi expediret: etenim deficiente dolo prædicta nostra resolutio locum habebit. Ideo autem, vt omnino explicem, prædicta doli distinctio facta nō est in seruo in dicta .l. fina. D. de stipulat. seruo. quia vt verè inquit glossa ibi, gestū in seruitute, seruo non prodest. l. 1. & l. promissæ. C. an seruus pro facto suo.

Item & secundo in eandem sententiam allego textū. difficilem, qui * sic debet intelligi in l. fina. C. de donatio. quæ sub. vbi mater filie familias donauit sub conditione, si emancipata foret: & postea impleta conditione, non est donata res acquisita patri, eidem q; marito donatricis: aliās enim si acquireretur, donatio à principio non valeret, cum videretur ab uxore facta marito, ex l. 3. §. verbum potestatis. D. de donati. inter virum. quod est contra regulam dictæ. l. si filius fa. cum supra notatis. D. de verb. oblig. Sed relictis aliis, quæ a doctoribus di-

cta sunt circa retrotractionem donini, quæ non probo: verissimam rationē esse intelligo, quæ fuisse diximus in dicta. l. fina. D. de stip. seruo. scilicet, quia ea conditio, si emancipata fuerit à patre, talis est, vt quocumque tempore fingatur & intelligatur impleta per retrotractionem, nunquam videbitur donatio facta filie in potestate patris existenti, sed quidem emancipata: cessatq; ita ratio dictæ. l. si filius familias. & dictæ. l. placet. cum adiunctis ex dicta. l. 3. §. verbum potestatis. D. de donatio. inter virum.

Cæterum in eandem sententiam non adducam breuitatis causa, quæ circa stipulationem hanc: cum * mortuus fueris, vel mortuus fuero, dabis: latissimè dixi in longa mea repetitione, quam habui, vt gradum licentiæ acciperē, ad l. scrupulosam. C. de contrah. & committ. stipulat. vbi dixi, nullam fuisse olim eiusmodi stipulationem, ea ratione, nē ab heredibus & contra hæredes actio inciperet, contra antiquam iuris regulam sublatam in tit. C. vt actiones ab hæredibus. nec ob stare, quod conditionalis stipulatio ad hæredes & contra hæredes transit, vt est textus. in. §. ex conditio nali. Instit. de verb. obligat. nam dicebam verissimè ex eo transire, quia impleta conditio retrotrahitur ad tempus contractus, sic vt viuo promissore aut stipulatore videretur impleta, & actio ex tunc nata, per regulam dictæ. l. si filius fami. D. de verb. oblig. vt expressè ait textus in præallegata. l. necessario. ver. quod si pēdente. el. 1. D. de per. & com. rei vend. quæ consideratio procedere non

re nō potest in ea conditione, cum mortuus fuero: vel cum mortuus fueris, quia ad quodcumque tempus retrotrahatur, & fingatur impleta, semper inuenies illum esse & fingi mortuum, ac proinde non euitari prohibitionem regulæ sublatae in dicto titu. C. vt actiones ab hered. ex quibus plurima iura intelligebam: sed non est hic locus, vt repetam, quia nolo suscepta materia egredi.

Summa capituli texti.

- 1 Exponitur textus in §. emptio. Instit. de emptio. & vendit.
- 2 Tripliciter potest venditio diem recipere, & qualiter.
- 3 Tota venditione, vel sola pretij solutione in diem certum collata, statim nascitur actio ad pretium, sed obstat exceptio.
- 4 Idem est ex die vel in diem vendere, aut promittere.
- 5 Taxatur Bartholomæi Philippi Lusitani intellectus ad. l. si ita scriptum. §. si sub. conditione. delegatis. 2.
- 6 Exponitur. l. 2. D. quando dies leg. ced.
- 7 Reprehenditur communis Bartoli interpretatio ad textum in dicto. §. si sub. conditione.
- 8 Laudatur doctor Emanuel Rodericus præceptor autoris, & eiusdem intellectus ad dictum. §. si sub. conditione. taxatur.
- 9 Traditur specialis natura legati damnationis.
- 10 Taxatur quidam intellectus ad textum in. l. si in annos singulos. D. de conditio. & demonstra.
- 11 Traditur verus intellectus ad dictum. §. si sub. conditione.

- 12 Venditione ita contracta, vt sola rei traditio in diem conferatur, statim nascitur, & pretij, & decimæ obligatio, ita vt vtrunque statim solui debeat.
- 13 Tota venditione, vel sola pretij solutione in diem certum collata, gabella peti non potest à gabellario, donec dies adiectus veniat ex Parladorij sententia, quæ multiplici ratione ab autore corroboratur.
- 14 Proponitur secunda ratio illius sententiæ.
- 15 Traditur tertia ratio, & diluitur.
- 16 Quarta ratio: & qualiter liceat carius vendere pecunia credita, quam præsentis.
- 17 Legis gabellaria potestas de ambulatoria est.
- 18 Quinta ratio.
- 19 Assignatur quedam limitatio illius sententiæ.
- 20 Alia limitatio proponitur.
- 21 Assignatur sexta ratio.
- 22 Refertur Parladorij limitatio ad. l. 3. titu. 19. lib. 9. Recopilat.
- 23 Traditur vera resolutio ad questionem. de qua supra num. 13. & plures rationes pro ea assignantur contra Parladorium.
- Satisfit sextæ rationi, prima, & secunda, de quibus supra nu. 21. & 13. & 14.
- 24 Generaliter practicanda est dicta. l. 31. Recopilat. siue venditio pura sit, siue in diem certum. & satisfit tertiæ & quintæ rationi, de quibus supra nu. 16. & 13.
- 25 Venditione in diem contracta, decimæ debetur is gabellarij, qui fuerint cū contractū est, non cum dies venerit.
- 26 Propter necessitatem Regis, potest gabella ante tempus exigi.
- 27 Declaratur. l. 10. in fine. titu. 17. lib. 9. Recopilat.
- 28 An venditor cedendo actiones gabellario contra emptorem vsq; ad quædam statem decimæ, liberetur.

Venditione in diem
certum contracta, an
statim decima pe
ti possit.

CAPVT. VI.



Diximus de venditione pura & conditionali: nunc de illa videamus, quae in diem certum contracta erit. * nam licet tex. in. §. emptio. Inst. de emp. & vend. isti modi venditionem non referat, sed tam sub conditione, quam pure contrahi posse dicat: dubium non est, quin & diem quoque possit recipere, sicut ceteri contractus, iuxta notata in. l. obligationum ferè. D. de actio. & obligatio. & quae late resoluit Anton. Gometius. 2. tomo. variarum resolutionum. cap. 11. intellige autem me agere in hac quaestione de illo die, qui initium praebet emptioni & venditioni, ut quia in diem aliquem certum differatur: non autem de eo, qui adijcitur in hoc, ut eo veniente emptio & venditio finiatur, ut quia vsque ad diem aliquem certum contrahatur, iuxta notata in. l. fina. cum glo. ibi, verb. & contractus. C. de legatis. Hac enim verè pura venditio est, quamuis die finitur, & statim proculdubio gabella debetur, de qua diximus supra. in

praefatione in scholio ad. l. i. titu. 17. lib. 9. Recopilat. in illa verò, quae in diem differtur, non leuis dubitatio est, quando decima Regalis peti queat: & haec est quaestio nostra, de qua principaliter agimus.

Ad cuius perfectam resolutionem praemittendum est, quod
2 venditio * potest diem dilatorium tripliciter recipere: Primò, cum totus venditionis contractus in diem confertur, & ex nulla parte purus est: veluti si ita dixerò, vendo tibi hanc rem in diem proximum Diui Ioannis centum aureis: & tu dicas, eam rem exque eo die, & eo pretio emptam habeo: quo casu id volumus, ut quamuis statim contracta venditio maneat, ego non cogar ante illum diem rem venditam dare, nec tu ad pretium tenearis. Secundò, cum venditio ipsa pure contrahitur, sola autem pretij solutio in diem confertur, ut quia eius fides à venditore vsque in eum diem habeatur iuxta textum in. §. vendita. Institui. de rerum diuisione. & l. procuratoris. §. penult. D. de tributo. & l. 46. titu. 28. part. 3. quo casu statim ad rem ipsam agi potest, non autem ad pretium, donec dies veniat, quia obstat exceptio, ut statim explicabo. Terriò, cum sola rei traditio differtur, veluti si ita pure vendam, ut non teneam rem venditam dare, donec moriar, vel nisi ex tali die certo: quod rectè fieri; & in pactum deduci posse resoluit Tiraquellus de retractu ligna. §. 1. glof. 10. nume. 118. & eo casu statim debetur pretium, & per venditorem peti potest, non ex-

pe-

peccato die traditionis rei venditae, quia in totum, praeterquam in rei traditione, purus est contractus, ut bene notat Tiraquel. in dicto loco. num. 119.

Præterea notandum est, quod in hac tertia venditionis specie pretium conuentum statim peti potest, & solui debet, ex ratione tradita per Tiraqu. vbi supra: 3 at* in primis duobus casibus venditionum, nempe cum vel tota venditio, vel sola pretij solutio in diem certum confertur, licet pretium statim debeatur, eo quod dies non est modus inducenda, aut tollenda obligationis, iuxta notata in dicta. l. obligationum ferè. D. de actio. & obligat. sicut conditio, cuius natura est actum suspendere, donec ipsa impleatur, ut in superiore capite late diximus, & est text. in. l. quaesitum. & l. legata. D. de condit. & dem. ante diem quidem peti non potest exceptione obstat: etenim cessit dies, sed non venit, ut tradit tex. & ibi notatur in. l. cedere diem. D. de verb. signif. & resoluit late Anton. Gometius vbi supra num. 21.

Quod est verum, siue quis in 4 diem vendat, siue ex die: * nulla enim vtriusque locutionis differentia est, quando in vtraque id volumus, ut in diem certum contractus executio differatur: etenim passim dicitur ex die promittere, qui die certa dare promisit, ut est tex. in. d. l. obligationum ferè. in prin. & l. sufficit. D. de condit. in deb. ut bene explicat Costa lib. 1. sellect. interp. cap. 20. quicquid inter eas loquendi species magnum discrimen constituat Ripa in. l. ita stipulatus. nu. 84.

versi. tertio. D. de verb. obligat. vbi putat, quod legatum ex die, quasi conditionale est, & ante eius diei aduentum actio & obligatio non nascitur, per tex. in. l. 2. D. quando dies legati cedat. & videtur probare tex. in. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. deleg. 2. vbi dicit I. C. quod legatum ex die certo, ante diem ad nos non pertinet, nec repudiari potest, quemadmodum relictum sub conditione. * quem tex. ita interpretatur Bartho. Philippus Lusitanus in libello quodam fictionum. cap. 14. lirera. M. scilicet quando ex die legatum est: quod differre ait à legato in diem, de quo loquitur tex. in. d. l. cedere diem. & tota materia. D. de verb. signif. sed id falsum est, ut dixi, & rectè explicat Costa vbi supra.

6 Nec * obstat tex. in. d. l. 2. D. quando dies legati cedat. quae ex alio procedit, nempe quod legata est res talis, cuius obligatio ad heredes non transit, scilicet ususfructus, qui cum persona finitur. §. fin. Instit. de usufructu. & haec est vera & communis interpretatio, ut refert Gometius vbi supra nu. 21. versi. secundò limita.

Non etiam obstat tex. difficilior in. d. l. si ita scriptum. §. si sub 7 conditione. * quia ut Barto. cum communi doctorum sententia existimat, quae refert & sequitur Costa d. lib. 1. sellect. interpret. cap. 20. legatum in diem certum ad nos non pertinet, donec dies veniat propter paratam exceptionem, quam haeres habet. argu. tex. in. l. si dari stipuler. D. de verb. obligat. sed aduertere, quod ista interpretatio merito quibusdam non placuit, quia ille tex. in. d. l. si dari. & alij simi-

similes intelliguntur in exceptione perpetua, iuxta. l. si non fortem. §. indebitum. D. de cōdict. indeb. licet enim tutus exceptio ne perpetua, iure pretorio nō debet. l. creditori. C. de pactis. & l. 3. D. de constit. pecu. rectē tamē dicitur utroq; iure civili & pretorio debere ille, qui in diē certum obligatus est, prout aperte constat ex dicta. l. 3. versi. fin. D. de constit. pecu.

8 Vnde* aliter doctor Emanuel Alfonsus Rodericus Lusitanus, præceptor quidē meus doctissim⁹ intelligebat eū tex. in speciali dānationis legato,* cuius dies non cedit, nisi agnitum sit, ut notat Iaco. Cuiaci⁹ ad Paulū lib. 3. senten. tit. de legatis. inde dicebat, q̄ cum legatarius ante diem agnoscere non posset legatū p̄pter non præsentem voluntatē defuncti, non deferebatur ei, nec debebatur ante diem. Sed adverte, q̄ iuxta hanc sententiam, nec post diem deberetur legatum illud, si agnitū nō esset: quod est contra tex. in d. §. si sub cōditione. ibi. *nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat.* quasi innuat tex. q̄ veniente die, absq; vllō alio facto ad nos pertinebit. * atque in eūdem sensum intelligebat tex. in l. si in annos singulos. ibi. *novissimo die debetur.* D. de cond. & demon. sed in ea quoq; lege adverte, quod si l. c. loqueretur in ea specie legati per damnationē relicti, fieret, ut nec novissimo quidem diē deberetur, sed cum esset agnitum.

11 Itaq; meli⁹ intellige eum tex. in d. §. si sub cōditione. prout ego eum intellexi, cū adhuc sub præceptore eūdem in scholis an-

no Domini. 1571. & quidē valde puer: & adeo placuit is intellectus prædicto doctori Emanuelli Rodericio, & Doctori Hectori Rodericio eius patri doctissimo, & in Salmanticensi Academia primario regenti, quod in posterū quotiescunq; erat occasio, sic mecum eum tex. intelligebant, & honoris gratia discipulū allegabāt in cathedra: intelligo ergo, quod tex. in d. §. si sub cōditione. non ponit duas legati species, conditionalis, & in diē certū, prout hucusq; omnes putauerunt, sed vnius tantū legati sub cōditione vel in diē certū relicti alternatiuē: veluti, *lego tibi centū si navis ex Asia venerit, vel ex die diui Ioannis:* qua in specie verum est, quod antequā dies veniat, vel cōditio existat, nulla nascitur actio & obligatio ad p̄secutionem legati: quia licet certi sumus, debitū iri legatum si viuat legatarius, tamē sumus incerti, ex qua causā debeatur, debendumē sit: Etenim si ante diem existat cōditio, tanquam implera cōditione legatum debetur, nec dies expectabitur: quod si dies ante cōditionem venerit, tanquā die veniente peti poterit, cōditionis euentu nō expectato, argu. tex. in l. si ita quis. 63. D. de verb. obligat. quia non utraq; causā, scilicet diē & cōditionis inhæret legato (vt in casu de quo agit Anto. Gometius 2. tonio. varia cap. 11. num. 33. vbi loquitur de obligatione, quæ diem & cōditionem simul continet, veluti: promitto aut lego tibi centum ex die Diui Ioannis, si navis ex Asia venerit, quo casu utrunq; expectandum est) sed alter-

alterutra causa inest. l. cum que rebatur. D. iudicatum solui. ex quo fit, quod cum ante quā dies venit, vel cōditio existat, incerta sit obligationis causa, legatario interim mortuo ad hæres eius non transibit legatum, argu. text. in l. huiusmodi. D. quando dies legati cedat. & l. Iulian⁹. D. de cōdict. indeb. & l. necessari⁹. §. si ita. D. de peri. & com. rei. secundū verum intellectum glossæ ibi: & fortassis alibi dicens: multa enim habeo, & quidem subtilia circa text. in dicto. §. si sub cōditione. sed quia non admodū e re est illa tractare in hac materia, consulto prætermitto.

His ergo prænotatis apte succedit questio nostra difficilis, an in prædictis venditionum speciebus statim cū contractū est, Regalis decima peti queat: * & quidē in illa vltima v̄ditione, scilicet et cum sola rei v̄ditæ traditio in diem differatur, dubium non est, quin statim gabella solui debeat: quia cum eo casu pura v̄ditio sit, & statim pretium debeatur & peti possit sine ulla exceptione, vt supra explicuimus nu. 2. nulla ratio est, cur nō & gabella, quæ ex ipso pretio, & non ex re vendita soluenda est, statim debeatur, & solui debeat, prout expressē tradit Batto. in l. sancimus viris. & ibi Io. de Platea circa medium. C. de Consulibus. lib. 12. vbi aiunt, quod eo casu tēpus cōtractus inspicere debet, quia & statim, & gabellarijs illius temporis gabella soluenda est, non expectato tempore traditionis vel vendite, prout iudicatum esse ait Iosephus Ludouicus in decisione Perusina. 114. *Ab in illis duobus casibus vendi-*

tionū, * nēpē quando v̄ditio tota, vel sola pretij solutio in diem certum differatur: nō leuis dubitatio est, an pretiū & gabella sic pari passu ambulent, vt sicut pretiū antē diē peti non potest exceptione obstatura, vt supra explicuimus nu. 3. ita quoque nec Regalis decima antē eum diē debeatur, aut peti queat, si quidem ex pretio soluenda est, iuxta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. atqui Alex. de Imola. in l. in lege falcidia nō habetur. nu. 2. D. ad legem falcid. expressē ait, quod si statuto caueatur, vt ex cōtractu soluat gabella: eo tēpore solui debet, quo cū effectu ex tali contractu agi potest, nō antequam sententiam refert & sequitur Io. Parladorius mouens questionem in proprijs terminis nostræ decime, libro rerū quotidiana. cap. 3. §. 7. nu. 48. allegans Rodericū Xuarez in tit. de las arras. §. ex quibus. nu. 9. & expressē volēs, quod venditione in diem contracta expectandus est dies a gabellario, nec ad decimā possit agere, prius quā venditor præsentem actionē habeat ad pretium die veniente. Quæ opinio & sententiā multiplici ratione corroborari potest: Prima, quia cum dicta. l. 1. Recopilat. expressim disponat, quod venditor soluat ratione gabellæ, vnū ex singulis maravedinis, quæ in pretio v̄ditionis fuerint, vt supra in eius scholio explicuimus: magis videtur, vt decima exigatur eo tēpore, quo cū effectu ad pretium agi potest, ar. l. pœnales. §. annua. D. ad leg. fal. vbi falcidia detrahatur in terminis ipsius legati, vt notat Alex. vbi supra.

Secūda ratio, quæ allegari potest: pro prædicta sententiā talis est: *L* quod

14 quod * cum decima soluenda sit de nummis pretij, necessarium videtur legem uelle, ut prius nummi & pretium ad venditorem perueniant, iuxta text. in l. item ueniunt. §. ait senatus. ver. bonæ fidei. D. de peti. hered. & argu. text. in l. si verò remunerandi. §. fina. D. mādari. & l. insulam. §. fina. D. locati. vbi si aedificium faciendum eonducam, quamuis de solutione mercedis nihil conuenerit, possum a principio pecuniam ad impedia petere: ergo cum lex dicat, quod venditor soluat decimam pretij, aperte videtur supponere, ut prius venditor pretium vel saltem actionem habeat; & facit, quod scripsit Paulus de Castro in l. huiusmodi. num. 3. in fine. de lega. D. vbi ait, quod cum alicui legatar centum, si ex ijs quinquaginta alij det, non videatur sub conditione, sed sub modo legari, quia non nisi accepto legato posset impleri conditio: vnde recte existimat, testatoris voluntatem fuisse, ut prius legatarius centum accipiat, quam ipse ad quinquaginta illi tertio soluenda teneatur: & eadem ratione in proposito nostræ questionis videtur arguendum, quod cum ex pretio venditionis hac decima solui debeat, necesse est, ut prius venditor pretium habeat.

15 Est & tertia ratio, * quia si aliter obseruati patiamur, maximam iniquitatem admitteremus, ut arguam iuxta verba l. C. in l. ita vulneratus. ver. quod si quis. D. ad legem Aquil. & ea erit iniquitas, quod si rem magni pretij ob necessitatem pecuniæ vendam, nec possim ita vendere, ut presentem pecuniam habeam, sed in diem certum, & per

aliquas solutiones pensiones uel, ut solet: si statim ego cogar decimam pretij conuenti nec mihi soluti, gabellario soluere, fiet, ut ad hanc solutionem opus habeam, alteram rei alterius venditionem facere presenti pecunia in maximum meum incommodum a Christiano Rege non ferendum, alteram quoque gabellam soluturus ex venditione secunda: quod erit, ut videtur iniquissimum pati, ex l. si seruus. ver. alioqui. D. depignorat. actio. vel in hoc maxime reclamante ratione illa contra tributum istud considerata per Do. Soto lib. 3. de iust. & iure. quest. 6. art. 7. pa. 267. in fi. sed certe nimium specialis est iste casus, ut ex eo generaliter arguatur: nam leges ad ea, que frequentius accidunt, adaptari solent, l. nam ad ea. D. de legibus.

16 Rursum facit & quarta ratio, * que videtur nimis stringere, & talis est: quia ut plurimum propter pretij dilationis beneficium carius vendimus: quod euenit, iuste que fieri potest absque usurae meru, cum vel iustum pretium rei non exceditur, ex notatis per F. Antonium Cordubensem in suo questionario. questio. 84. vel fundus qui fructus ferat, locariue soleat, dilatione ad pretium data venditur, usque statim traditur, iuxta text. in §. venditæ. Instit. de rerum diuis. quo casu licet cariore pretio ueneat, quam vendi posset presenti pecunia, nulla usura, sed rei persecutio est, propter rei venditæ fructus, qui interim percipi possunt, prout eleganter adnotat Caro. Molinæus de usuris. questio. 74. nu. 492. & plures autores de hac re tractantes: allegat Pinellus in l. 2. 3. parte. capitu. fina. nume.

num. 34. C. de resc. vendit. & vide loā. Gutier. de iura. confirmatorio. 1. parte. cap. 2. n. 6. & Do. Soto lib. 6. de iust. & iur. quest. 4. art. 1. ergo cum hoc modo dilationis gaudeat gabellarius seu fiseus, ex qua prouenit, ut propter pretij incrementum maiorem gabellam recipiat, & illud quoque in commodum pati debet, ut dilationem diemque solutionis expectet l. secundum naturam. 10. de regulis iur. & reg. qui sentit onus. eod. tit. lib. 6. Nec culpate poterit fiscus aut gabellarius venditorem, quod diem adiecerit venditioni, si quidem ex eo facto fiscus ipse lucrum sentit crescente gabella, argum. tex. in l. cum in fundo. §. q. si mulier. D. de iure dot. ibi. *imputar inon potest, ex quo ipsa lucrum habet.* de quo agit Bart. in l. Vrani. nu. 8. D. de fideiussor. & liberum vnicuique est, prout voluerit, verè contrahere & vendere, dummodo nullam fraudem in fiscum committat, ut diximus supra cap. 2. nu. 37.

17 quia * lex gabellaria non cogit sic, vel sic vendere: quin immo eius potestas ambulatoria est, ut potè que ex libera contrahentiū venditione & permutatione profiscitur, ut alias dixit l. C. in l. erit ergo. D. de fundo dotali.

Item pro eadem sententia est

18 quinta ratio: * nam lex non vult solui gabellæ nomine plusquam decimam pretij, ut constat ex dicta l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. sed sic est, quod dies adiectus solutioni, pretium diminuit, ut probat text. in l. 1. §. editiones. D. de edendo. l. fundi partem. D. de contra. emp. & §. plus autem. Instit. de actio. & resoluit latissime Tiraque de terra. ligna. §. 1. glo. 18. ex

num. 34. ergo necesse est, quod dies adiectus venditioni, & gabellæ quoque, obligationi tacite insit, aut interusurium medij temporis deducatur, iuxta notata per Bartolum & doctores in l. in lege falcidia non habetur. D. ad legem. Falci. quorum meminit Rode. Xuarez in l. fori de las arras. nu. 9. alias enim, si statim venditor integram decimam pretij conuenti re presentare teneatur, fiet apertissime plus soluere, quam sit decima pars pretij venditionis, contra mentem & verba predictæ legis regie, prout in questione simili eleganter resoluit Caro. Molinæus in consuet. Paris. 2. parte. tit. 2. §. 55. glof. 1. num. 40. cum sequentibus quod ipse dupliciter rectè limitat: Primo quidem in nu. 44. * nisi fraus fiat, & dilatio ad soluendum pretium simuletur, nam tunc, quod verè actum erit, obseruabitur, iuxta Ru. C. plus valere quod agitur. & iuxta l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. vbi cauetur, ut fraudibus in hac materia locus non fiat. Secundo in nu. 46. * nisi ex alia causa extrinseca concesserit venditor dilationem pretij, præter eam quam supra considerauimus in ratione quarta, nempe ut eo pretio venderet quo vendidit, vel quia aliter emptorè non inuenit: sed alia potius ratione, ut dixi: veluti si postquam purè vendidisset certo pretio statim soluendo, fidem de eo habuerit emptori, ut gratiam ei faceret: nam isto casu, cum pura obligatio decimæ adquisita sit gabellario, in eius damnum venditor pacisci non poterit ex regulis id quod nostrum. de Regu. iuris & notatis per Bartolum, & Doct. in l. ab emptione. D. de pactis.

Ultimò pro eadem sententia
 21 est sexta ratio: *quia gabella vide-
 tur onus iniunctum pretio ven-
 ditionis, siquidem ex illo soluen-
 da est, vt constat ex dicta. l. 1. Rec-
 copil. atq; ideò regulāda videtur
 eadem mensura temporis, quā
 ipsum pretium, argu. text. in. l.
 nec semel. §. si in habitatione. D.
 quando dies legati cedat. vt cūm
 gabellarius se fundet in venditio-
 nis contractu, necesse habeat se-
 qui limites ipsius venditionis,
 nec possit eos anticipare, vt
 aliās inquit Caro Molinæus in
 consuet. Paris. 1. parte. titu. 1.
 §. 13. glossa 3. nume. fina.

Ex quibus omnibus mirificè
 comprobari videtur prædicta
 Parladorij sententia, de qua su-
 præ in nume. 13. cum qua ipse
 securè transit in dicto loco, exi-
 22 stumans * secundum eam limi-
 randam, & intelligendam esse
 se decisionem textus in l. 3. tit.
 19. lib. 9. Recopilatio. quæ post
 venditionem contractam quin-
 quedies vestigali soluēdo præscri-
 bit, vt latius dicemus infra cap. 18
 nempe vt intelligatur, nisi modò
 habita fide de pretio venditio fa-
 cta sit: tūc enim putat, non solum
 quintum diem expectandum, sed
 & eum, qui pretij solutioni ex cō-
 uentione partium adiectus sit,
 iuxta superius tradita.

Ego verò quamuis tot rationi-
 bus, & fundamentis prædictam sen-
 tentiam firmauerim, vt cum ea in
 disputando transire sim solitus,
 23 fateri * non desinam, quod cūm
 semel casus iste incidisset in litē,
 & iudices recusati assessor sine so-
 cius nominaret, ac definitiua sen-
 tentia inter partes eum vellent
 decidere, hæc mihi in cōtrariam

partē occurrerunt: primū, quod
 dicta. l. 3. 1. Recopilat. dūm iubet
 statim decimam solui post quin-
 que dies a tempore venditionis
 contractæ computandos, nulladi-
 stinctione vitur, an venditio pu-
 ra sit, vel diem habeat: ergo nec
 nos distinguere debem⁹. l. 1. §. ge-
 neraliter. D. de lega. præstā. & l. 3.
 D. de officio præsidis. cū notatis.

Secundum, quod licet, qui sub
 conditione promittit aut ven-
 dit, non propriè dici potest ven-
 ditor aut debitor, ea ratione, quia
 interim conditione pendente
 nō est omnino contractus perfe-
 ctus, vt supra explicuimus cap. 5.
 & notatur in. l. sub cōditione D.
 de condi. indeb. tamen qui in
 diē certum aliquid promittit aut
 vedit, verus est veditor. & debitor
 vt probat tex. in. l. in diē. vbi glo.
 & Doctores notant. D. de condi-
 ctio. indeb. atq; ita verificantur
 in eo verba prædictæ. l. 1. tit. 17. li.
 6. Recopilat. ibi: *que los vendedo-
 res.* Si ergò statim veditor est, quā-
 uis in diē vedit, necessarium sit, vt
 statim Regali decimæ obligetur.

Tertium quod quāuis Regalis
 decima iuxta pretij cōuenti quā-
 titatē solui debeat, vt probat dicta
 l. 1. Recop. ibi. *de todo el precio porq̄
 vendieren.* tamē nō est, nec dici po-
 test onus adiūctum ipsi pretio, ita
 quod ipsū sequi debeat, & ipsius
 ratione debeatur: aliās enim, nisi
 pretium ad venditorē perueniret
 decimæ locus non fieret, quod est
 falsum: quia cū semel veditum est,
 gabella debetur, quicquid de pre-
 tio postea fiat, siue inquam exiga-
 tur, nec ne, vt constat ex late tra-
 ditis supra. capit. 3. & capit. 4. &
 infra cap. 14. per totam. & quoti-
 diana praxis ostendit: atque ita
 cessat

cessat sexta illa ratio pro contra-
 ria sententia superius considera-
 ta nu. 21. sed potius est onus con-
 secutiuum contractus venditio-
 nis & permutationis, vt aliās di-
 xit Baldus in. l. 1. nu. 4. C. de con-
 trah. empt. & diximus supra dicto
 cap. 3. num. 3. & cap. 4. nu. 8. & a-
 libi sæpè: etenim propter ipsam
 venditionem aut permutationē
 soluitur, vt diximus supra cap. 3.
 num. 3. ac propterea curandum
 non est, an res tradita sit, vel pre-
 tium solutum, vt illa peti queat,
 prout explicuimus in eodem ca-
 pit. 3. in. principi. & num. 8. ergo si
 de solutione pretij non est curan-
 dum, nec de die illi adiecto cura-
 re debemus, vt apertè cessent duæ
 illæ rationes superius adductæ
 num. 13. & 14. quibus prior illa
 sententia corroborata est cum ijs
 quæ supra diximus in Scholio ad
 dictā. l. 1. verbo. totius. in præfa-
 tione.

Quartum quod occurrit, est au-
 thoritas Petri Auendaniij docto-
 ris peritissimi, qui in respō. 29.
 vers. fiscus. cum sequenti. intrep-
 dè ait, quod quamuis fides de pre-
 tio habeatur in venditione, sta-
 tim deberur, ac peti potest nostra
 gabella: quicquid pro se malè al-
 leger notata in. l. ab emptione.
 D. de pactis. etenim quæ ibi Bar-
 tolus & doctores notant, ad hoc
 sunt, vt gabella semel fisco debi-
 ta, ex contrahētium pacto postea
 celebrato non perdatur, iuxta ea,
 quæ dicemus infra cap. 14. nu. 7.
 vel etiam non differatur, iuxta ea
 quæ cum Carolò Molinæo supra
 diximus hoc eodem capite num.
 20. at nostra quæstio versatur in
 hoc, an fiscus teneatur sequi & ex-
 pectare terminos; quibus vendi-

tio ipsa non ex post facto, sed à
 principio contracta fuerit, ex su-
 præ resolutis.

24 Quibus omnibus ex vtraq; par-
 te attentè perpensis, & considera-
 tis, * durum mihi fuit in praxi re-
 cedere à verbis prædictæ. l. 3. tit.
 19. lib. 9. Recopilat. quæ generali-
 ter iubet, vt statim intra quinque
 dies post venditionem contractā
 gabella solvatur: & ideò pro hac
 vltimā parte iudicandum purauit.
 Etenim Parladorij limitatio ad
 eam legem nimis licentiosa est,
 & non secura, immò falsa, vt ex
 prædictis apparet: ac mirum est,
 quān leui ipse fuerit fundamen-
 to commotus, vt generalem legē
 restringeret, prout ex eius scriptis
 constat. Nec obstiterunt mihi re-
 liquæ illæ duæ rationes, quæ pro
 Parladorij sententia arctius vide-
 bantur stringere, de quibus supra
 num. 16. & nu. 18. quia regulari-
 ter illicitū est propter tempus ca-
 riorē pretio vendere, quā præ-
 senti pecunia venderetur, vt iam
 diximus dicto nu. 16. nec licebit
 venditori, turpitudinem suam cō-
 tra gabellarium allegare. l. merca-
 lem. C. de condi. ob turp. cau.
 de qua re dicemus infra cap. 14.
 num. fina. Et quod dicitur, diem
 adiectum solutioni pretium di-
 minuere, vt diximus supra dicto
 num. 18. verum est, quoad com-
 modum pretij, cuius utilitas ex ea
 dici & temporis adiectione dimi-
 nuitur: non verò quoad quantita-
 tem ipsiusmet pretij, eadem quip-
 pè est, siue præsens sit, siue differa-
 tur, vt patet: at in hac materia so-
 lum inspicimus, quantum pretiū
 in venditione deducatur, non cu-
 ius utilitatis sit venditori, vt dice-
 mus infra cap. 16. per totum.

25 Duo verò circa hanc sententiam notanda sunt: * primum, quod siue hanc (prout constanter sequor) siue illam sequendam putarem, gabella ista omninò solvenda est ijs gabellarijs, qui tempore contractus fuerint, non autè illis, qui fuissent eo die solutioni adiecto, prout videtur velle textus expressus in l. 12. in fi. tit. 17. lib. 9. Recopil. & tradit Io. Platea. in l. sancimus. C. de consulibus. lib. 12. relatus per Tiraq. de retractu ligna. §. 1. glo. 10. num. 119.

26 Secundum, * quod si necessitas aliqua imminet reipublicæ, Regi, vel domino, propter bellum vel ex alia causa, rectè poterit ante diem gabella exigi, ut resoluit Auilefius in cap. 2. Preter. glo. de mercaduria. nu. 15. sed ille quidem non loquitur in nostra specie & questione, sed in terminis. l. 1. in quat. gabell. nēpè quando quis cōduxisset gabellas pro certa pecunia & mercede in certis terminis soluenda, ut quotidie faciūt isti gabellarij: vel quando totum Regnum, aut aliqua ciuitas, vel locus gabellas sui territorij conducit pro certa summa, *encabeçar se*. vulgò dicimur: tunc enim, quāuis pensio conuēta non nisi certis ac designatis terminis solui debeat, iuxta d. l. 1. in quat. gabell. adhuc tamē si necessitas imminet, antea peti poterit medijs temporis interuallis gabellarijs dimisso.

Iraq; cum proculdubiò verissima sit prædicta Auend. sententia: quæ habet, etiā si fides de pretio habeatur à principio venditionis, statim pretij conuēti gabellam debent: * eleganter inferrur aperta declaratio, & ratio decidendi ad textum in d. l. 10. in fine. tit. 17. lib. 10.

9. Recopilat. vbi eū Tabellio recusaret copiam venditionis gabellario edere, propterea quod pretium solutum non esset venditori, quasi eo casu præmatura videatur gabellarij petitio: contrarium deciditur in ea lege, ea iusta ratione, quia cum verum sit dicere, statim contractam esse venditionem, statim locum habet lex gabellaria, nec ulterius de pretij solutione curare debemus, ut supra explicuimus cap. 3. nu. 5. siue quidem ex mora debitoris pretium solutum non sit, siue ex venditionis pacto & lege pretij solutio dilata fuerit, ex prædictis.

28 Sed & ulterius pro istius capituli complemento, infertur vera decisio illius questionis, * quæ habet, an venditor, qui nondum sine culpa sua pretium exegit, cedendo actionem gabellario usque ad quantitatem decimæ contra emptorem, liberetur, arg. l. item veniunt. §. ait Senatus. el. 2. vers. bonæ fidei. D. de per. here. quod ita in simili voluit Caro. Molinæ. in Consuet. Paris. 1. par. tit. 1. §. 23. nu. 4. in fin. Sed neutiquam in nostra decima verum est, nec in praxi recipietur: quia cum gabella nostri Regni non ratione pretij, sed ratione contractus debeatur, quicquid iuxta pretij quantitatem soluenda est, ut supra explicuimus, eaq; à venditore, nec ab emptore debetur, ut dicemus infra cap. 15. in princip. nulla ratio est, cur possit venditor obligationem suam personalem in emptorem transferre inuito gabellario, contra regulam. l. si mandatu meo. §. item si cum notatis. D. mandati. & quæ dicemus in dicto cap. 15. num. 11.

Sum-

Summa capituli septimi.

- 1 **D**atio rei in solum vicem obtinet venditionis aut permutationis: quod circa Regiam decimam ponderatur.
- 2 Multi sunt casus dubitabiles, in quibus vix intelligitur, an aliud pro alio solvatur, an parius quod verè debitum est.
- 3 Stipulatio interponi potest novanda alterius obligationis causa, aut gratia donationis.
- 4 Ex novatione obligationis, licet aliud in novam deducatur, quàm quod in novanda erat, decima non debetur, & novatio valet, exposita. l. si seruum. §. fina. D. de verb. obligat.
- 5 Ex compensatione vnus rei debita pro alia, decima non debetur: nec si alia pro alia detur in transactione.
- 6 Refertur primus intellectus ad textum in l. si quis ita stipulatus fuerit. 57. D. de solutio. & circa eum queritur, & resolvitur, an decima debeatur.
- 7 Queritur de decima circa secundum intellectum illius legis.
- 8 Infertur resolutio questionis circa. l. 19. titu. 11. lib. 5. Recopilat.
- 9 Queritur de decima circa tertium intellectum prædictæ. l. si quis ita.
- 10 In celebri illa questione, quid sit in obligatione generis, multas fuisse ac varias doctorum sententias, traditur.
- 11 Traditur vera resolutio in ea questione.
- 12 In obligatione generis, quodcumque in diuiduum solvatur, id solum intelligitur à principio debitum fuisse: quod ex communi sententia defendit autor aduersus Caro. Molinæ, & Anton. Gometium.
- 13 Proponitur Gometij argumentum.

- 14 Consutat autor illud argumentum, tum efficaciter, tum vtiliter ad materiam decimæ.
- 15 Proponitur secundum argumentum, quod est Caro. Molinæ.
- 16 Consutatur illud argumentum.
- 17 Proponitur & consutatur tertium argumentum.
- 18 Reprehenditur intellectus Molinæ & Gometij ad l. cum incertus. de legat. 1.
- 19 Verus intellectus dictæ. l. cum incertus.
- 20 Impossibile esse ostenditur, quod in alternatiua obligatione vtrunque sit, prout communis doctorum putat.
- 21 In alternatiua obligatione vnum incertum est.
- 22 Exponitur. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verb. obligat.
- 23 Confirmatur prædicta sententia, de qua diximus supra. nu. 21.
- 24 Exponitur textus in l. si duo rei. D. de verborum obligat.
- 25 Exponitur. l. qui decem. §. stichum. D. de solutio. cum Alciato.
- 26 Traditur noua quædam similitudo inter alternatiuam & genericam obligationem.
- 27 Traditur communis intellectus ad l. si is cui. de legatis. 2.
- 28 Reprehenditur is communis intellectus.
- 29 Refelluntur alij duo intellectus ad dictam. l. si is cui.
- 30 Correctam esse dictam. l. si is cui. per textum in l. penult. C. de condic. in debi. existimat Molinæ cum alijs.
- 31 Id falsum esse ostenditur: & varias ac diuersas esse illarum legum species demonstratur.
- 32 Traditur verus intellectus ad ultimam partem textum in dicta. l. si is cui.
- 33 Dispositio dictæ. l. si is cui. in parte finali, viget hodie in legatis pijs, secularibus in profanis.

L 4 34 Ex-

- 34 Exponitur omnino textus in dicta. l. si is cui. & conciliatur cum textu in l. cum is. §. fina. D. de condict. in debiti.
- 35 Traduntur aliqua annotationes ad praxim dicta. l. cum is. §. fina.
- 36 Cum illud aut illud legatur, vnum legatum est: & re altera soluta, decima non debetur.
- 37 Reprobatur communis intellectus ad l. plane §. si ita Titio. delegatis. 1.
- 38 Traditur verus intellectus illius. §. si ita Titio.
- 39 Exponitur. l. si Titio fundus. D. de vsu fructu lega.
- 40 Reprehenditur Bartolus & communis, existimans copulatiuam, & pro disiunctiuam poni in dicta. l. si Titio.
- 41 Fāuore vltimæ voluntatis disiunctiuam, seu in copulatiuam resoluitur in l. si quis ita. D. de auro & argē. leg. ex communi sententia.
- 42 Reprehenditur ea communis expositio & sententia.
- 43 Latè & eleganter exponitur text. in dicta. l. si quis ita.
- 44 Reassumitur quæstio, an ex datione in solutum Regalis decima debeat: & pro negativa sunt tria argumenta.
- 45 Primum argumentum.
- 46 Secundum argumentum.
- 47 Tertium argumentum.
- 48 Communis Regni praxis est pro parte affirmatiua: immo, quod ex datione in solutum decima debeat: cum qua residet autor in iudicando & consulendo.
- 49 Prædicta sententia declaratur procedere, quando libenter ex voluntate partium aliud pro alio soluitur.
- 50 Satisfit argumentis in contrarium adductis.
- 51 Duplex venditio contrahitur in specie (pretij causa. C. de rescin. vendit.
- 52 Ex datione in solutum necessaria, decima non debetur, & quare.
- 53 Datio in solutum necessaria vicem venditionis non habet.
- 54 Defenditur praxis, quæ habet, vt ex ad iudicatione rei executioni subiecta in fauorem creditoris facta pro debito, decima non debeat.
- 55 Ex venditione facta per decretum iudicis exequitis decima debetur. Qualiter possit contractus, vel quasi contractus in iudicio interuenire.
- 56 Traditur vera ratio illius praxis & sententia, de qua supra num. 54.
- 57 Venditio iudicialis per decretum iudicis celebrata, quando intelligatur esse perfecta, vt decima deberi incipiat.
- 58 Limitatur ea resolutio.
- 59 In prædicta iudiciali venditione prius est deducenda decima gabellario ex pretio, quam creditori satisfiat, etiā si privilegiatus creditor sit, puta fiscus, vel alias.
- 60 Proponitur species quadam difficilis in hac materia, quæ semel ex facto accidit.
- 61 Gabellaria lex Regia videtur ipso iure pretium venditionis minuere, sicut lex Falcidia minuit legatum.
- 62 Vere gabellaria lex pretium venditionis non minuit ipso iure, quin integrum venditori manet, & ipse decimam debet.
- 63 Latè declaratur, qualiter gabellaria lex operetur contra venditores in fauorem fisci.
- 64 Exponitur textus in l. legatum ita. de legatis. 2. & tex. in l. a Titio. D. de furtis.
- 65 An Regalis decima debeat in specie textus in l. qui habebat. cum nota. delegatis. 3.
- 66 Quamuis venditionis nomine appellatur à partibus, id, quod re vera venditio non est, gabella regia non debetur inspecta veritate etiam contra fiscum.

Cum

Cum aliud pro alio soluitur: an decima debeat.

CAPVT. VII.



VM datio rei in solutum pro pecunia debita, vicem venditionis ob-
tineat, prout vbiq̄ue nōstri doctores proclamant * ex rescripto Imperatoris in l. si prædium. C. de euictio. & l. eleganter. in prin. D. de pigno. actio. & alijs iuribus relatis per Tiraquel. de retractu ligna. §. 1. glo. 14. ex nume. 2. & doctores Hispanos in l. 70. tau-
ri. & glossam Io. Matientij in l. 7. glossa 7. tit. 1. lib. 5. Recopilat. & alibi sæpè: indubitabile videtur, quotiens res aliqua pro debita pecunia soluta erit, Regalem decimam deberi, quasi ex pura & vera venditione: sic, vt eo casu a debitor solute, qui eo modo rem suam vendere videatur, pendere debeat: quod si pro re debita, pecunia soluta sit, a creditore sit illud vectigal exigendum, qui rem sibi debitam pro accepta pecunia vendere intelligitur: onus enim decimæ venditorem sequitur, vt satis exprimit. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & dicemus infra cap. 15. ex princi. atque ita apparere videtur ex resolutis per Bertachi. Firmia: de gabellis. 3. mēbro octa.

uæ partis princi. quæstio. 4. num. 9. Quod si pro ipse debita, res alia soluta sit, cum eo modo permutationis rerum fieri intelligatur, iuxta textum in l. si quis aliam. vbi notat Bartolus. num. 1. D. de solutio. & l. libera. vbi Baldus, Saly. & Angelus, & doctores communiter. C. de sent. & interloquit. ab utroque deberi decimam dicendum videtur iuxta l. 2. dicto tit. 17. lib. 9. Recop. & quæ de decima permutationis dicemus infra cap. 17 de cuius rei veritate, quia frequens & quotidiana est, infra latè disputabitur hoc eodem capite num. 44. * interim tamen, quia nonnulli sunt casus, in quibus difficile est intelligere, an aliud pro alio iuxta dictam l. si prædium. & alia iura: an potius quod verè debitum est, soluat: eos dispungere & explicare oportet, vt vna sit in omnibus resolutio.

Et tota quidem disputatio verfabitur circa speciem textus in l. si quis ita stipulatus. §. 7. D. de solutio. vbi si quis promiserit decem in melle dare, soluere mel potest, antequam decem petita fuerint. sit ergo ita, quod solutum est mel: quæro, an in ea specie aliud pro alio solutum sit, & proinde decima debeat ex supra dictis. ad cuius quæstionis resolutionem distinguendum est: * quia aut ea stipulatio interposita potest noua da alterius obligationis causa, iuxta tit. D. & Codice, de nouatio. aut ex lucratiua causa donationis, vt in l. cum ex causa. D. de re iudi. l. inter stipulantem. §. si rem D. de verb. oblig. & l. si seruus legatus. §. stichum. de leg. 1. & similibus. & primo casu, veluti, si cum mihi deberes decem in pecunia, sic est,

sic stipulatus sum à te nouandi animo, iuxta l. fina. C. de nouat. vt pro ea pecunia decem cados mellis mihi dares: dubitabilis est quaestio nostra circa decimam, cum verè isto casu ex vtriusque contrahentis volūrate aliud pro alio soluatur, & simus in terminis dicte l. si praedium. C. de euitio. *Sed adhuc dicendum est, quod eo casu decima non debetur, nec ex alia quacumque nouatione: veluti si cum deberes mihi certum triticum simpliciter, stipulatus sim à te nouandi animo centum aureos: vel è contrario, cum pecuniam deberes mihi, triticum aut aliam rem sim stipulatus: quae quidem nouatio, cum id expresse agitur, rectè valet, iuxta textum in l. fundum Cornelianum. vbi Bart. notat. D. de nouatio. sicut & constitutum de alia re, quam quae deberetur, fieri potest l. i. §. an potest. D. de constit. pecu. quo sanè casu, licet emptio & venditio fieri videatur, aliud pro alio promittendo & soluendo, secus se res habet: eò quod in nouatione non habetur respectus ad ipsas res debitas, sed solū modò ad ipsas obligationes, nouandam scilicet & nouantem, quas nemo vnquā dixit permutari vel vendi, sed pristinam in aliā nouam transfundi, atque transferri. l. i. D. de nouatio. vbi ita definitur: nouatio est prioris debiti, hoc est, prioris obligationis in aliam obligationē vel ciuilem, vel naturalē transfusio atque translatio. atque, ideò quandoque contingit, vt licet res debita non extet (quae ideò promitti non posset ex textu in Princi. Instit. de inutil. stipulat.) adhuc quidem illius obligatio ex

debitoris mora perpetuata nouari queat: nempe, quia cum obligatio ipsa praecedens, non verò res ipsa debita nouanda sit, sufficit, quod obligatio praecedens subsit, nec necesse est, vt res debita in rerum natura persistat, ita probat rextus elegans sic intelligendus in l. si seruum. §. fina. ver. nouari autem. D. de verb. oblig.

Ex qua resolutione duo obiter inferuntur: * Primum, quod ex compensatione Regalis decima non debetur, quamuis quidem ex vtraque parte non pecunia, sed res aliqua debeatur: & quidem si uè ea compensatio ex mutuo partium consensu fiat de ijs rebus, quae aliàs de iure compensari nequeunt: si uè secundum iuris decisionem facta sit, veluti, cum ex vtraque parte res in genere deberetur, iuxta notata per glos. in §. in bonae fidei. verb. iure aperto. Instit. de actio. quam sequuntur omnes communiter, vt resoluit Iason ibi num. 70. nam licet, si ijs casibus verè res ipsae solutae ad inuicem permutarentur, decimae Regali locus fieret, ex l. 2. ibi, *semejantes*. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & quae dicemus infra cap. 17. ex num. 9. adhuc compensatione facta nullum vestigial peti poterit: quia tunc nec rerum permutatio, nec vnus pro altera solutio fit, vt locum habeat decisio dicte l. 2. Recopilat. aut notata per Bertachinum vbi supra ex dicte l. si praedium. C. de euitio. sed mutua potius inter partes vtriusque debiti, in concurrentem scilicet quantitatem, contributio & remissio est l. i. D. de compensat. Vnde rectè dixit Matthaeus de Affictis in tra. prothomiscos. verbo. licet enim supra

suprà diximus. num. 35. quod in compensatione locum non habet retractus sanguinis: quia inquit, compensare est donare, hoc est, debitum ad inuicem remittere, & condonare. I. Iulianus ait. D. de condit. & dem. & l. si fundum §. titio fundum de legatis. 1. & ex comuni sententia resoluit Sarmientus lib. 2. sect. cap. 1. num. 11.

Secundum est, quod nec ex tras actione Regalis decima deberi potest: veluti si cum centum a te peterem, equum aut fundum, qui quinquaginta valeret, ex tras actionis causa dedisses mihi: aut è contrario, cum equum aut fundum peterem, minorem aliquam pecuniam summam ex ea causa recepissem, quod per sepe contingit, iuxta notata in l. si profundo C. de transact. etenim dubium non est, eo casu tanquam ex datione in solutum decimam deberi non posse, quia id quod ex causa transactionis datur, & recipitur, non pro re petita seu debita datum intelligitur, sed ex eo potius, vt à lite discedat is, qui receperit. ideò que transactio. contractus innominatus dicitur, do vt facias, ex notatis per doctores in l. si uè apud acta. C. de transact. & latius infra dicemus cap. 17. num. 31.

In altero autem casu, * quando scilicet stipulatio ex causa donationis contrahitur, nec ab alia primaria obligatione pendet, triplicem intellectum habet praedicta l. si quis ita stipulat. D. de solutio. primo enim, aut intelligimur ex illa verborum coceptione, decem in melle dabis: (idem in alia quacunque merce, vel re, puta tritico, oleo, aut vino, semper decem duntaxat in obligatione esse, mel-

autem aut triticum, oleum, aut vinum in solutione tantum, vsque ad litem scilicet contestatam, vt verè intelligit Angelus contra Bart. in eadem l. si quis. nume. 4. & tunc melle, aut alia adiecta merce soluta iterum distinguendum est: quia aut soluitur antequam decem petita essent, & eo casu sine dubio Regalis decima non debetur, quia licet aliud pro alio solui videatur, tamen cum ea solutio non ex noua contrahentium voluntate & pactione fiat, sed ex natura ipsius actionis & obligationis, quae ita à principio concepta est, nulla ratio esse aut considerari potest, ex qua vel qualis qualis venditio resultare queat. Quod si postquam decem petita fuerint à creditore, lite iam contestata merce illa adiecta soluta sit per debitorem: cum id spontanea vtriusque contrahentis voluntate, non ex ipsius obligationis natura factum sit, vt patet ex dicte l. si quis ita. cum ibi notatis. aperte sumus in terminis dicte l. si praedium. C. de euitio. & quae dicemus infra ex num. 44.

Aut secundo etiam intelligimus, sic concipi eam stipulationem, decem in melle dabis: * vt necessario faciendae sit solutio in melle: quod contingere ait Bartolus in dicte l. si quis ita. num. 3. cum taxata est quantitas pretij & aestimationis mellis, veluti si ita stipuler: decem mihi dabis in melle ad rationem vnus floreni pro quolibet cado: & tunc cum vtriusque in obligatione sit ex sententia Bartoli vbi supra, per text. in l. i. §. an potest. D. de constit. pecu. atque ita soluto melle, aliud pro alio non soluatur, sed quod verè de

verè debitum est, dubitare non licet, quin decima ex ea solutione non debeat, cum finis extra terminos dictæ. l. si prædium.

8 Qua in re iam semel interrogatus respondi: * etenim cuidam dominæ alimentorum causa debebantur quingenti aurei singulis annis quoad viueret, ijque in pecunia vel tritico, quodipla nial let: quæsiuit à me, an posset triticum petere & recondere, vt cariùs postea venderet, sine metu pœnæ reuendorum, de qua in l. 19. tit. 1. lib. 5. Recopilat. iunctis his, quæ de datione in solum circa eam legem notat Auendanius Respo. 3. 3. num. 4. ver. sexta. & respondi, quod benè poterat, quia verè nihil in solum recipit, sed quod ei principaliter debitum est ex notatis per Barto. in dicta. l. si quis. num. 3.

Aut tertio intelligimus, ex prædicta stipulatione, decem in melle dabis. * decem aut mel deberi alternatiuè, prout intelligit glo. in eadem l. si quis. verb. fuerit. ibi. *id est aut mel.* & hic casus longum tractatum habet, vt intelligamus an in eo aliud pro alio solvatur, & decimæ locus fiat ex notatis per textum in dicta l. si prædium. & quamuis inutilis foras se cupiam videbitur quæstio huiusmodi, dubium in ea facit, quod videã, vtrumque in ea alternatiua obligatione esse, & alterum pro vtroque solui, iuxta communem glossarum & doctorum sententiam in .l. illud aut illud. D. de constit. pecu. & .l. cum is. §. fina. D. de cond. indeb. & alibi sæpè: videatur que ita id, quod soluitur, in solum alterius dari, & versari quæstionem iuxta terminos dictæ. l. si

prædium.

10 Vt verò & quæstionis vtilitas, & resolutio magis appareat, supponendum est, * quod in celebri illa quæstione, dū quæritur: quid sit in obligatione generis, an scilicet genus ipsum, an verò singulæ res cõtentæ sub genere, an nulla res de presenti, sed demum solutione facta res soluta fingatur reuò promissa, & in obligatione fuisse: multæ ac variæ fuerunt doctorum sententiæ & opiniones, quas resoluit Ant. Gometius . 2. tomo vari. resolut. cap. 11. num. 49. & constat ex Bart. & antiquis, & nouissimis in .l. 2. §. & harum. D. de verb. obli. glossa & Bal. in l. cum incertus. delega. 1. & 1. Meuius. §. duorum. delega. 2. & in .l. cum is. §. si. vbi glos. Bart. & Doctoro. D. de cond. indeb. ex quibus fit vna & communis sententia in hac re: aliter autem intellexit Aretinus, aliter Socinus, & Io. Corasius, aliter Ludo. Roma. in dicto. §. & harum. & multa Vld. Zasius, multa Alciatus in eodem loco. & Steph. Forcatulus in pœnu legali. cap. 13. quorum omnium sententias cum antiquioribus reprobat, præter communiorum, quã sequitur multis nominibus declarans, nouas ac elegantissimas regulas constituendo. Caro. Molinæus in tract. diu. & indiuidui. 1. parte secundæ partis prin. quæst. 5. num. 95. per totam. Ego verò, nē in immensum opus excedat huius articuli resolutio, si singula radicibus executiã & controuersiarum causas conferre moliar, quod elegantissimè factū reperies a Molinæo vbi supra: quod præter illius sententiã, & doctorum resolutionem in hac re sentio

sentio, in medium proponam: lectoris sit iudicium.

11 Vera ergo est, & elegans resolutio in hac quæstione: * quod nō ipsum genus, prout in vniuerso & in abstracto cōcipitur (quia istud in rerum natura nihil est, sed est solum quid intellectuale, vt notant Bartol. & Doctores in dicta. l. 2. §. & harum. & Baldus in dicta. l. cum incertus.) sed substantia specifica in obligatione generis continetur, non singulæ res generis: vnaque illa res genere seu specie quidem determinata purè debetur, solo numero seu corpore & indiuiduitate indeterminata, sed per solutionem determinanda: ita quod vnum incertum de eo certo genere debetur, certificandum per solutionem: ita elegantissimè Carolus Molinæus in dicta quæstione. 4. num. 96. & Anton. Gometius dicto. cap. 11. num. 49. ad finem. quæ sententia & resolutio valde mihi placet; dum tamen

12 interim addendum putem, * quod sic demum ea res incerta de genere promissa purè debetur, certificanda per solutionem, vt quecunque de eo genere rectè soluta sit, ea sola fuisse debita intelligatur, ex textu in dicta. l. cum incertus. delegat. 1. qui mihi videtur expressus, prout visus quoque est cōmuni doctorum scholæ, ex traditis p. Iasonē & doctores cōmuniter in dicto. §. & harum. & fatetur Gometius, & Molinæus vbi supra nū. 106. quicquid ipsi in hoc vltimo articulo contra cōmunem teneant, existimantes erroneum id cōmētum esse, nulla lege, nec ratione fundatum.

Quod liquere Gometius exi-

13 stimat ex eo, * quia qui hominē promittit, potest soluere eū hominem, qui post contractā obligationem natus erit. l. qui decem. §. stichum. D. de solutio. ergo, inquit ille, solutus homo ex obligatione generica, nō fingitur à principio debitus: quod in prædicta specie maxime apparet, ex eo, quod obligatio nequiret consistere in illo homine, qui tēpore prædictæ obligationis contractæ in rerum natura non esset. l. interdum. D. de verb. obli. * Istud verò argumentū fragile est, quia licet obligatio esse nō possit in ea re, quæ in rerum natura non sit, tamen cōditionaliter contracta per stipulationem, siue id ex expressa siue ex tacita conditione fiat, vt in d. l. interdum. & l. 1. D. de cōfid. & demon. sic retrahitur, vt tempore contractus nata res esse videatur, ac si ea quæ modo nascitur, à principio nata esset, vt tradidimus supra cap. 5. nū. 19. & constat ex .l. nec emptio. D. de contrahen. emptio. ibi: *vt cum aditus sit partus, iam tunc, cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur:* & explicat glo. ibi. verb. iam tunc, & verb. intelligatur: ad quod nō aduertit Gometius vbi supra, licet eum tex. pro se alleget. ita quod quauis à principio obligationis genericæ, is homo qui non esset natus, non possit intelligi sub obligatione esse purè, sicut nec sunt ceteri homines de mundo, vt iam dixi: tamen cum conditionaliter quicquid homo tã natus, quã nasciturus ita cōprehendatur, si solutus sit ex notatis in .l. 3. D. qui & à quibus. cum ijs, quæ adnotat Molinæus vbi supra ex nū. 110. & infra dicemus.

mus. fit euidenter, q̄ si aliquis nascatur post eam obligationem contractam, & à generis debitore soluat, nihil impediatur, quominus natus esse fingatur homo ille, & à principio specialiter & in indiuiduo debitor intelligatur, cum stipulatio fuerat contracta, argum. textus in dicta. l. nec emptio. D. de contra. empt. & verificetur decisio textus in dicta. l. cum incertus. delega. 1. aliàs enim si vera esset Molinæ, & Gometij sententia, nēpe quod in huiusmodi obligatione generis, homo quidem incertus purè debeatur, non hic signatus, nec ille, nec qui postea solutus fuerit contra communem sententiam: fiet inde necessariò, quod seruus postea solutus nunquam fuerit in obligatione, & quod liberationi & solutioni duntaxat deseruiat: esse musque ita in terminis dicta. l. si prædium. C. de euictio. cū supra resolutis ex Bertrachini Firmianij sententia: ut intelligamus, quocumque homine soluto ex vi obligationis genericæ, aliud pro alio solui, & non solui quod verè debitum est: quod licet sic expressè velit Gometius vbi supra, absurdissimū mihi est naturali rationi & intellectui contrarium: quod ne fiat iam aperte intelliges, quam iusta ratione & æquitate fictio illa introducatur, ut scilicet seruus postea solutus, à principio videatur specialiter & indiuidualiter promissus, ac debitor, iuxta. d. l. cum incertus. delegatis. 1. cessareque ita intelliges aliud Molinæ argumentum in dicta quæst. 4. num. 106. & locum non fieri Regiæ de cū, qua de agimus, in hac ge-

neris obligatione & solutione: quia verè & realiter aliud, p̄ alio non soluitur, sed q̄ verè debitum & promissum est, ex supradictis.

De inde non obstat aliud Molinæ argumentum in dicto loco num. 107. vbi ait: * quod si vera esset communis illa resolutio, tradita per tex. in dicta. l. cum incertus. fieret, quod si hichus dat^o ab hærede, nō erat testatoris nisi in parte, vel solū quoad vsum fructum, legatarius non habebit recursum euictionis: cessaret enim euictio, si stichus specialiter fuisset legatus. l. serui electione. in fine: delega. 1. l. vxor patru. C. de legatis. sed hoc est falsū per text. in. l. 2. D. de optione legat. l. hæres seruus. D. de euictio. & l. à substituto. §. 1. delegat. 1. * Nam facile dilues huiusmodi argumentum, si eius fallaciam animaduertas: etenim verum est, illud euicere in ea specie à Molinæo proposita, sed non ea ratione, quod seruus rectè solutus, non videatur à principio promissus & debitor, ut ille putat contra communem: sed ex eo, quod seruo soluto, quem integrum legatario habere non liceat (prout seruo generaliter legato licere debet ex dict. l. à substituto. §. 1. deleg. 1.) non videtur hæres soluere indiuiduum aliquod sub legato genere comprehensum: ac proinde si soluat stichum, qui in parte fuisset testatoris, & ita soluat ut in ea sola parte legatarij fiat, cū non verè soluat quod debet, minimè videbitur is seru^o à principio legatus, magis quam si legato homine in genere, equum solueret: si vero ita soluat ille stichus, ut in solidum & omni ex

ni ex parte legatarij fiat, putà redempta parte aliena, cū eo modo rectè solutus sit, ut verè legatus est à testatore, vera & perfecta liberatio continget: videbiturq; ita à principio legatus seruus ille, non quidem pro parte testatoris, sed in solidum: non minus, quam si expressè dixisset testator, se legare illum stichum totum, quod legatum nulli dubium esse potest, quin valeat. l. Iulianus. in princ. vbi Barto. & doctores. deleg. 3. & notat Anton. Gometi. 1. tomo varia. cap. 12. nam. 15. ad finem. versic. secundo limita. Etenim qui seruum generaliter legat, totum quendam & integrum seruū legat, quem omnimodò legatario habere liceat, ut tradit tex. in dicta. l. à substituto. §. 1. delegat. 1.

Vltimò non obstat tertium Molinæ argumentum in dicto loco num. 108. vbi ait: * quod ex prædicta illa communi resolutione sequeretur aliud absurdum: videlicet, legatum factum in genere esse conditionale, saltem cum electio spectaret ad legatarium: & sic eo mortuo post mortem testatoris, & antequam eligatur, caducum fieret, nec transiret ad hæredes ex. l. vnica. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tolle. quod est falsum, & contra casum. l. hæredes. §. si incerto. D. famil. ercis. & l. nec semel. §. si cui homo. D. quando dies legati cedat. Nam respondeo: quod licet verum sit, quemlibet hominem legatum & comprehensum videri sub legato generis, tali conditione si solutus aut electus sit, sic ut ea impleta, ille solus intel-

ligatur specialiter legatus à principio, ex dicta. l. cum incertus. tamen ea conditio ad res ipsas speciales & indiuiduas pertinet, ad hoc scilicet, ut videantur specialiter legata, necne: at ipsa principalis legati dispositio pura est, & perfecta statim à principio, non conditionalis: confitit enim legatum in vno incerto homine purè debito, ut supra dixi de obligatione generica: cuius, & legati similis vna & eadem est doctrina: ac proinde mirum si ad hæredes transeat illius modi legatum in dictis iuribus: ex quibus omnibus iam factis abundè constat, quam iusta ratione prædicta fictio & retrotractio inducatur in dicta. l. cum incertus. delegatis. 1. & quam in iusto fundamento ab ea recesserint doctissimi viri Molinæus, & Gometius vbi supra.

Sed & eorum sententia vel ex eo maxime placere non potest, quia non satisfaciunt textui in dicta. l. cum incertus. in quo est fundamentum firmissimum communis sententiæ: * inquit enim Anto. Gometius dicto. 2. tomo. varia. cap. 11. num. 49. in fine. & Molinæus dicta quæstio. 4. num. 106. quod dicta. l. cum incertus. non dixit, stichum solutum fingi retrò legatum: sed tantum, quod hæres perinde est liberatus, atque si stichus legatus esset. Itaque volunt solum probari in ea lege sufficientiam solutionis ad debitoris liberationem, qui sic manet liberat^o, ac si ea res fuisset debita & legata, quæ tamen debita & legata non est, ut ipsi putant. * Sed certe vltra quod hæc sententia falsa est,

naturali æquitati, & intellectui contraria, vt supra consideravi: si bene aduertas, aliquid amplius vult textus ille in dicta. l. cum incertus. etenim cum Stichus seruus solutus esset volenti creditori, seu legatario, minimè dubitari poterat apud Iuriconsultum de sufficientia solutionis ad liberationem: cum quæcunque res etiam pro alia soluta creditor volenti, perfectam liberationem pariat, ex notissima iuris regula, de qua in principi. Instit. quibus mo. toll. oblig. vnde illud amplius aperit voluit I. C. in ea equiparatione, quam facit ibi: *Perinde cum liberatum, atque si Stichus legatus esset. nēpe, quod liberatus est hæres solvendo Stichum, & legati generici obligatio perempta est, quasi verè rem ipsam à testatore legatam soluerit, propter retrotractionis effectum, de quo supra: & hic est verus illius legis, ac communis intellectus.*

Sed vt ad alternatiuam obligationem, à qua egressa est, iuxta tertium intellectum dicta. l. si quis ita stipulatus. D. de solutio. disceptatio nostra reuertatur: illud in ea omninò dicendū puto, quod de generica obligatione supra resoluta, tam circa ipsius obligationis naturam, quam circa Regiam decimam, de qua loquimur. Ita quod si illud aut illud promittā, vnum incertum debeo, certificandum per solutionem, sic vt quodcunq; solutum sit, non pro utroque in solutum dari videatur iuxta dictam. l. si prædium. C. de euictio. sed in sui ipsius duntaxat solutionem, quasi id solum debitum fuisse intelligatur, iuxta superius resoluta in materia di-

cta. l. cum incertus. delegatis. 1. 20 Etenim* quod doctores volunt, in alternatiua obligatione vtrūque esse simpliciter, impossibile est, verum esse: quia cū debitor alternatiuè, non sit ligatus vel adstrictus vtrūq;, sed alterutrum dare: impossibile est vtrūq;, sed alterutrum tantū in obligatione esse simpliciter, verè & propriè loquēdo, vt optimè aduertit Carolus Molinæus in dicto tracta. diuidui & indiui. 2. parte principa. quaestio. 6. num. 118. Immo nec verum esse potest, quod ibidem ipse Molinæus ait, vtrūque quidem in obligatione esse, non simpliciter vt Doctores loqui videbatur, sed alternatiuè, seu eodem modo quo in dispositionem deducta sunt. Etenim id est, quod querimus: nēpe, quid sit in obligatione alternatiua simpliciter ac purè debitum: nam alternatio illa sic dubiam & incertam videtur obligationē reddere, vt ignoretur in qua re pura consistat obligatio, cum tamen sciamus purā esse obligationē, & statim actionem nasci: * Vnde verissimū esse existimo, in ea obligatione (vt dixi) minime vtrūq; purè deberi: nec simpliciter quidē vt satis patet: nec alternatiuè, vt dicebat Molinæus in dicto loco, aut electiue vt dixit Io. Corasius in l. 2. §. & harum. glo. fina. D. de verb. obliga. quia ea alternatio seu electio efficit, vt nullo modo possit intelligi, vtrūq; deberi purè, sed potius (velut in generica obligatione diximus) vnum incertum ex his certis & expressis purè debetur, certificandum per solutionem, ita vt quodcunq; eorum posita soluat, id solū debitū intelli-

ligatur fuisse, iuxta dictam. l. cū incertus. delega. 1. quod ita expressè probat text. in l. vbi autē. §. qui illud aut illud. D. de verb. obligat. vbi dicitur, quod qui in alternatiua obligatione electionem sibi non constituit, incertū stipulatur, sibi que incertum debetur: ergo neutrum purè in obligatione est, cum vnumquodque per se certum sit.

22 Nec obstat distinctio, de qua in dicto. §. qui illud aut illud. circa electionem datam vel non datam creditori: quia generaliter adhuc verum est indistincte, vnum incertum deberi purè in alternatiua obligatione, vt iam dixi: & quod dicit Iuriconsultus in dicto. §. qui illud aut illud. referendum est ad effectum obligationis, non ad veram ipsius substantiam: etenim id solum voluit dicere Iuriconsultus, si creditor electionem sibi constituit his verbis, vtrum ego velim: licet dubitari nequeat, quin vera ac propria ipsius obligationis substantia & natura inspecta, incertum adhuc in obligatione sit, propter incertum voluntatis creditoris euentum, quæ multis rationibus & causis vacillare potest, vt patet ad sensum: tamen cum ei liceat vel hoc tantum, vel illud tantum petere, prout voluerit, ita vt non teneatur incertam & alternatiuam actionem intendere, prout, cum promissoris est electio, tradit text. in §. huic autem qui loco. Instit. de actio. sed vnum solum, quod ipse prius animo cogitauerit, petitarus sit, certū videri stipulatū esse: quamuis interim, dum non intendit actionem, nec electio-

ne vitur, absq; dubio non quid certum, sed incertum potius in obligatione esse appareat. Itaq; ibi Iuriconsultus respexit potius naturam ipsius actionis, quo tempore esset intentada, de quo ibi principaliter agebatur, quam quo tempore nasceretur, nempe tempore stipulationis, antequam fieret electio à creditore. Iuxta quā inspectionem ego considero, quod dicitur de alternatiua obligatione in dicta. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verb. oblig. & de generica quoque dici posse: etenim si hominem, quem ego volam, à te stipulor: certum stipulatus esse dici possum, cum liceat mihi Stichum petere, prout in alternatiua stipulatione Iuriconsultus considerat in dicto. §. qui illud. & tamen negari nequit, quin in hac generica obligatione ante intentatam actionem, & electionem factam à creditore, incertū quoddam debeatur iuxta superius resoluta ex nu. 11. vbi indistincte tradidimus, in obligatione generis incertum quoddam contineri, nulla facta distinctione, an creditor electionem sibi constituerit, necne: ex quibus rectè manet explicatus text. in dicta. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. D. de verb. obligat.

23 Igitur in summam, * qui illud aut illud promittit, non vtrūque purè debet: immò nec hoc, nec illud purè & simpliciter debet, quia de nullo eorum verum est dicere, hoc mihi debes: sed potius debet vnum incertum ex illis rebus certis, & determinatis: vtrūque autem debet sub conditione si soluat, prout

In generica obligatione homi-
nis, vnumquemq; sub conditio-
ne deberi supra diximus: & hoc
est, quod ait I. C. in l. illud aut il-
lud. D. de constit. pecu. vbi dicitur,
quod quidam illud aut illud
debit, hoc est, incertum quod-
dam ex illis: quod confirmo hac
plana ratione, quia alternatiue
promittens, vnam rem tantum
dare vult, ergo non vtramq; pu-
re debet: & si vnam rem soluit,
nemo iuste dicet alteram quoq;
pure debuisse, quia aut dicendum
est, nunc quoq; debere eam post
solutionem alterius, aut illam
rem, quae fuisset soluta, nedum ad
sui ipsius obligationem, sed &
ad solutionem vtriusque poni,
contra Paulum I. C. in l. si duo rei
D. de verb. oblig. quo solo argu-
mento satis superq; patere potest
falsitas communis sententiae, &
hac nostra veritas confirmatur.

24 Nec * obstat tex. in dicta. l. si
duo rei. in eo, ad quod allegatur
per glossam, & doctores in
l. cum is. §. fina. D. de cond. indeb.
nam verba tex. ibi: *quia vtraq; res
ad obligationem ponitur, non ad solu-
tionem*: non id volunt, quod glos-
sa & doctores existimant, scilicet
vtramque rem in obligatione ef-
se, & alteram in solutione, quasi
plus debeatur, quam in effectu
soluendum sit, quod esset absur-
dum, & penes ridiculum: sed ita
sunt intelligenda, quod licet ve-
rum sit, qui illud aut illud pro-
mittit, vnum incertum debere,
vt supra dixi: tamen vtraq; res in
stipulatione nominata ad obli-
gationem ponitur, ita vt quae-
cunque soluat, illa sola videatur
in obligatione fuisse, & vt vere
debita soluta esse iuxta regulam

d. l. cum incertus. deleg. 1. & vbi,
quae taliter debita intelligi non
potuerit, solui nequeat: non enim
vtraq; illa res ponitur ad so-
lutionem duntaxat illius incerti,
quod pure debetur, sic vt vnus
incertum tantum debeat, & v-
numquodque ex illis certis no-
minatis solui queat, prout alias
in generica obligatione dicebat
Anto. Gometius & Caro. Moli-
neus vbi supra, & dixi nu. 12. iux-
ta quae non rectum intelligendi mo-
dum in specie d. l. si duo. seruus
ille, cuius non potuisset obliga-
tio consistere, solui potuisset a
promissore, vt satis innuit, & con-
trarium existimantes refellit I. C.
ibi ex praedicta ratione.

Nec huic aequiparationi, qua
facio inter genericam & alterna-
riam obligationem, * quidquam
obstat differentia inter eas con-
stitutata per I. C. in l. qui decem. §.
stichum. D. de solutio. nam ve-
rissima mihi est ea ratio, qua tra-
dit Alciatus in l. 2. §. & harum.
in. 2. opposit. & in fine. D. de ver-
bo. obligat. & ibidem Corasius
glossa fina. quicquid aliam se me-
liorem tradere existimet Moli-
neus vbi supra. 2. part. diuidu. &
indiu. quaest. 7. nu. 157. de qua
re vide etiam D. Fran. Sarmient.
in l. Meuius. §. duorum. deleg. 2.
vbi in materia plura bona con-
siderat.

Sed nec illa sola est inter ge-
nericam, & alternatiuam obli-
gationem concordia & similitu-
do, praeter communem doctorum
scholam & intellectum: * nam &
alia quoque est valde utilis, quae
quia ad usq; non sine lite, sed sub
iudice est, & statui, quod praeter
aliorum sententias animaduerte-
re in

re in hac materia vtile intelli-
gem, non praetermittere: operae
pretium existimaui, si intactam
eam conuenientem concordiam
non relinquerem, pro concilia-
tione difficiliorum textuum in
l. cum is. §. fina. D. de cond. indeb.
& l. si is cui. deleg. 2. In qua diffi-
cultate illud primum, vt verissi-
mum, statuendum est: quod quae
admodum si debitor generis cer-
tiam rem soluerit, putans praesertim
ad illam teneri, conditione inde-
biti potest repetere, aliam offerre
do: ita quoq; & alternatiue obli-
gatus, si alterum, putans illud so-
lum debere, soluerit, repetitionem
habet tex. est de vtroq; in d. l. cum
is. §. fina. D. de cond. indeb. &
ratio est verissima, quae ex supra
resolutis colligi potest, quia sci-
licet vna & eadem penes est vtrius-
que obligationis natura, ortus,
& substantia: tam debitus enim
est stichus ex generica illa obli-
gatione, hominem dare spondes?
spondeo: quam ex illa alternati-
ua, stichum aut Pamphilum da-
bis? dabo: ac proinde nulla ra-
tio est, aut esse potest, vt doctrina
tradita in generica obligatione
circa repetitionem eo casu con-
cedendam, non tradatur & pro-
cedat quoq; in alternatiua: pro-
cedit ergo ex autoritate tex. in
dicta. l. cum is. §. fina. Sed obstat
textus difficilim? in dicta. l. si is
cui. deleg. 2. vbi Celsus I. C. ait,
quod si stichus aut Pamphilus
legatus sit mihi, & cum legatum
stichum duntaxat putem, eum
vendicaero, amplius mutandae
vendicationis ius non habeo:
sicut & haeres alterutrum dare
damnatus, si stichum dederit, cum
ignoraret sibi permissum vel pa-

philum dare, nihil repetere po-
test.

In hac difficultate glos. Barto.
Bald? & ceteri doctores commu-
niter existimant, * quod tex. in
dicta. l. cum is. §. fina. D. de con-
d. indeb. loquitur in eo, qui
pro. nitit hominem in genere,
& putans se debere stichum, eum
soluit: at dicta. l. si is cui. deleg.
2. loquitur in alternatiua obliga-
tione: ratio differentiae apud eos
est, quia, qui debet genus, nullum
seruum debet in specie, vt ex com-
muniori sententia supra diximus:
& ideo si putans se debere stichum,
eum soluit, indebitum seruum
soluisse videtur, ac proinde repe-
tit in dicto. §. fina. quia is non ce-
rat in obligatione, sed in solutio-
ne tantum, vt postea solutus, de-
bitus videretur ex dicta. l. cum in-
certus. deleg. 1. & explicat Ia-
son in dicto. §. fina. In alternati-
ua vero obligatione, vterq; ser-
uus in obligatione est ex com-
muni sententia, quae habet, alternati-
ue debitorem vtrumq; debere, vt
supra dixi. nu. 20. atq; ideo non
repetit in dicta. l. si is cui. deleg.
2. * Sed certe cum ista solutio fun-
detur in falsa illa differentia, qua
inter genericam & alternatiuam
obligationem supra confutauim?,
& falsam quoque esse solutionem
satis apparet, praesertim quia iste
intellectus torquet literam tex.
in dicta. l. cum is. §. fina. vbi I. C.
ex eo, quod dixit debitorem ho-
minis in genere similem esse il-
li, qui stichum aut decem debet,
illud colligit, in erronea solutio-
ne genericae promissionis, con-
ditionem repetitionemq; ef-
ferre quasi in alternatiua esset mi-
nus dubij: & quod Doctores re-

placant, non esse similitudinem in eo, de quo ibi loquitur text. sed in quibusdam alijs, mera peruersio est, vt notat Carolus Molinæus in dicto tractatu diuidui & indiuid. 2. parte. num. 136.

29 Alij dixerunt, * quod dicta. l. cum is. §. fina. loquitur in errore facti, prout ibi notat glossa: at dicta. l. si is cui. in errore iuris procedit. Sed falsum est, nam planè constat in dicta. l. si is cui. facti errorè fuisse, quia legatarius putauit stichum sibi legatum esse, non alterutrum: atque ideò hæc expositio nullibi recepta est. sed & Andreas Alciat. in dicta. l. 2. §. & harum. in sua glossa. verb. e. iusdem conditionis. & in lectura. carta vltima. D. de verb. obligat. aliter exposuit ea iura: faciendò quidem differentiam non inter obligationem generis, & alternatiuam, vt ante eum fuit cõmunis opinio, sed inter contractus & vltimas voluntates: eum autem multiplici argumento reprehendit Molinæus supra num. 137.

Tandem cum nulla harum interpretationum placuerit Molinæo in dicto loco, prout merito placere non debuit, * Molinæus ipse adhærens expressè decisioni tex. in dicta. l. cum is. §. fina. D. de condic. indeb. refutat sententiam Celsi Iurisconsulti & sequacium in dicta. l. si is cui. deleg. 2. quia (inquit) dura est, & absque æquitate, ac proinde correctæ per æquissimam legem Iustiniani in. l. penult. C. de condic. indeb. * Sed certè Carolus Molinæus in hac consideratione, quæ & ante eum aliorum quoque fuit apud glossam in d.

l. cum is. §. fina. aperte fallitur: quia dicta. l. penult. duntaxat loquitur, vbi vtraq; res alternatiue promissionis soluta erat: quo casu non illud dubitabatur, an repetitio alterius esset, (nec enim dubitari poterat, quin altera res repetenda foret; cum alternatiuus creditor vtrâq; habiturus nõ esset) sed dubiũ erat, cuius esset electio in necessaria illa repetitione. At dicta. l. si is cui. deleg. 2. non loquitur nisi in casu, quo altera res esset soluta ab ignorante habere electionem: & omnimodò repetitionẽ negat, quod contrarium nõ est decisioni tex. in dicta. l. penult. C. de condic. indeb. licet enim verum esse dicamus, quod si hæres ex alternatiuo legato alterum soluit, putas illud solum debere, repetitionẽ non habet, aliud offerendo ex dicta. l. si is cui. nõ inde statim colligi poterit, quod si vtrâq; soluerit, non habeat electionem in necessaria alteri? repetitione, habebit enim ex dicta. l. penult. nã duæ illæ decisiones. ad inuicem non repugnant, sed vtraque per se vera esse possent. Ergo falsum est dicere, quod dicta. l. si is cui. correctæ est per tex. in dicta. l. penult. C. de condic. indeb. quicquid difficultate superatus aliud voluerit Molinæus supra.

Ego autem prædicta iura aliter ac verissimè intelligo: & existimo, debitorem tam generis, quàm alternatiuæ obligationis, siue ex contractu, siue ex legato procedentis, si is alterum soluerit, putans se illud expressè debere, repetere posse, aliud offerendo, prout iadistinctè traditur in d. l. cum is. §. fina. D. de condic. inde-

indebiti: fundamētalis ratio est, quia electione, quam vterq; habet, per errorem vsus non est, ac propterea plus debito soluisse videtur, vt in. l. qui exceptionem. D. de condic. indeb. cum ibi notatis. & facit text. in. §. huic autem, qui loco. Instit. de actio. 32 Nec*obstat dicta. l. si is cui. delegatis. 2. ibi: *Tanquam si damnatus hæres*: quia respondeo, quod tex. ille loquitur in casu speciali, nẽpe in legato damnationis, vt probatur in verbo, damnatus. Cum legati formula & solennia verba traduntur ab Vlpiano in fragmētis titu. delegatis. atqui speciale est in eo legato, vt quomodocumque impleatur testatoris voluntas etiam indebitè, nulla eius repetitio sit, vt probat tex. in. §. fin. Instit. de obligat. quæ ex quasi contract. Vnde cum in eo legati genere, quo illud aut illud dare hæres damnatus est, altero eorũ quocumque modo soluto etiam per hæredis errorem, negari nequeat, quin testatoris voluntas impleta sit, qui alterum dari voluit, licet indebitè quidem solutum sit, ex eo quod electione vsus nõ est hæres ex notatis in. d. l. qui exceptionẽ. D. de condic. indeb. fit consequens euidentissimum ex prædicto iuris principio, vt nulla illius per errorem dati repetitio sit heredi concedenda, etiam vt aliud offerat, prout rectè decidit I. C. in. d. l. si is cui. 33 vers. tanquam. deleg. 2. * Ex quibus obiter infero in praxi, quod cum illiusmodi priuilegiũ legato damnationis antiquitũ datũ, Iustiniani constitutione conseruatum, ad reliqua quæcunq; pia legata & fideicommissa extẽsum

sit, præbeaturq; his legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesijs & ceteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt, vt cõstat ex. d. §. si. Instit. de oblig. quæ ex quasi cont. euidentè dicendũ est, decisionẽ tex. in. d. l. si is cui. vers. tanquam. procedere quoq; hodie saltem in pijs legatis: in profanis autem nõ ita, quia ius illud antiquum, quo fundatur decisio prædictæ. l. si is cui. restrictum est, vt dixi, ad pia legata duntaxat, per tex. in. d. §. fina. ita vt ea sit verissima & notanda cõclusio: quod si hodie illud aut illud piæ causæ legatum sit, & hæres alterum, putans illud tantum debere, soluerit piæ causæ, audiendus non est illud repetendo, vt aliud offerat, ex fundamentali & vnica ratione d. l. si is cui. vers. fina. deleg. 2. iuncta noua Iustiniani constitutione in. d. §. fina. Instit. de obligat. quæ ex quasi contra. cuius contrarium regulariter dicendũ est in alijs legatis non pijs, ex generali decisione tex. in. d. l. cum is. §. fina. D. de condic. indebit. quod priuilegium addendum est ad ea, quæ tradit And. Tiraquel. de priuilegijs piæ causæ. priuileg. 119. & priuileg. 125. & nota, quia elegans est ac valdè vtile.

Non etiam obstat textus in dicta. l. si is cui. deleg. 2. in principio: * vbi per vendicationem legatus est mihi stichus aut pamphilus: & tamen si cum stichum mihi legatum putarem, eum vendicauero, amplius mutandæ vendicationis ius non habeo. Nam respondeo: quod licet textus ille prima facie videatur difficilissimus, rectè tamẽ intellectus optimam

mam iuris rationem habet: etenim cum mihi legatur Stichus aut Pamphilus, eo ipso quod alterum volo (mea enim electio est. l. Lucio. delega. 2.) meus fit seruus ille ipso iure. l. apud Aufidium. in fine. D. de optio. lega. ac si ille solus pure legatus esset ex dicta. l. cum incertus. & que supra resolui. delegat. 1. cum notatis in. l. a Titio D. de furtis. & infra dicemus hoc eodem capite. Igitur in specie dicta. l. si is cui. vbi cunq; & quando cunq; legatarius voluit Stichum, & eum vendicauit, quamuis ignoraret vel alterum posse petere, cum negari nequeat, quin illum voluerit, quem vendicat, ipso iure legatarij fit ille Stichus ex dicta. l. apud Aufidium. D. de optione legata. cum ibi notatis. nec enim voluntas variari potest in legato, etiam si apponatur verbum, volens. l. huiusmodi. §. Stichum. vbi notatur. delegat. 1. legatarius autem dominus factus Stichi serui, iam impossibile manet, ut alterius serui Pamphili dominus fiat ex eodem legato: quia in legato non vterque seruus erat, sed alter ex illis duobus: cum igitur iam semel vnus serui dominus factus ille legatarij, alterius serui dominus esse non possit ex eo legato, planissimum esse ait Iurisconsultus in dicta. l. si is cui. quod mutande venditionis ius non habet: cum vendicatio non nisi domino detur. l. in rem. D. de rei vendicat. quod videtur sensisse Bartolus in dicta. l. si is cui. in fine. quamuis exacte non explicauit vim & decisionem illius legis. * Vtrum autem aliqua alia extraordinaria vel in factum actione agere possit lega-

tarius, ut vendicacionem solutio nemque rescindat propter errorem suum, & alterum (si velit) petat ab hærede, Iurisconsultus non disputat in d. l. si is cui. delegatis 2. nec presens erat illius rei materia & dubitatio: putem autem quod possit, sicut si ita stipulatus: Stichum aut Pamphilum, que volam, dabis? postea obliuione existimem alterum tantum stipulatum me esse, & eum petam: Nam existimo, quod possim in factum agere, ut quem velim iterum petam, ita ut quod de debitore per errorem solvente dictum est in dicta. l. cum is. §. finalis. D. de condict. indebit. in creditore quoque non eligente locum habeat ex vi & natura correlatiuorum, & commutatiue iustitie, quod est elegans pro extensione illius. §. finalis. & declaratione dicta. l. si is cui. delegat. 2. quorum iurium hæc est vera resolutio & interpretatio, que quid Doctores non intellexerint. Quin immo ad perfectam intelligentiam dicta. l. cum is. in. §. finalis. reducibilem ad praxim, valde nota duas elegantes considerationes Caroli Molinæ in dicto tracta. diuidui & in diuidui. 2. parte. questio. 7. num. 139. & nu. 140.

36 Insuper ex hac tota disputatione apte consequitur, * quod si illud aut illud legatur, vnum tantum debetur: nec mirum, quia & vnum legatum est, non duo legata, ut probat textus expressus in. l. si illud aut illud. in principio. delegatis. 2. vbi glossa Bartolus, & omnes Doctores. fietque inde, ut quemadmodum in alternatiua obligatione su-

pra

pra diximus, re altera soluta in alternatiua legato, decima non debeat iure Regio, quia non aliud pro alio, sed quod verè debitum est, soluitur: cessatque ita dubitandi ratio desumpta ex nota. in d. l. si prædiu. C. de euidio. & quia ut dixi, vnum legatum est, & vnum soluitur, non duo legata ex. d. l. si illud aut illud. deleg. 2. cui valde obstat tex. in l. planè. §. si ita Titio. deleg. 1. vbi ait I. C. quod cum illud aut illud legatur, duo legata sunt: quæ difficultas adeo stringit, ut miretur glo. in d. l. si illud aut illud. verb. vnum. quæ ait: * quod vnum legatum est, quia vnus præstatione liberatio contingit: sed duo legata sunt, quia duæ res nominantur in legato: & ista interpretatio ab omnibus approbatur communiter, ut constat ex Menes. in d. l. si illud. nu. 2. & videtur secutus Caro. Molinæ vbi supra 2. par. quest. 7. nu. 124. mihi autem non placet, quia aperte confutatur ex verbis I. C. in. l. cum illud. in prin. D. quando dies lega cedat. qui ita ait: *Cum illud aut illud legatur. enumeratio plurimum rerum distinctiuo modo comprehensa, plura legata non facit.*

38 Vnde ego aliter eum tex. accipio: * cum enim ita per vendicacionem legaretur: fundum Seianum, aut usufructum eius sibi habeto. legatarijque electio esset ex Vipia. in fragmentis. titu. delegat. vers. optione. velletque legatarius usufructum sine proprietate vendicare: oppositum illi est ex parte hæredis, quod aut totum fundum Seianum caperet, aut totum relinqueret: nam cum sibi legatus esset totus fundus aut usufructus, non videtur legatum

posse in toto usufructu consistere, cum legatarij electio esset: veluti cum damnatus est hæres decem aut quinque dare, in quinque tantum legatum consistit: quasi prudenter lex pro hærede aut legatario eligat: & prima facie melius est totum fundum capere, quam usufructum duntaxat: veluti melius est quinque, quam decem soluere. l. si ita relictum. 43. §. finalis. delega. 2. & l. inter stipulantem §. 2. & l. si ita. 109. D. de verb. obligat. sed adhuc inquit I. C. in dicta. l. planè. §. si ita. delegatis. 2. quod non vnum legatum est, scilicet licet fundus Seianus duntaxat, ac si fundus tantum legatus esset: quo casu non posset legatarius legatum diuidere, & usufructum duntaxat vendicare. l. 4. delegat. 2. sed inquit Iurisconsultus, quod duo legata sunt, scilicet, hoc aut illud: quasi clarius dicat, non vnum legatum est, hoc est, non vnâ res legata est: sed duo legata sunt, hoc est, duæ res legate sunt, prout videtur explicare tex. in. l. Lucio. 23. delegat. 2. Itaque verbum legata, non substantiue accipio, ita ut dicat duas esse donationes à defuncto relictas, quod esset contra tex. in. l. si illud aut illud. delegat. 2. sed duæ res alternatiue legate sunt, vno scilicet legato & donatione. & ideo inquit I. C. quod ex arbitrio poterit legatarius usufructum vendicare. In summa ergo intelligendum est, quod in dicta. l. planè. §. si ita. delega. 1. non dubitabatur, vtrum cum illud aut illud legatur, vnum aut duplex legatum sit, hoc est, vnâ aut duplex donatio: sed an duæ alternatiue, vel vnica tantum res in vno legato essent deductæ in ea-

spe-

ic: secundum quod respondet I. C. quod duo legata, hoc est, duæ res legatae sunt, quamuis vnum legatum, vnaque; donatio à defuncto relicta duntaxat esset ex d. l. si illud. deleg. 2. & erat iustissima dubitatio, quã dixim⁹ ex d. l. 4. deleg. 2. quãque; cadere non poterat in. l. si quis feruū §. si ita legerur. deleg. 2. vbi ita legatum est: sempronio decem, aut si noluerit, hominem Stichum lego. quocasu tex. ait, duo legata esse, sed vno contentus esse debet. quod ex eo est, quia licet in alternatiuis vnū tantum legatum sit, tamen ibi specialiter duo sunt, quod sentit I. C. dum ait, *hoc casu: ex eo quia cum ibi vnum datum sit, si alterum noluerit: potius vnum pure, & aliud sub conditione datum est, quam electio legata.*

39 Atque; in eum sensum d. l. plane. §. si ita Titio. deleg. 1. intelligo quoque; tex. in. l. si Titio fundus, 10. D. de vsu & vsuf. lega. vt hoc solū intendat I. C. docere, quod quãdo ita legatur: fundū & eius fundi vsum fructum do lego. non vna res legata sit, scilicet fundus plena proprietate, sed duæ res, scilicet fundus plenus, & eiusdem vsum fructus per se: ita vt optimè possit vel solum vsum fructum vendicare: quod non posset facere, si solus fundus fuisset legatus ex supra dictis. * Vnde planè intelliges falsam esse sententiam Bartoli in eadem. l. si Titio. & in. l. 1. in princ. D. de iust. & iure. vbi Iason eum latè declarat. num. 2. versi. primò quãdo ponitur inter incompatibilia. asserentis in d. l. si Titio. copulatiuam & pro disiunctiua vel, ad scriptam esse. quod nulla efficax ratio suadere potest. effectus crit maximus, quod quando ita legatur,

fundum aut eius vsum fructū do lego: prout legatum est in d. l. plane. §. si ita Titio. deleg. 1. si vnum fructum eligam, non poterò potestã fundi proprietatem petere, quia alterum legatum est, d. l. si illud aut illud. delega. 2. at vbi ita legatur, fundum & eius vsum fructū do lego: si vsum fructum prius agnoscam, adhuc fundum petere poterò, scilicet sine vsum fructu, qui iam meus est ex lucratiua causa, quia vtrūque; mihi legatum est. & ita videtur sentire tex. ille in d. l. si Titio. ibi: *Si vero vsum fructum habere malueris, & proprietatem fundi repuleris, solum vsum fructum habebit: quasi si non repuleris, sed adhuc velit proprietatem, non habebit vsum fructum solum, sed & dominium fundi, cui consolidabitur vsum fructus ex. §. fina. Instit. de vsum fructu.*

Præterea & in eundem sensum d. l. plane. §. si ita. delega. 1. eleganter infero ad intellectum tex. difficilimi in. l. si quis ita. D. de auro & arg. legato. vbi Paulus I. C. ita scribit, *Si quis ita legauerit: uxori meae mundum, ornamenta, seu quae eius causa parauit, do lego: placet omnia deberi, sicut cum ita legatur Titio: Vina quae in vrbe habeo, seu in portu do lego: omnia vina deberi. Hoc enim verbum, seu, ampliandi legati gratia positum est.* Ecce qualiter in eo tex. copulat dictio, seu, cui⁹ tamē natura est distinguere. l. 1. §. sublata. D. ad Treb. & l. generali. C. de sacrosã. Eccle. * sed fauore vltimæ voluntatis copulatiuam esse resoluit communis doctorum sententia, vt constat ex dicta. l. si quis ita. A qua sententia merito plurimi secesserunt dicentes, quod in dicta. l. si quis ita. mirum non est,

est, dictionem seu, non distinguere sed copulare, quia posita est inter genus & speciem: & ita explicat Couarr. lib. 2. variarū. cap. 5. num. 10. * Sed certè nisi viri doctissimi & dignissimi auctoritas obstitisset, falsissima mihi esset illa interpretatio, cum concedat in eo text. dictionem seu, quae est disiunctiua, contra naturam suam copulare: quod falsum est, semel quia illi doctores non assignarunt rationem specialitatis in dictione seu, magis quam in dictione vel, & simili: tum quia in eum sensum doctorum fieret, vt in dicta l. si quis ita. legatarius non posset vinum eligere, quod esset in portu, repudiando vinum ciuitatis: ne legatum diuidat contra tex. in. l. 4. delegat. 2. nam si cui vinum omne legetur, non poterit is hoc vel illud duntaxat capere, sed aut totum agnoscere, aut totum repudiare debet. l. 2. ver. si autem. delega. 2. quod quidem falsum est in dicta. l. si quis ita. quia poterit eligere ex dicta. l. plane. §. si ita Titio. delega. 1. sed & aliter eum text. tentat intelligere, nec se benè explicat, Mencha. de suc. prog. lib. 3. §. 27. n. 21.

Verus ergo, & natiuus intellectus est ad dictam l. si quis ita. D. de auro & arg. lega. * quod non interest, adiecta sit dictio seu: prout alijs communis dicebat, an verò dictio, vel, aut, & si qua similis adijciatur: quia verissimum est in ea. l. si quis ita. dictionem seu, distinguere, prout eius natura fert. Ergo quod Doctores illi dixere, text. illum procedere ex eo, quod dictio (seu) adiecta sit inter genus & speciem, laudandum est & verissimum,

prout optimè probat Præses Couarr. vbi supra. quamuis falsò dicant ex eo esse copulatiuam: quia immò, vt dixi, disiungit in eo text. nam ita legatum est: Titio vina, quae in vrbe habeo, seu in portu do lego: in qua specie legatarius volebat omnia vina ex illa parte alternatiua, quae in vrbe habeo: quae locutio omnia vina comprehendit, etiã quae in portu sunt. l. Cesar. D. de publi. sed heres dicebat, quod eum ita legatum esset: vina quae in vrbe habeo, seu quae in portu: vitus est testator non putasse, legato vino vrbis, se & vinum quoque; potest legare, vt aliquid operetur disiunctio, & alternatiua (seu) argu. text. in. l. heres meus. §. 1. de lega. 3. & l. 1. in princ. D. de auro & arg. leg. videaturque; ita, quod aut debeat eligere vina portu, aut vina vrbis sine portu. sed respondet I. C. quod omnia vina debentur, quia illa particula alternatiua (seu quae in portu habeo) non est eo animo adiecta, vt alteram partem restringeret, vt volebat heres: sed potius ampliandi legati gratia: quae verba non intelligas, id est, maioris explicatio nis gratia, vt fieri solet, quoties posito genere species singularem adijcimus. sed intellige propter electionem, vt quod vnū legatum indiuisibile erat legatis vinis, quae in vrbe erant, nihilo alio expressio, sic vt non posset hoc vel illud vinum capere ex dicta. l. 4. delega. 2. per adiectionem disiunctiua diuideret, & duas res legatas efficeret, ad hoc vt vel ista sola vina, quae in portu esset, posset accipere reliquis repudiatis per. d. l. plane §. si ita Titio. delega. 1. & hæc est verissima interpretatio ad dictam

1. si quis ita. D. de auro & arg. legato que sufficiant pro expositione tertij intellectus ad dictā. l. si quis ita stipulat. D. de solutio.

Tandem his prævisis & resolutis in hac materia, tempus est, ut redeam ad propositam questionem & quidem principalem huius capituli, circa decimam in terminis text. in dicta. l. si prædiū. C. de euictio. * & cerè quicquid Bertachinus dixerit in supra allegato tract. de gabellis. 3. membro octauæ partis principali questione. 4. num. 9. ex datione in solutum gabellam tanquam ex vera venditione deberi: longè aliud dicendum videtur his fortissimis argumentis.

45. Primo, * quia debitor vnam rem pro alia re vel pro quantitate debita, volenti creditori soluens, magis distrahit, quam contrahit argu. text. in. §. is quoque verfic. sed hæc species. instit. quibus mo. re. contrahit. nam vna pro alia (si contrahentium voluntas non deficiat) functionem recipit. l. 2. §. marci datio. in fine. sumpto argumento à contrario sensu. D. si cert. pet. & quasi res ipsa debita, soluta videtur, text. in princip. Instit. quibus mo. tolli. oblig. ac proinde tam efficax liberatio contingit ipso iure, ac si ipsamet res debita solueretur, ut tradit Bartolus in. l. si hæres. 100. contra glos. fina. ibi delega. 1. quamuis illæ species natura sua fungibilem permutationem non recipiant, quam recipiunt genera. l. sed si certos. delega. 1.

45. Secundo, * quia tantum abest, ut datione in solutum alia venditio fiat, quod dubitatum fuerit, an etiam pristina venditio irri-

taretur in specie. l. pretij causa. C. de res. vendit. & notat Barro. in dicta. l. 2. in prin. D. si cert. pet. 47. Tertio, * quia text. in dicta. l. si prædiū. C. de euictio. solūm dicit, negotium quoddam esse vicem & similitudinem venditionis obtinens: propter quod vtilis ex empto actio datur, nec directa competit, ut in. l. eleganter in principi. D. de pigno. act. quod fauore eius inductum est, qui solutionem sibi fieri permisit ad arbitrium & iuxta commoditatem debitoris, quem noluit ad speciem debitam adstringere: quod autem vnius fauore inducitur, ad rationē decimæ alteri onerolam trahi non debet. l. quod fauore. D. de legib. & Reg. odia. de reg. iu. atqui si datio in solutum vicem venditionis obtinet ex dicta. l. si prædiū. sequitur, quod nō est venditio: quia nullū simile est idē. l. quod Nerua. D. depositi. & aliud est esse tale, vel haberi pro tali. l. mercis appellatio. vbi glo. & Barro. D. de verb. sig. Barto. in l. si marit. §. 1. D. ad legē Iuli. de adult. immo omnis similitudo est quoddam figmentū rei, & nō propriè res ipsa, inquit Bald. in. l. 1. in fi. C. de patri. qui filios distra. & tamen verba dicta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. quæ ex venditione decimā pretij solui iubet, in propria non in ficta significatione accipi debet. l. 3. §. hæc verba. D. de nego. gestis. & ita in expresso, quod datio in solutum non sit propriè venditio, notat glossa in. l. 13. verbo *per otra heredad.* titu. 10. lib. 3. fori. Tiraque. de retrat. ligna. §. 1. glo. 14. & Hispani doctores in. l. 79. tauri. Nec obstat, quod in dicta. l. si prædiū.

dicta. C. de euictio. datio in solutum dicitur esse contractus: & sic videtur apparere, quod qui aliud pro alio soluit, nedū distrahat, ut ego supra dixi in primo argumento, sed & contrahat quoque: quia explicandū videatur illud verbum *contractus*, pro ut se ipsum explicat textus in. l. cum dominam. C. de pigno. ibi: *domine contractus & voluntas*, quæ quidem verba pro eodem scripta sunt, sic ut contractus pro voluntate ponatur, non pro contractu vero, de quo in. l. labeo. §. contractum. iuxta communem intellectum. D. de verb. sig. & facit. l. omnem. 20. cum glossa ibi. D. de iudicijs. ex quibus videtur, non malè hanc partem elegisse Barladorium lib. rerum quotidiana. cap. 3. §. 2. num. 30. qui tamē eo solo fundamento motus est, quod datio in solutum non propriè venditio est: ac proinde decimam deberi non posse existimat, deuians à Bertachino vbi supra.

Verum in contrarium est, (ut iam retuli) prædicti Bertachini auctoritas in dicto loco: & ultra cum Caro. Molinæ in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. 3. glossa: §. ex nu. 46. in quest. 10. vbi in questione & materia huic nostræ simillima ex communi doctorum sententia resoluit, quod datio rei in solutum pro pecuniario debito non tam est similis venditioni, quam vera & propria venditio, ut pote cum omnia substantialia concurrant, scilicet consensus, res, & certum pretium, ut notant Bartolus & Bal. in dicta. l. eleganter. in principi. D. de pigno. act. & ideo quidquid dicitur de

emptione & venditione; habere locum in tali datione in solutum, ut not Cynus, Bald. Saly. & Pau. in. l. libera. C. de sent. & interloq. om. iud. Ioan. de imola consil. 8. num. 7. & alij plures: & latè à prædicto autore in dicto loco. num. 47. * Que sententia ultra quod pluribus fundamentis fulciri potest, valde adprobata est in hoc Regno ex longa praxi, quæ habet, ut ex datione rei in solutum pro alia re debita, duplex decima debeatur, quasi permutatio sit, & locum habeat dispositio. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilatio. pro pecuniario autem debito, vna decima dependatur, quasi ex vera venditione: vnde vix est, ut ab hac vltima opinione queam discedere in iudicando, & consulendo.

Sed ut controuersia ista componatur, & fundamentis prioris sententia planissimè satisfiat, sic ego distinguo: * quod aut aliud pro alio soluitur à debitore consentienti & volenti creditori, & tunc nedum solutio sit, sed & contractus quoque: quia cum ego possem rem specificè debitam soluere, & tu recipere: noluissem eam, sed rem aliam soluere, & tu quoque malueris aliud recipere, quam quod verè & specificè debitum tibi est: nemo dicet, id solum nos agere, ut soluatur debitum & solutio obligationis contingat: quia si id solum voluissemus, rem ipsam debitam ego soluere & tu reciperes: sed id quoque egisse nos, ut quod vtilius mihi esset, retinerem alio dato: & tu reciperes, quod tibi esset vtilius alio remisso: quo modo impossibile est intellige-

re, quin nedum solutio debiti continget, sed & contractus venditionis aut permutationis contrahatur, quia sic aliud pro alio soluendo quidam alius actus & contractus occultatur, celebriter agendo, vt in l. 3. cum notatis. D. de donatio. inter viru. Ictenim illud actum intelligitur, quod tibi soluerem re debitam, & tu recepram redderes mihi pro alia re vel pecunia: vt autem ille circuitus euitaretur, vno actu egimus, vt vnum pro altero solueretur: quae occultatio rem ipsam non mutat, quominus vere contracta esse venditionem aut permutationem dicamus, & exinde decima Regalis debeatur. * Ex quibus satis responsum manet primo fundamento, quo in contrariam partem conitebantur dicentes, cum qui aliud pro alio soluit, magis distrahere, quam contrahere: nam haec praedictis constat vtrumque facere, nempe distrahere soluendo debitum: & contrahere quoque hoc pro illo dando, iuxta supra dictum intelligendi modum. & ut contingit quoque; (licet non sic aperire) in solutione debiti per errorem facta in dicto. §. is quoque; ver. sed haec species. Instit. quibus more contrah. & §. item is cui. Instit. de obliga. quae ex quasi cont. nas. & est textus elegans in l. si in area. ver. nam is, qui sic debet intelligi. D. de condict. in deb. in quibus iuribus soluendo quis contrahit.

Nec etiam obstat secundum illud argumentum, quod desumpsimus ex dubitatione tex. in l. pretij causa. C. de rescin. vend. quia quicquid ibi dubitatum sit, vera

decisio est pro hac nostra sententia: nempe, quod in specie dicta. l. pretij causa. adhuc prima venditio manet, quasi vere pretium in numerata pecunia solutum esset, & iterum ea pecunia a venditore redderetur pro pecoribus, secundum quae supra diximus: Ita quod in ea lege duo facta sunt, Primum, solutio pretij debiti ex prima venditione: & Secundum, venditio pecorum pro pecunia illius pretij: * vt absque dubio duplicem decimam deberi ibi, dicendum sit: vnam a venditore priori iuxta quantitatem pretij in pecunia definitam: & alteram ab emptore solvente pecora pro solutione pretij, quia pro eadem pecuniam quantitatem vendere ea pecora intelligitur. Vnde etiam ac tertio intelliges, propriissime stare verbum illud, contractus, in dicta. l. si praedictum. C. de euctio. quia, vt supra dixi, vnum pro alio soluendo, nedum distrahatur tollendo obligationem, sed & contrahitur quoque; vnum dando, & aliud retinendo.

Quod si (vt aliud distinctionis membrum accedamus) * vnum pro alio soluat, non ex communi debitoris & creditoris consensu, sed eis inuitis, vel praeter eorum voluntatem: vt quia vel debitor non habet aliud, quod soluat, nec potest comparare rem debitam, vt in specie text. in Auth. hoc nisi debitor. C. de solutio. & casibus notatis per Bart. & doct. in l. 2. §. mutui datio. nu. 2. D. si cert. pet. iunctis ijs, quae ad dictam Auth. hoc nisi debitor. resoluunt. Baeza de inope debitor. cap. 1. ex n. 46. Auferitis in Cape. Thollosa. questio. 68. & Greg. Lupus in l. 3.

in l. 3. tit. 14. part. 5. vel quia creditor in defectum solutionis, bona debitoris executioni subiecta iuxta stilum. l. fina. tit. 2. l. lib. 4. Recopil. adiudicari sibi fecit pro debito, cum nullus emptor reperiretur, iuxta notata in l. si finita. §. postea quam autem. D. de damno infecto. & l. a diuo Pio. §. si pignora. D. de re iudica. & l. fina. tit. 27. part. 3. & tunc, cum nihil aliud agatur ijs casibus, quam debitum solui, & obligationem tolli, minime dicendum puto alio pro alio soluto venditionem aliquam, permutationem uel contractum deficientem partium consensu, argu. text. elegantissimi in dicta. l. si in area. D. de condict. in deb. vbi ex eo, quod ex defectu consensus partium, non potuit intelligi interuenisse quasi contractus ille, qui in solutione per errorem facta interuenire solet, iuxta tex. in §. ite is. Insti. de obli. quae ex quasi contra. docet & infert. C. indebiti conditionem non nasci. ac proinde * constat in hoc speciali casu recte dixisse Moralium in l. 13. ver. por otra heredad. in fina. verbis. tit. 1. o. lib. 3. forti. dationem rei in solutum vicem venditionis aut permutationis non habere ad hoc, vt tacita venditio, aut permutatio contracta esse intelligatur. & per consequens eo casu existimo, optima ratione dicendum esse Regalem decimam non deberi: & limitandam esse generalem traditionem Berrachini & Molinai vbi supra, quod valde etiam nota ad quaestionem, de qua infra cap. 11. infi.

Quin immo ex praedictis ortam fuisse intelligo communem regulam praxim, quae habet: * vt ex ad-

iudicatione rei executioni subiecta in fauorem creditoris facta, iuxta text. in dicto. §. si pignora. decima non exigatur: scilicet (vt ego interpretor) quia necessaria quaedam solutio, & debiti satisfactio est praeter emendi aut vendendi animum, quod ex alia tamen ratione tenuit Berrachinus in dicto tract. de gabellis. 3. membro octauae partis prin. quest. 4. num. 10. quem refert & sequitur Parladori dicto cap. 3. §. 2. nu. 29. nempe quia (inquiunt) re addicta creditori per iudicem debito cognoscere nullus potest esse contractus, qui gabelle locum faciat, eo quod in iudicio non proprie contrahitur, sed quasi, l. 3. §. idem scribit. D. de peculio secus autem esse dicunt, si in publica subhastatione alteri extraneo, aut etiam ipsi creditori pluri licitanti, res illa executioni subiecta venderetur: quia tunc pura & vera venditio contrahitur & est, ac proinde nulla iusta ratio allegari potest, quo minus Regalis decima debeatur, quae generaliter ex venditione debetur.

Sed quauis, vt dixi, praedictorum sententia & distinctio placeat; communi praxi recepta sit, ratio (qua mouetur) ne utiquam placeat potest: quia si adiudicatio illa creditori facta iuxta d. §. si pignora. de se est verus venditionis contractus, nihil impedit, quo minus ita sit decretum iudicis: nam & in subhastatione illa per decretum iudicis venditio celebratur, cuius medio dominus rei, contra quem facta executio est, vendidisse censetur: factum enim iudicis exequetis, ipsi met partis esse iudicatur l. 1. C. si in cau. iudi. pig.

54

si ob causam. D. de euictio. & de profectitia dos. D. de iure dot. tradit Baldus in repet. l. pater filium. num. 4. D. de inoff. test. & Alexa. in consilio. 11. viso processu. lib. 5. * ideoque, nulla dubitatio est, quin ex ea subhastatione & iudiciali venditione gabella debeat, ut præter Bertachi. & Parador. in præallegatis locis, tenet Auenda. responso. 13. num. 4. inspecta scilicet persona domini debitoris, iuxta ea quæ dicemus infra cap. 15. num. 9. & est text. expressus in l. 9. tit. 11. lib. 5. Recopilat. quæ erat l. 70. tauri. ubi fit mentio gabellæ ex huiusmodi iudiciali venditione soluendæ. & bonus text. in l. 7. inquit. gabell. quæ est. l. 5. tit. 18. lib. 9. Recop. ubi specialiter cauetur, quod ex rebus venditis ratione bullæ Cruciatæ, decima non debeat: cum tamen certum sit, eiusmodi venditionem debere iudicalem esse iuxta tradita in l. 2. tit. 10. lib. 1. Recopilat. ergo in contrarium est iuris regula. l. generali. §. uxori. cum notatis. D. de usu & usufru. lega. Nec obstaret, quod prædicta venditio fieret in iudicio, per quod non contrahitur, sed quasi, ex dicta. l. 3. §. idem scribit. D. de peculio. quia licet verissimum sit, ex litis contestatione, & ex sententia iudicis non proprium contractum, sed quasi contractum procedere, ut ibi eleganter docet Bartolus: tamen id intelligitur ex vi, & effectu ipsius sententiæ, quæ solam quamdam in factum actionem producit, qua condemnatus tenetur stare sententiæ. l. actori. C. de rebus creditis. nec ideo sequitur, quod si per senten-

tiam iudicis iubeatur, venditionem aliquam, aut permutationem, vel alium quemcumque, contractum fieri, contractus isti perderent suam naturam, eo quod ex sententia prodirent, & cum veri contractus sint, quasi contractus fierent, ut ex eis Regalis decima soluenda non foret: quod minimè dici debet argu. eorumque de venditione ex testamento facta dicemus infra capit. 16. num. 29.

56 Itaque si quæras, * cur ex adiudicatione bonorum creditori facta gabella non debeat, cum tamen debeat ex subhastatione publica, & in terminis dictæ l. si prædium. cum supra resolutis. C. de euictio. sic aio: quod prædicta adiudicatio est quædam necessaria solutio vnus pro altero, præter voluntatem partium ex necessitate negotij contingens; ac proinde non potest aliqua siue voluntaria, siue necessaria venditio resultare ex ea solutione, ut expresse tradit text. elegans in l. si pignori. 29. ver. non idem. D. fami. ercis. ubi adiudicatio & emptio pro diuersis ponuntur: ultra quod, ut ibi dicitur, adiudicatio necessaria est, & emptio voluntaria. In qua ratione non intelligas me dicere, ex eo decimam non deberi eo casu, quia necessaria venditio est: etenim si venditio aliqua esset siue quidem necessaria, siue voluntaria, minimè dubitarem, quin decima pretij ex ea deberetur: cum nulla lege reperiantur exceptæ immunesuæ factæ necessariæ venditiones, prout resoluam inferius cap. 19. num. 98. Sed dico, quod cum eo casu necessaria

necessaria solutio sit vnus pro altero, & nulla alia mens & intentio soluentis & recipientis sit, quam obligationem tollere & soluere, ut constat ex prædictis, ne utiquam extrâ eorum intentionem resultare potest alius actus, nec vel qualis qualis venditio, ex doctrina. l. si me & Titium. D. si cert. pet. & tradit dicta. l. si pignori. ex venditione autem per Subhastationem tertio facta ideo debetur gabella, quia licet iudicialiter fiat ex decreto & sententia iudicis, vera quidem & spontanea ac propria venditio est ab ipso scilicet iudice, qui loco debitoris est ut dixi, & ab emptore licitæ contracta, ut patet ex l. 1. & l. 2. C. de fide instru. & iure hastæ fis. lib. 10.

Verum tamen animaduertendum est, * quod prædicta iudicialis venditio non statim contracta & perfecta est, cum res addicitur pluris licitanti per sententiam iudicis, iuxta terminos. l. si na. tit. 21. lib. 4. Recopilat. ut statim decimæ locus fiat: quia immo is debitor, in quem facta executio est, poenitere potest, & a venditione rerum suarum facta recedere, soluto debito creditori, vel emptori intra tres dies in rebus mobilibus, & intra nouem dies in immobilibus, iuxta longam huius regni consuetudinem cuius meminit Castellus in l. 70. tauri. verb. *del remate*. & refert ac sequitur Couarr. lib. 2. varia. resolut. cap. 11. num. 3. & Didac. Peretius in l. 4. colu. 1072. tit. 8. lib. 3. ordina. & Io. Matientius in l. 9. glo. 3. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Unde consequitur, quod cum decima Regalis non debeat

tur, nisi cum semel perfecta venditio est, ut latè tradidimus supra cap. 3. absque dubio dicendum sit, quo casu debitor soluat, quod verè debuerit, & a venditione recedat intra illa legitima tempora, Regalem decimam non debere, quia semper imperfecta venditio fuit, prout rectè velle & sentire videtur Castellus in prædicta. l. 70. tauri. verb. *del remate*. ibi. quia interim venditio non est perfecta, cum res vendita extrahi potest per debitorem: ac proinde inferit ibidem, locum non habere retractum consanguinei: & obiter quoque inferre videtur idem fore de gabella, ut scilicet non debeat, dum allegat glossam in l. 2. tit. 10. lib. 3. fori. loquentem de gabella, ut ex ea patet: quauis verè ea glossa in his terminis non loquatur, sed generaliter de venditione nulla, aut imperfecta, iuxta glossam finæ. in fine. in l. 3. eiusdem tituli & libri fori. & in hac resolutione ego resideo, quam puto veram, * dum notem ampliamdam non esse ad casus, quibus extrâ ea tempora superiores iudices decreuerint, soluto debito creditori per debitorem, restituenda ei esse sua bona subhastata ac vendita: quia cum illud fiat ex gratia potius, quam ex iure, ut benè notat Couar. dicto cap. 11. num. 3. præiudicare non debet gabellario, cui ius questum est legitimo tempore transactio ex prædictis. Præsertim, quia si iure aliquo fiat ea rescissio, erit quidem ex remedio. l. 2. C. de rescin. vendit. & l. 1. titu. 11. lib. 5. Recopilat. siue vera quidem, siue præsumpta læsio sit, ut iuxta

communem Castellæ stilum & praxim notat Menesius in dicta l. 2. Codicis. num. 31. rescissa autem venditione ex eo remedio iam satis constat decimam debere adhuc, prout latè trademus infra cap. 14. num. 13.

Cæterum non præteream, in huiusmodi iudicialibus venditionibus, ex quibus locum decimæ fieri diximus, * prius deducendam esse decimæ quantitatem, & ex reliqua pecunia satisfaciendum creditoribus fore, pro qua parte sufficiat: nam deducto eo, quod explicandarum venditionum causa in proxenitis, præconijs, & gabellis impenditur, patrimonij quæritas computatur. l. quantitas. vbi glo. & Doctores. D. ad legem falci. & l. quod privilegium. versic. plane. D. de depositi. & tradit expressè Doctor Azencado in l. 10. num. 2. ad finem. tit. 6. lib. 3. Recopilat. resoluens aliud esse in decima executionis propter textum expressum in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recopilat. contra Auenda. in cap. 17. Prætorum. num. 10. lib. 1. idque ego verum esse intelligo, etiam si quantumcunque privilegiatum & hypothecarium debitum sit illud, pro cuius solutione facta executio est, etiam si fiscale sit: quia adhuc prius est solvenda decima huius venditionis gabellario, quam priori creditori, fiscoque satisfiat ex principali debito. Quod ut verè & radicatus intelligatur, præmitto speciem, quæ nuper accidit, & de qua ipse consultus fui in Taurinensi civitate, cuius modò est Prætor dignissimus Pater ac dominus meus. Lope à Laffarte.

& Molina, illiteratus quidè, sed acerrimi vir ingenij, ac summæ prudentiæ: ea est huiusmodi.

60 Gabellarius * mēbri hæreditaria conuenit venditorem pro gabella, quæ ad eū pertinebat, & in illi^o bonis mobilibus, quæ sola habebat, facta executio est, & ex decreto iudicis venditio eorum celebrata pro maiore & oblato pretio, quod tamen vix sufficiebat debito exequentis satisficere: ecce venit gabellarius mēbri rerum mobilium, & petit ex pretio illius iudicialis venditionis prius sibi satisfieri pro sua decima: & quod ex reliquo debitum suum consequatur prior gabellarius exequens, siue sufficiat, siue nō. & iuuabatur ex præhabita resolutione. d. l. quantitas. & l. quod privilegiū. At prior gabellarius allegabat, quod vtrumque debitum æque esset fiscale & privilegiatum: ac proinde secundus gabellarius non deberet vti privilegio suo. l. assiduis. §. fina. C. qui potiores in pig. habea. de qua re latè agit Tiraquellus de privilegijs pie causæ. privileg. 26. ex num. 4. deberetq; potior esse, qui prior esset tempore, iuxta text. & notata in l. si cum pecuniam. C. de privileg. fisci, & que tradit Anto. de Fano de pigno. 5. parte principa. 2. mēbro. num. 42. Ego verò post longam cogitationē perpēsis iuris principijs quæ in re parua etiam pecuniæ necessaria sunt, dicendum ac iudicandum esse existimaui, omnimodò ex hac iudiciali venditione hunc proprium rerum mobilium gabellarium pro sua decima esse præferendum in distributione pretij: * quod ut dicere,

61 illud

illud prius cogitaueram, quod quotiescunque venditio aliqua contrahitur, gabellaria lex videtur ipso iure pretium minuere in parte decima, ita ut statim a principio decima pars pretij fisco gabellariouè adquiratur iuxta determinationem l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopi. & reliqua pretij pars venditoris fiat: atq; ita minime posse anteriores creditores pretendere ius aliquod pignoris, aut prælationis in ea parte pretij, quæ Regiam decimam tangit, cum ex hoc nunquā fuisse venditoris apparere videatur argu. textus in l. lineam margaritarum. vbi glossa verb. remanere. D. ad legem Falci. & l. 1. §. si quis. D. quorum legato. cum concordantibus vbi expressè dicitur, quod lex falcidia, quæ statuit quartam partem bonorum hæredi relinqui, ipso iure diuidit eam partem, & rescacat a legatis, ita ut legatarij nō in solidū totius rei legata domini fiant, sed ex sua parte duntaxat, scilicet deducta ea, quæ heredem tangit propter falcidiam: quò fiet, ut in ea materia, quamuis legatarius de facto reciperet totam rem integram legatam, & in eū irruerent creditores, circa eam quartam partem falcidiæ præferendus sit heres, quia verè ea pars nō legatarij debitoris, sed heredis est: ac proinde nullo iure prælationis aut anterioritatis poterit à creditoribus excludi in rei suæ persecutione argu. text. & que ibi doctores notant in Auth. fina. C. qui potior in pig. hab. * Sed certè, licet hec videretur bona consideratio, vera non est: quia immò lex gabs-

llaria pretium venditionis, aut actionem ad pretium competentem ipso iure non rescacat, aut minuit diuiditue: quin potius totum pretium integrum venditori debetur ab emptore: & is est, qui solus potest ex vendito agere ad pretium integrum, non fisco, nisi ratione pignoris, quod in bonis venditoris habet, ut mox dicam: nihil enim fisco cum emptoribus extra casus expressos in l. 3. i. & l. 3. 2. tit. 19. lib. 9. Recopilat. sed solus is habet, aut gabellarius conditionem ex lege contra venditorem per text. in dicta l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. Nam nec decima ecclesiastica ipso in re rescacat fructus, ut tradit Petrus Rebuffus in tracta. de decimis. que tit. 9. num. 7. ac proinde videtur manere questionis difficultas: quia cum solutum & exactū istud pretium, totum venditoris fiat, videtur, quod in eo (sicut in re sui debitoris) præuenerit causa pignoris prioris gabellarij pariter privilegiati, iuxta textum & notata in l. 3. C. de privileg. fisci. & quæ notat glossa in l. is qui. verb. respondisse. D. de iure fisci. ibi. iteni si tam fisco. & Fanus de pignori. ybi supra. num. 42. præmisso pro constanti, quod semper gabellarius habet ius pignoris contra vendites fisci nomine, per textum in l. aufertur. §. fisco. D. de iure fisci. & dicemus infra in cap. 18. num. 54.

Sed adhuc reassumendo prædictam considerationem, & in proposita conclusione persistens aio: * quod licet lex gabellaria ipso iure non rescacat pretium

stium, aut actionem ad pretium, quia (vt dixi) tota competit venditori: aduerendum est, quod non acquiritur venditori ea actio libera, sed laesa quidem cononere decimae, quod ex vi legis gabellarum resultat in venditorem vsque ad decimam partem totius pretij, eo ipso quod vendidit, iuxta dictam. l. i. Recopil. cum notatis supra cap. 3. est enim velut seruitus quaedam contractibus istis imposita, vt nota uimus supra in praefatione in fine. num. 29. quod sane onus sic vigilat ex legis agilitate, quae in instanti & velocissime operatur. l. Iulianus nosse. vbi omnes notant. D. de condit. & demonst. & bene tradit D. Franciscus Sarmientus lib. 2. selecta. in corp. capit. i. num. 23. vt tam cito fit lesa actio cononere Regio, quam venditori acquisita: etenim ex illo actu venditionis, vno & eodem tempore duae leges operantur, nempe gabellaria onerans venditorem ad decimae solutionem ratione contractus: & ciuili lex quae ex contractu legitime celebrato actionem ex vendito ipsi venditori parat ad pretij consecutionem iuxta. l. i. & totum titulum. D. de actio. empti. ita vt licet vtraque lex praecedentem actum venditionis requirat, vt operetur: tamen consecuto, instantaneè qualibet earum producit effectum suum in fauorem illius, cui fauet absque vlla anterioritate alterius: Quod * satis apparebit similimo
 64 exemplo desumpto ex. l. legatum ita. de lega. 2. vbi quamuis ad veram legati acquisitionem legatario faciendam, & ad consecutionem iurium hereditatis in heredi-

dis fauorem, vnus & idem actus aditionis hereditatis requiratur iuxta. l. a titio. D. de furtis. & l. ea quam. cum notatis. C. de fidel. eom. & l. cum haeres. D. de adquire. posse. constat, quod haereditate aduente, sic vniformiter & eodem tempore illae duae leges operantur, vt licet statim adita haereditate omnia iura testatoris in haereditate transeant, dicta l. cum haeres. minimè dici possit, haereditatem dominum fieri rei per venditionem legatam: quia tam cito operatur lex legatario fauens, quam lex haerediti consentiens: & ita fit legatario res legata, siquidem in eius dominum transit ipso iure per haereditis aditionem, vt nunquam (nec momento quidem) fuerit haeres eam consecutus, vt optimè probat dicta. l. legatum ita. in fine. delega. 2. & dicta. l. a titio. D. de furtis. ibi. *quid ea quae legantur*. & text. elegans in. l. sed di. damnum. alias l. peculium. la. 2. y. sed & creditor. D. de peculio. quae sic debent intelligi. Igitur ad propositum, cum semper ab initio actio illa ad pretium non libera adquiratur venditori, sed comitata & onerata semper eo onere Regalis decimae, fit consequens euidentissimum, vt nullus creditor preferri queat in toto pretio integro, sed deducta prius ea parte, quam onus decimae seu gabellae absumit & exhaurit. Nam deducto eo onere, cum quo acquirit pretium venditor, pretij commoditas computari debet iuxta notata in. l. non amplius. de legatis. 1. & id solum habere seu acquirere intelligitur iuxta dictam. l. quantitas. D. ad legem falci. & ita teneo ad quod bene

benefacit. l. 2. in prin. cum notatis. D. de rebus eorum, qui sub tu te. cum resolutis per Pinel. in. l. 1. 3. parte. nu. 5. C. de bonis mat. & Sarmient. lib. 3. Selecta. cap. 8. & circa hanc materiam iudicialis venditionis addenda est pulchra illa quaestio, quam infra resoluam cap. 13. num. 19.

Vltimò in materia istius capituli non malè dubitari potest de illa eleganti quaestione, quae habet: * an si aliquis in tantum rem propriam obliget iure pignoris pro mutua pecunia recepta, vel in plus quam res ipsa valeat, ita quod luitiois spes reliqua non sit, ac proinde alienata res esse videatur, vt dicit text. in. l. qui habebat. in fine principij. delegatis. 3. vbi Bart. & glossa notant. & Menesius in. l. praedia. num. 8. C. de fideicom. decima regij iuris debeatur: & quidem videtur non deberi propter contractuum pignoris & venditionis discrimina. & si alienatam rem esse dixerimus; gabellamque ideo vt ex venditione deberi, iam erit ablata debitori offerendi debiti facultas, reique petendae ius debita pecunia soluta. Sed in contrarium urget, quod pignus & mutuum in fraudem decimae simulata esse videantur, & in effectu venditio celebrata: qui effectus inspiciendus potius est, quam verba contrahentium attendenda. l. i. C. plus valere quod agitur. & l. i. tit. 17. li. 9. Recop. Adhuc tamen, cum inter pignoris & venditionis contractus longa differentia sit, eaque magni effectus, magis puto in hac specie regulariter decimam non deberi, nisi aliter constet de fitione, fraude, & simulatione: quo casu ad

materiam fraudis & simulationis contractuum erit recurrendum, vt alias dixit l. C. in l. quidam voluit. D. ad S. C. velleia. & ad ea, quae de probatione fraudis in materia gabellarum tradit Hypoli. singu. 698. quem allegat Didac. Peretius in rub. tit. 2. lib. 8. ordinaria. pagi. 34. colu. 2. Illud autem dixerim, quod si res tanti pignoretur, quanti valeat, & postea per longum tempus cessauerit debitor in luitiois, cum rectè possit redimere, quae est propria species dictae. l. qui habebat. de legatis. 3. iuxta. l. si seruus depositus. quid est. D. de noxalibus. nec ipse creditor petat debitum, potius iudicabitur venditionem fuisse a principio celebratam, quam pignus contractum: nisi res esset maiorum suorum illius debitoris, quia tunc propter rerum auitarum affectum semper durat luitiois spes, ex notatis per Tiracquel. de retr. ligna. in praefatione num. 36. in fine. atqui vbi incidit quaestio haec, discretus iudex estimabit ex rerum, temporum, & contrahentium qualitate, ac statuendum sit, * ita vt si verè a principio pignus fuisse intelligatur, quamuis deinde debitor pecuniam soluens se emere assauerit, & verba ipsius & creditoris in venditionem sonent, vt quia forte creditor potestatem vendendi haberet iuxta. l. non est nouum. D. de adqui. rerum do. & quae alias de iure communi & Regio circa pignorum distractio nē refert Olanus in Antinomias. litera. P. num. 30. adhuc iudicetur, non venditionem, sed hypothecae pignoris uel liberationem esse, vt

esse, vt ex Cyho & Baldo in. l. 1. num. 2. C. si seruus extero. tradit Caro. Molinaus in consue. Parisi. tit. 1. §. 22. quæstio. 16. nu. 60. quæ doctrina signanda est: ad multa enim proderit in hac materia, vt in alia quæstione meminimus infra cap. 13. num. fina. & in cap. 10. num. 19. in fine.

Summa capituli

octau.

- 1 **R**eo principali ad mercem obligato, non potest fideiussor in pecunia intercedere ex communi sententia.
- 2 Traditur differentia inter obligationem rem dari, & aliquid fieri.
- 3 Ponderatur pro communi l. græc. §. si quis stichum. D. de fideiussor.
- 4 Refertur Pauli Castrensis sententia contra communem.
- 5 Refertur alia Pineli sententia in hac re.
- 6 Improbatur Pineli intellectus ad textum in dicto. §. si quis.
- 7 Laudatur & defenditur expositio glossæ ad eum.
- 8 Explicatur vera ratio textus in dicto. §. si quis stichum. & tota materia difficultas eleganti distinctione componitur.
- 9 Limitatur & declaratur communis doctrina, quæ habet, debitorem quantitatis respectu certa speciei, perempta specie liberari.
- 10 Traditur verus intellectus ad l. si ita D. de fideiussor.
- 11 Colligitur summaria resolutio totius materia.
- 12 L. tit. 16. lib. 5. Recopilat. nedum in principali obligatione, sed & in fideiussoria locum habet.
- 13 Necessaria adhuc est hodie disputatio

- I. C. in dicta l. si ita.
- 14 Acutissime exponitur Iuliani mens in dicto. §. si quis stichum. non satis a Marcello I. C. animaduersa.
- 15 Male notatur Iulianus a Marcello, & non bene arguit Marcellus contra Iulianum in dicto. §. si quis stichum. ver. denique.
- 16 Reo principali ad mercem obligato, si fideiussor in pecunia intercedens, eam pecuniam soluat gabella non debetur.
- 17 Assignatur elegans quadam limitatio.

An aliud pro alio soluat, vt decimæ locus fiat, in l. si ita. D. de fideiussor.

CAPVT. VIII.



Fideiussor, qui dicitur fideiussor, quæ dicitur fideiussor, nouimus, qualiter ex datione in solutum Regalis decimæ debetur, aut non: verum non male dubitatur, an datio in solutum fiat pecunia pro merce mutua recepta, iuxta terminos. l. si ita. D. de fideiussor. ita vt eo casu obseruanda sint ea, quæ in superiori capitulo adnotauimus. atqui vt quæstio hæc apertius intelligatur, de vero illi legis intellectu agi oportet, est enim per difficilis, & adusque a doctoribus non intellecta: cuius verba hæc sunt: Si ita fideiussorem

fideiussorem accepero: quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua esse iubes? non obligatur fideiussor: quia in aliam rem, quam quæ credita est, fideiussor obligari non potest: quia non vt æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce æstimanda est. Quibus verbis apertè satis videtur exprimere I. C. fideiussorem in pecunia posse intercedere, licet reus principalis ad mercem teneatur, quasi pecunia ex æstimatione & quæritate, quæ in ea magis, quam corpus attenditur. l. si is cui. in princ. D. de solutio. & per quam omnia æstimat, & ad æqualitatem reducit. l. 1. D. de contr. empti. eadem cum re principaliter debita censetur.

In contraria verò sententia est Accursius in ea. l. si ita. verb. potest. * existimans, quod immò si reus principalis mercem debeat, non oportet fit fideiussor pecuniã pmittere: quæ ibidem expressè sequitur Bartolus explicando id verum esse; cū reus principalis tenetur dare, secus autem si facere teneatur, ex ratione glossæ ita volētis in. l. si quis pro eo. glo. 1. ver. sed si facta. D. de fideiussor. & eā differentiam inter obligationem rem dari, & aliquid fieri, expressè (licet breuiter) scripsit quoque glo. in. l. cū fili. verb. neuter. in fi. D. de verb. oblig. & secuti sunt omnes DD. cōiter, putat refert Ias. in. l. 2. §. mutui datio. nu. 4. D. si cert. pet. * qui omnes mouentur per text. difficilem in. l. græc. §. si quis stichum. D. de fideiussor. vbi dicitur, quod si quis stichum stipulatus fuerit, & fideiussorem ita acceperit: stichum aut decem fide tua esse iubes? inutilis est fideiussor.

iussio ex nota Marcelli, eo quod in aliam obligationem acceptus est fideiussor: nepe (vt videtur) in aliam rem, nā licet in sticho cōcurrat, in decem variant reus principalis & fideiussor: quæ quantitas si eadem censetur cū sticho principaliter debito, iuxta ea quæ supra considerauimus in principio, nullavideretur esse ratio, propter quæ fideiussio illa, de qua in d. §. si quis. in prin. iure non procederet, cessante scilicet alto incōueniente per Iulianum animaduersio ibi, nepe quod durior sit in ea promissione fideiussoris obligatio, quam mortuo sticho adhuc maneret obligatus ad decem, cū tamē reus principalis omnino liberaretur perempta specie, quæ principaliter ab eo deberetur, ex. l. si ex legati causa. cū nota. D. de verb. oblig.

Tamē quia ex hac communi doctorum sententia, & intellectu valde stringitur immò violatur textus in d. l. si ita. D. de fideiussor. qui in ratione sui, apertè demonstrat reo principali ad rem obligato, rectè posse fideiussoris obligationem ad pecuniã fieri, propterea quod ea per vim æstimationis rebus omnibus adæquetur: * Paulus de Cast. recedit à communi glossæ & Bart. intellectu in. d. l. si ita. apertè ex ea colligēs, quod si reus principalis ad pecuniam obligetur, non possit fideiussor ad mercem intercedere: secus e contrario. Sed hoc ita obseruandum intelligit, quādo principalis ad æstimationem quoque officio iudicis teneretur, vt quæ ad id in obligatione dādivētū esset reperēpta post mortem, vel quæ res promissa haberi non posset, iuxta notata in. l. vinum. D. si cert. pet. & l. si ex legati causa. & l. si seruū. §. fina.

finā. D. de verbo. obligat. qui in
fellectus prius fuit Baldi in d. l. si
ita. verū hoc nullam dubitatio-
nem habere possēt, nec cōuenit
verbis Iuriconsulti in d. l. si ita.

Vnde generaliter eam Pauli
Castrē. sententiam contra cōmu-
nē, *tenet Pinelus in Rub. C. de
reici. vend. 1. part. cap. 3. nu. 19.
aliquibus rationibus confirmās.
nec ob stare inquit tex. difficilem
in d. l. Græcē. §. si quis stichum.
quia ibi I. C. non videtur irrita-
re fideiussionē, quasi sit de diuer-
sa re pro qua parte pecunia pro-
mittitur: sed quia sub diuersa for-
ma obligationis cōcepta est: cū
principalis obligatio esset sim-
plex ad vnā rem, fideiussoria au-
tem duplex & alternatiua, quæ
aduersus iuris regulas fideiusso-
ris causam duriorē reddit. * Sed
certē ista respōsio, & intellectus
Pineli prius fuit Bartoli in eo. §.
si quis stichū. & ab omnibus me-
ritō reprobatur: etenim licet ea
diuersitas, si inter respōsionem
& interrogationem contigerit,
iure vitiet stipulationem, vt in l.
1. §. si quis simpliciter. D. de ver-
bo. obligat. tamen inter obliga-
tionē rei principalis & obligatio-
nem fideiussoris nihil obest: mo-
dō durior nō fiat fideiussoris cō-
ditio, vt satis probatur in ead. l.
Græcē. §. idē Iulianus. vers. sed
etsi reum. vbi si reus ad illud &
illud copulatiuē, purē ac simpli-
citer obligetur: bene potest fide-
iussor ad illud aut illud alternati-
uē intercedere: sicut & reo prin-
cipali purē aut in diē certū obli-
gato, rectē poterit fideiussor sub
conditione promittere, ex ea. l.
Græcē. §. illud. vers. itē accepto.
atq; ita cō Bartoli interpretatio-

nem ad d. §. si quis. quæ Pinelo
placuit, iusta ratione reprehē-
dit Ioan. de Imola ibi.

Ex quibus finā adhuc hodie
est ea difficultas d. §. si quis stichū.
aut fateri debemus verā esse sen-
tentiam Accursij & sequaciū in d.
l. si ita. qui moti sunt p. tex. in d.
§. si quis. intelligētes in eo tex. p
bari, q̄ ideo fuit nulla fideiussio,
& in aliā obligationem accipivi-
sa est, quia cū reus teneretur ad
vnā rem, nempe stichum duntax-
at, fideiussor accipitur ad duas
res diuersas saltē alternatiuē, vi-
delicet in decē aut stichū: at qui
ita plus re obligari videtur, q̄ iu-
ris ratio non patitur in ijs, qui p
alijs obligantur, ex ea. l. Græcē. §.
illud. quē intellectum fuisse glos-
fē in d. §. si quis stichū. optimē ad-
uertit ibid. Io. de Imo. & in. l. hi
qui. nu. 3. D. de fideiuf. veriorēq;
esse putat contra Barto. & Ange-
lū in cod. loco: * & est mihi verif-
simus iuxta notā Marcelli I. C. in
cod. §. si quis. ver. denique. vbi vt
arguat in superiori casu à Iulia-
no proposito in principio para-
graphi, fideiussorem acceptum
esse in aliā, nedū in duriorē obli-
gationē, pponit prædictus Mar-
cellus aliū casum vt priori simi-
lem, in quo reperitur, q̄ licet du-
rior non sit fideiussoris cōditio
propter electionē quā habet, nul-
la adhuc est fideiussio, quia in a-
liā obligationem accipitur, put
idem esse in casu superiori Mar-
cellus aduerterat Iulianum no-
tans. Atqui certissimum & cui-
dens est in specie fideiussionis,
de qua in dicto vers. deniq;. vbi
reus est obligatus ad decem, &
fideiussor ad decem vel stichū:
in rem aliam, licet alternatiuē,
& cum

& cum electione, acceptum esse
fideiussorem, putā in stichū, qui
à reo principali non debebatur.
Igitur ex similitudine illorū ca-
sum, quos assimilat Marcellus
in d. §. si quis. apertē cōsequitur,
quod quemadmodum in hoc vl-
timo casu illius ver. deniq;. ex eo
constat inutilem fideiussionem
esse, quod & in aliam obligatio-
nem seu in rem aliam & diuer-
sam concipitur, putā stichum:
ita quoque intellexerit Marcel-
lus in casu superiori, nullam fuisse
fideiussionem ex eo, quod &
in aliam obligationem remque
diuersam acciperetur, putā in de-
cem, ad quæ reus principalis nō
fuerat obligatus. Item & ex ea-
dem æquiparatione iuxta Mar-
celli intellectum consequitur,
quod quemadmodum si in spe-
cie textus in dicto vers. deniq;. cum
reus principalis decem debebat,
& fideiussor acciperetur in
solo sticho simpliciter, inutilis
& inefficax esset eius obligatio,
vt quia in re planē diuersa inter-
cessisset. l. si à reo. §. si reo. ibi: *qua-
si in aliud.* D. de fideiuf. ita quoq;
intelligendū sit, quod si in prio-
ri casu illius. §. si quis stichum.
cū reus stichum deberet, fide-
iussor acciperetur ad illam solā
partem alternatiuæ, putā ad de-
cem, nulla quoq; foret fideiussio
eadem illa ratione, quasi in rem
diuersā obligaretur: quia in hoc
potissimū eas species & casus æ-
quiparauit Marcellus I. C. & tā-
de simili ad simile argumētatus
fuit in dicto. §. si quis. per totū.
Iuxta quem intelligendi mo-
dum, qui est verissimus & neces-
sarius ad eū tex. in d. §. si quis sti-
chum. in prin. cū d. vers. deniq;.

omnino destructa manet gene-
ralis illa Pauli Castren. & Pineli
sententia: vt potē quæ contrariā
habeat Marcelli I. C. notam ad
Iulianum, & apertam iuris deci-
sionē in dicto loco: & e contra-
rio firmissima manere videtur
glosæ, Bartoli, & omniū docto-
rum opinio in d. l. si ita. D. de fi-
deiusso. vt potē quæ expressum p
se habet tex. illum in d. l. Græcē.
§. si quis stichum. eo. titu. videtur
quæ ita tenendum cum commu-
ni, nisi valdē obstiteret tex. in d.
l. si ita. vbi vel ineptē arguit I. C.
vel id quidē satis apertē probat,
q̄ si reus deberet triticum, & fide-
iussor intercederet in pecunia,
valitura esset fideiussio. Vtraque
ergo sentētia & opinio iure fun-
datur, & à iure destituitur: neu-
tra igitur segura est.

Sed ego quidē in hac maxima
difficultate, & re tam vtili, quā
vsufrequēti verē existimo, distin-
ctione opus esse: per quā & con-
ciliabimus iura, & hæc docto-
rum controuersia componetur.
8 Sic ergo statuo: * quod si quis
stichum stipuletur, & fideiusso-
rem ita accipiat: de eo sticho cē-
tum aureos fide tua esse iubes?
inutilis fideiussio erit, quia licet
per pecuniam res omnes æstimē-
tur, & per æstimationem deducā-
tur ad equalitatem & ferē ad idē
titatem cū ipsa pecunia, vt sup.
diximus in prin. istius cap. & in
nuit d. l. si ita. D. de fideiuf. tamē
in illa specie nō ita erit, propter
eā q̄ cū reo principalis teneatur
ad speciem, eo modo intercedēs
fideiussor (in pecunia scilicet) ad
genus teneretur: quō fieret, quod
cum genus nunquam pereat. l.
incendium. C. si cert. pct. durior.

efficiatur, & sit eo modo fideius-
 soris cōditio, qui mortuo sticho
 adhuc maneret obligatus ad pe-
 cuniam, quæ nunq̄ perit, quāuis
 reus liberaretur perēpta specie à
 se debita, iuxta. l. si ex legati cau-
 sa. D. verb. obligat. & satis confi-
 derat tex. in. d. l. Græcè. §. si quis
 stichum. secūdūm Iulianum ibi:
 propter quod, licet regulariter
 pecunia per estimationem reb'
 omnibus adæquetur, sit eo casu,
 cū pecunia sit genus, vt adæqua-
 ri non possit speciei: & iusta ra-
 tione dicēdum sit, fideiussorem
 illum in rem aliam obligari, ac
 propterea inutiliter intercedere
 ex d. l. si à reo. §. si reo. ibi: *quasi in
 aliud.* quo vt verissimosupposito,
 iam vides quā iusta ratione p-
 cedat tex. in di. l. Græcè. §. si quis.
 vbi cū reus principalis tenere-
 tur ad stichum, fideiussor promi-
 sit stichum aut decem dare: & be-
 nē ait Marcellus, quod in rem a-
 liam obligatur propter decem si-
 mul promissa: nam etsi sola decē
 promississet, nulla foret fideiuf-
 sio ex supradicta causa.

Nec* huic considerationi ob-
 erit, si eleganter quis replicet,
 quod fideiussor intercedens in
 pecunia duriores conditionē
 non habet, quā principalis spe-
 ciei debitor: quia cum respectu
 illius certæ speciei fideiussor re-
 neat ad quantitatem, perem-
 pta specie illa debet liberari, iux-
 ta communem sententiam Bar-
 toli in. l. quod te mihi. nu. 4. D. si
 cert. pet. quem ibi omnes sequū-
 tur communiter, vt refert Iason
 ibidem. nu. 14. atq; ita videtur, q̄
 ex ea causa vitari non debet fide-
 iussio, nec impediri quominus
 pecunia per fideiussorē promissa

adæquetur speciei debita à reo
 principali: nam respōdeo, quod
 adhuc dicēdum est, duriores fo-
 re in ea causa fideiussoris condi-
 tionem, vt verē & apertē satis p-
 bat Iulianus I. C. in dict. §. si quis
 stichum. quem in hoc nō repre-
 hendit Marcellus. nec obstat illa
 communis doctrina in dicta. l. q̄
 te mihi. quia limitanda & intel-
 ligenda est, vt per Iasonem in ea-
 dem. l. quod te mihi. nu. 15. vers.
 ego dico. nempē eo casu, quādo
 debitor quantitatis respectu cer-
 tæ speciei, posset illam speciē in
 uito creditori soluere. At in no-
 stra specie, cū fideiussor solam
 pecuniam promiserit, eam solā
 debet, & eā solam poterit pro-
 se soluere, non speciem, inuito
 creditori, argu. eius, quod opti-
 mē tenet Ioan. de Imola contra
 Bartolum ibi, in. l. hi qui access-
 sionis. D. de fideiussor. licet verū
 est, quod poterit fideiussor & spe-
 ciem quoq; extantem principali-
 ter debitam soluere nomine rei
 principalis, sicut quilibet extra-
 neus, iuxta doctrinā tex. in prin.
 Instit. quibus modis tolli. obliga-
 tio. & ita per consequentias libe-
 rari reo principali liberato, l. fi-
 deiussor. D. de dolo. & latē dice-
 mus infra cap. 9. nu. 22. cū seq.

Quod* si (vt ad aliud membrū
 distinctionis mee reuertam) reus
 principalis ad genus aliquod te-
 neat, puta tritici modios ali-
 quos dare, vini, olei, vel alterius
 cuiusque generis, quod in pon-
 dere, numero, vel mensura con-
 sistat: vel fortē debeat homi-
 nem in genere, aut equum, vel
 aliquod aliud animal, vel ab-
 liquam aliam rem in genere:
 & fideiussor eius ita accipiatur
 de ea

de ea re debita decem aureos da-
 re. respondes: nō dubito, quin fide-
 iussio rectē valeat & teneat ea
 aperta ratione, quam tradit I. C.
 in. d. l. si ita. D. de fideiussor. quia
 cū eo modo vterq; teneatur ad
 genus, nulliusq; in ea re (saltem si
 de iussoris) peior conditio sit: &
 pecunia per estimationem reb'
 omnibus adæquetur: nulla erit
 ratio, propter quā ea fideiussio
 non teneat, quasi in vnā & eā-
 dem rem accipi videatur: & hoc
 est, quod tradit I. C. in d. l. si ita.
 vbi quā decē crediderat, sic fide-
 iussorem accepit: de ea pecunia
 mille modios tritici fide tua esse
 iubes? Et inquit I. C. quod nō o-
 bligabitur fideiussor, quia in aliā
 rem, quā quæ credita est, fideiuf-
 sor obligari non potest, prout in
 ea specie obligaretur. & volens
 I. C. rationem reddere, propter
 quam in ea specie videatur fide-
 iussor rem aliā & diuersam pro-
 mittere, sic ait: *quia non vt aestima-
 tio rerum, quæ mercis numero habentur,*
 (hoc est, quæ generaliter ven-
 di & aestimari possunt, non solū
 iuxta strictam significationem,
 de qua in. l. mercis. 66. D. de ver-
 bo. signi.) *in pecunia numerata fieri
 potest, ita pecunia quoq; merce aesti-
 manda est.* Quib' verbis apertē ex-
 primit I. C. non quidem à contra-
 rio sensu, sed aperto & plano in-
 telligendi & dicendi modo, q̄ si
 ē contrario triticum fuisset mu-
 tuo datum, & fideiussor in pecu-
 nia illud aestimāte intercederet,
 valitura esset fideiussio: & rectē
 ille obligaretur, quasi non in a-
 liam, sed in eādem rem fuisset ac-
 ceptus ex supradictis.

Itaq; in summam ex hac tota
 resolutione, & vera conciliatio

ne textus in dicta. l. si ita cū di-
 cta. l. Græcè. §. si quis. quæ adu-
 s' q; conciliatæ non sunt: * concili-
 liari quoq; debet communis sen-
 tentia, cum Pauli Castrensis &
 Pineli opinione vbi supra. Vt di-
 camus, quod aut reus debet spe-
 ciem: & fideiussor intercedens
 in pecunia nō obligabitur: quia
 cū ille ad speciem, hic ad ge-
 nus teneretur, fieret durior fide-
 iussoris obligatio cōtra iuris re-
 gulas: propter quā differentiā
 consequitur, q̄ eo casu pecuniam
 non adæquetur merci, & sic vi-
 deatur in aliam & diuersam rem
 fideiussor acceptus, procedatq;
 ita tex. in. d. l. Græcè. §. si quis sti-
 chum. D. de fideiuf. & cōmunis
 glos. Bartoli & aliorum sentētia
 superius relata num. 1. Aut reus
 principalis tenetur ad genus, vt
 dixi, & tunc fideiussor interce-
 dens in pecunia teneatur: quia
 cū non fiat eius conditio dete-
 rior, sic pecunia merci per aesti-
 mationem adæquabitur in ijs o-
 bligationibus, vt non in aliam re-
 & obligationem diuersam, sed in
 eandem intercessisse intelligen-
 tur, & ita procedat decisio text.
 & argumentum I. C. in d. l. si ita.
 D. de fideiussor. & Pauli Castren-
 sis sentētia ibi, & Pineli animad-
 uersio in loco superius allega-
 to num. 4. & 5.

Atqui notādum est, quod hec
 nostra resolutio non solum est
 quoad ius commune vtilis, sed &
 hodie iure Regio necessaria:
 Etenim licet iure nostro cau-
 tum sit, vt quomodocunque quis
 se obligare velit, obligatus ma-
 neat, ex. l. 2. titul. 16. lib. 5. Re-
 copilatio. * & istud nedum in
 obligatione principali locum

an regali decime locus fiat: quasi pecuniam in solutum mercis acceperim. quæ non minus iusta venditio iudicanda videtur, quæ cum rem aut mercem accipio in solutionem pecuniæ, iuxta. l. si prædium. C. de euictio. & quæ latè diximus in capite præcedenti. Sed adhuc dico, quod quamuis verum sit in specie dicta. l. si prædium. decimam deberi, in hac nostra quæstione deberi non potest: quia cū fideiussor, qui soluit pecuniam, mercem non deberet, & reus principalis, qui mercem debebat, pecuniam mihi non soluerit: nullum quidem negotium cum alterutro gestum esse in solutione videri potest, ex quo vel credi possit, aut fingi resultare venditio, argum. l. si me & Titium. D. si cert. pet. quia quod verè debitum est, soluitur à fideiussore, non aliud pro alio, vt in dicta. l. si prædium. meritò ergò nec decimæ locus erit. * Quod præcipuè procedet, vbi fideiussor suo nomine soluit, quo casu ipse solus per solutionem liberatur, nihilque factum esse à reo principali, qui mercem deberet, intelligitur ex communi sententia Bartoli in. l. Modestinus. D. de solutio. approbata per tex. in. l. i. tit. 12. part. 5. cum ijs, quæ infra dicemus cap. 9. num. 29. secus autem erit, si expressè fideiussor soluerit eam pecuniam nomine debitoris principalis, iuxta gloss. in. l. si quid. verb. suo nomine. D. de petitio. hæred. quia tunc, cum videatur pecuniam debitori dare, & ipsum debitorem principalem creditori soluere, vt in. l. indebitam. 47. D. de condiçt. indeb. & 178. quæ in simili notantur in. l.

certi condiçtio. s. si nummos. D. si cert. pet. ex fictione breuis manus, cuius passim in iure fit mentio, præsertim in. l. 3. s. fina. D. de donatio. inter vir. videri poterit negotium esse gestum cum debitore, non minus quam si ipse soluisset, vt in. l. si prædium. C. de euictio. dum modo libenter ita receperit solutionem ipse creditor, qui alias rectè poterit eam pecuniam à solo fideiussore debitam non accipere nomine rei principalis, qui non pecuniã sed mercem debet: atqui nemo inuitus cogitur aliud pro alio accipere, tex. in princ. Instit. quib' mo. tolli. obligat. Effectus est: vt si creditor in hac quæstione pecuniam accipiat à fideiussore ipsiusmet nomine, & tantam à seipso debitam, Regalem decimam non debeat: quia aliud pro alio solutum non est, vt dixi, sed quod verè & realiter debebatur: si verò accipiat eam pecuniã nomine debitoris principalis, Regia decima debeatur: quasi ei vendiderit pro ea pecunia mercem debitam, spontè scilicet accipiens aliud pro alio, iuxta. d. l. si prædium. & quæ latè diximus in cap. præcedenti: idq; per tertiam fideiussoris personam: nam vendere & quemcūq; alium actum agere sic hodie licet, ex. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. ibi: *O que fue hecha a otra persona priuada.* In l. 7. glo. 1. tit. 11. par. 5. & dicemus infra. cap. 15. q. ita intelligendum est, nisi fraus aliqua detegatur fieri ad occultandam venditionem eo mutui & fideiussionis colore quæsito contra. l. 11. ritu. 17. lib. 9. Recopilat.

Sum.

Summa capituli
noni.

- 1 **N** in specie. l. Modestinus. cum similibus. D. de solutio. Regalis decima acbeatur.
- 2 Carta de lasto Vera quadam actionū venditio esse potest.
- 3 Beneficium cedendarum actionum generaliter competit cuicumque debitori pro alio soluenti.
- 4 Generalis doctrina traditur ad cognoscendum, an actionum cessio venditionem habeat, necne.
- 5 Si duo fideiussores simpliciter accipiuntur, non sunt in solidum obligati, sed pro virili, ex iure Partitarum, vt Gregorius Lupus existimat.
- 6 Eodem illo iure, si fideiussores accipiuntur expressè in solidum, non prodest eis diuisionis beneficium, ex prædicto Gregorio, quamuis non renuntietur.
- 7 Reprehenditur Gregorius, exposita. l. 8. ritu. 12. part. 5.
- 8 Leges Partitarum ita intelligendæ sunt, vt ius commune non corrigant.
- 9 Opinio Gregorij, de qua supra nu. 5. quæ iure Partitarum falsa est, iure Ordinamenti & Recopilationis defenditur.
- 10 Qualiter admissa prædicta Gregorij sententia, de qua in dicto nu. 5. defendi possit ius nouum induci in. l. 2. ritu. 13. lib. 5. ordina.
- 11 Inutile esse ostenditur hodie beneficium epistolæ diui Adriani.
- 12 Si duo se hodie in solidum obligent, non est necessarium, vt prædictæ epistola renuntietur.
- 13 Refertur Gregorij interpretatio ad dictam. l. 2. ordina. vt scilicet in solis fideiussoribus intelligatur, non in:


- reis principalibus.
- 14 Verè intelligitur dicta. l. ordina. tam in reis, quam in fideiussoribus.
- 15 Declaratur in quo corrigat ius commune dicta lex ordina.
- 16 Diuisio dicta. l. 2. habet quoq; locum in promissione facti.
- 17 Correcta est hodie decisio rex. in Auihen. hoc ita. C. de duobus reis. nec eius renuntiatio est necessaria.
- 18 Traduntur tres notabiles conclusiones circa ius Regium in hac materia.
- 19 Eleganter declaratur, qualiter venditio fiat in. l. cum is qui. D. de fideiussor. & in. l. Modestinus. D. de solutio.
- 20 Iterum exponitur dicta. l. Modestinus.
- 21 Explicantur plurima iura ciuilia.
- 22 Quomocūq; soluat fideiussor, reus principalis & ceteri quoq; fideiussores liberantur, contra communem distinctionem.
- 23 Reprobatur communis intellectus ad dictam. l. cum is qui.
- 24 Verè exponitur & ponderatur contra communem eius intellectum, dicta. l. cum is.
- 25 Ponderatur & exponitur. l. sed et si serui. D. de fideiussor.
- 26 Ponderatur & exponitur tex. in. l. & per iusurandum. s. fideiussori. D. de accepilat.
- 27 Traditur multarum legum intellectus & interpretatio.
- 28 Dispositio dicta. l. Modestinus. generalior est, quam doctores putant: nam & in fideiussoribus procedit contra communem.
- 29 In quo differat ius Regium. à iure ciuili in hac materia, declaratur.
- 30 Exponitur. l. 1. s. nunc tractemus. D. de tute. & ratio. distrah. & concordans esse ostenditur cum dicta. l. Modestinus.

31 Im

- 31 *Improbatur noua Caroli Molinai doctrina, & intellectus ad dictam. l. Modestinus.*
- 32 *Resoluitur ex actionum cessione, quae Carta de lasto appellatur regalem decimam non deberi, si pecunia deberur.*
- 33 *Exponitur. l. 34. ibi. Ni de la moneda amonedada. titu. 18. lib. 9. Recopilatio.*
- 34 *Lex imponens gabellam venditori rei suae, non habet locum in eo, qui rem sibi debitam vendit: & quaere.*
- 35 *Declaratur dictum Parladorij circa decimam ex venditione actionis.*
- 36 *Ex annui redditus venditione cur decima debeat.*
- 37 *Immunitates concessae lege regiae aliquibus rebus venditis, locum habent in actione vendita ad eas res competenti.*
- 38 *Hereditate vendita, quid sit quod venit, eleganter exponitur.*
- 39 *Si in hereditate vendita res aliqua privilegiata reperiantur, earum immunitas seruanda est.*
- 40 *Traditur elegans declaratio propter gabellam ad. l. si actum reris. D. de actio. empti.*
- 41 *Ex venditione iuris incorporalis, quod nullam rem corporalem secum trahit, gabella non debetur, ex communi praxi, quae ad seruitutum & aliorum iurium venditiones consideratur.*
- 42 *Temporis permutatio de qua in. l. cum constet. §. fina. D. de aqua quotidia. immunitas est.*
- 43 *Fami venditores qui sunt: & ex eorum facto (ut ex imaginaria venditione) gabella non debetur.*
- 44 *Cur ex renuntiatione publicorum officiorum pro pecunia, decima non debeat.*

An ex cessione actionum: & cuiusque iuris, actionis, & hereditatis venditione decima debeat.

CAPVT. IX.



Vn generali lege definitum sit, ut ex quacunque venditione Decima

ma pretij exigatur fisci nomine a quocunque venditore, & ex quacunque re, ut constat ex. l. 2. quater. gabella. ibi: *De todo lo que se vendiere.* Iuncta. l. 1. titu. 17. & l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. & considerabimus infra capit. fina. in princ. * Iustissimè dubitari potest, an decima debeat in specie. l. Modestinus. D. de solutio. vbi si creditor duos reos debendi habens, vnum ex eis conueniat in solidum, iuxta titu. D. de duobus reis. & illi parato solvere totum debitum, vel etiam post solutionem debiti, prius tamen conuentione habita de cedendo, actiones in alterum cedat, actionum pretium recipere, & earum venditionem contrahere censetur. Idemque licet dubitare in fideiussoribus, iuxta. l. fideiussoribus. 27. & l. cum is qui. 36. D. de fideiussor. & l. cum alter. C. eod. titu. l. cum possessor. D. de censibus. & iura similia. quae actionum cessione vulgari sermone *Carta de lasto* appellatur: & istius quidem rei disquisitione,

tio vel maximè aduerti debet, est enim frequentissima, ut admonet Iuriscōsultus in. l. legauit. D. de libe. lega. * Atqui indubitabile videtur, quod gabella debeat, cum veram & perfectam venditionem esse satis appareat ex dictis iuribus, & l. si dubitet. in princ. ibi: *nominis venditio.* D. de fideiussor. & l. fideiussor. 32. in fine princ. D. de nego. gestis. & l. soluitur. §. fin. vers. aliud. D. quibus mo. pig. vel hypo. solui. tenerq; ita expressè gabellam deberi co casu Angelus Perusinus in dicta. l. Modestinus. nume. 2. D. de solut.

Sed pro cognitione & resolutione perfecta huius materiae & quaestionis aduerte, quod non ex omni actionum cessione venditio supradicta contrahitur: & ut verè intelligatur, praemittendum est, * quotiens quis in solidum contra plures agere potest, & alterum ita conuenit, regulariter teneri huic solidum soluenti in reliquos actiones cedere. l. in creditore. D. de euct. cum notatis in. l. cum is qui. vbi glossa. verb. praestat. & Angelus rectè declarat, num. 2. D. de fideiussor. tradunt omnes in dicta. l. Modestinus. & est textus in. l. 11. titu. 12. parti. 5. quod persapè nimium utile est debitori soluenti propter ius exequendi, quod per cessionem contra alios consequitur, ex latè resolutis per Auilef. in capit. 10. Prætorum. verb. *Execuciones* nume. 38. * Totiens autem in huiusmodi cessione venditio est, quotiens nisi ita obseruaretur, actionum cessione non teneret, aliàs secus: nisi cum expressè venditur actio-

certo pretio iuxta titulum. D. de actio. & hered. vend. & dicemus infra nume. 35. ut autem cessionis modus, quae de agimus, patere queat, iterum sciendum est, quod plures possunt in solidum ad vnum & idem debitum obligari principaliter, vel accessorie, quod satis expeditum est qualiter fiat de iure communi: sed quia de iure Regio, quod magis obseruandum est. l. 1. Tauri. & l. 3. titu. 1. lib. 2. Recopilatio. hoc non satis patet, ante omnia id disquirere oportet: nam & perse erit utile, & ad introductionem nostrae quaestionis necessarium.

Itaque quamuis iure illo communi certissimum est, plures fideiussores simpliciter acceptos in solidum obligari, ut constat ex. l. inter fideiussores. D. de fideiussor. & §. si plures. Instituo eodem titulo. * pro virili tantum parte obligari de iure Regio Gregorius Lupus existimat in l. 8. per textum ibi. titu. 12. parte. 5. quia inquit, ea lex huiusmodi obligationem inter eos diuidit. Ex qua resolutione duo notabilia colligit: Primum, quod vbi simpliciter fideiussores obligantur, epistola Diui Adriani hodie necessaria non sit, quia iam ipso iure diuisa est obligatio lege Regia. * Secundum, quod si fideiussores expressè obligentur in solidum, non proderit eis praedictae epistolae beneficium, nec erit necessarium ut illi renuntietur, ea ratione, quia inquit, Epistola Diui Adriani solum loquebatur, vbi fideiussores simpliciter obligantur: & quamuis verum est, quod

quod de iure communi locum habebat ea epistola etiam quando expressè in solidum acciperentur, ut probat. l. non rectè. C. de fideiussò. tamen illud erat ex eo, quod cum fideiussores obligarentur in solidum, etiam si id non exprimeretur, ut constat ex dicto. §. si plures. & eo casu epistola locum haberet, ut dixi, necesse erat, ut ad illum quoque casum epistolæ beneficium extendere, quo se expressè in solidum obligassent: quia id solum exprimebatur, quod aliàs tacite inerat, & huiusmodi expressio ius mutare non solet. l. 3. C. de fideiussò. & l. 3. delegatis. 1. quæ ratio cessat ex noua decisione dictæ legis Partitæ.

7 Ego*vero existimo eam Gregorij interpretationem ad dictam l. 8. Partitæ falsam esse: quia licet eum sequantur Ioan. Matientius in. l. 1. glòf. 2. num. 3. titu. 16. lib. 3. Recopilat. & Villalobos in antinomia. litera. F. num. 110. & ibidem Olanus nu. 32. ego non inuenio ex quibus verbis illius l. 8. ius nouum colligatur: cum in ea lege solum referantur ius & verba constitutionis Diui Adriani, prout constat ex ea. l. 8. iuncto textu in. §. si plures. Instit. de fideiussò. atque ita solum reperio statui in ea lege, quod in epistola diui Adriani erat statutum: scilicet, quod creditor non possit petere nisi pro parte, repellendus exceptione, prout obseruabatur in prædicta epistola inter fideiussores. cum similibus. D. de fideiussò. non quod pro parte sit obligatio ipso iure diuisa, ut falso dicit Gregorius: & aperte constat ex ipsamet. l. 8.

vbi dicitur, id locum habere, vbi omnes essent soluendo tempore litis contestatæ, quæ sunt verba Adriani relata in d. §. si plures. aliàs autè quod vnus soluere non poterit, ceteros fideiussores onerat ex dicta lege Regia: quod esse non posset, si ipso iure diuideretur obligatio, ut inquit d. l. inter fideiussores. aut daremus, quod obligatio cuiusq; esset in pendentem, aut obligandus esset pro virili duntaxat, ut quia omnes essent soluendo tempore litis contestandæ: an esset obligandus pro maiori parte, ut quia aliquis ex fideiussoribus non posset soluere vergens ad inopiam, quod esset ineptum dicere. Itaque verissimum mihi est, quod ad istud nihil noui disponi in d. l. 8. Partitæ. sed epistolam diui Adriani transcripam esse, prout expressè voluit Anto. Gomecius. 2. tomo varia. resol. cap. 13. nu. 15. vbi eam legem allegat tanquam concordantem iuri communi: & regulare est, ita nos debere eas leges intelligere, ut ius commune non lædant, aut corrigant, ut admonet inter alios Couarr. lib. 1. variar. resolutio. cap. 14. num. 5.

8 Sed quod falso dixit Gregorius Lupus de iure Partitarum iuxta d. l. 8. titu. 12. part. 5. * Verissimum hodie est, & omnino seruandum attento iure Ordinamenti, quod & ipse Gregorius allegat in d. l. 8. verbo. *cada vno*. aperte enim decisum extat in. l. 2. tit. 13. lib. 5. Ordina. quæ est. l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopilat. quod fideiussores simpliciter accepti, pro virili parte non in solidum obligentur. quod est euidentis & necessarium argumentum contra Gregorium,

10 rium, ut intelligamus non fuisse istud dispositum in dicta. l. 8. tempore Regis Alfonsi decimi earum legum autoris, ut diximus supra in præfatione huius operis. num. 18. aliàs enim frustra illud ut nouum & quasi ius commune corrigens, longo post tempore Henricus quartus statuisset in di. l. 2. ordina. * nisi dicas, quod lex illa Partitæ diuidebat actionem inter fideiussores duntaxat, qui essent soluendo, secus inter reliquos, prout videtur colligi ex ea lege: At prædicta lex ordinamenti indistinctè diuidit inter omnes, prout admissa Gregorij sententia non malè aduertit Olanus in antinomia. litera. f. num. 37. & hoc fit, quod de nouo inducat lex Hærrici: sed adhuc quæ superius diximus, veriora sunt.

Itaque attenda. d. l. 2. ordina. verissimæ sunt omnes Gregorij illationes, de quibus in dict. l. 8. verb. *cada vno*. * verum est enim, quod si simpliciter se obligent fideiussores, necessaria non erit eis epistola diui Adriani, quia ipso iure diuisa est obligatio. si verò non simpliciter, sed expressè in solidum se ipsos obligauerint, illud noto: quod quamuis de iure communi eo quoque casu epistoladiui Adriani subueniret. di. l. non rectè. C. de fideiuss. contrarium est hodie obseruandum, non solum de iure nouo prædictæ. l. 2. ordina. & dictæ. l. 1. Recop. quæ obligationis modum, ut cunq; illa contracta fuerit, expressè seruandum esse aiunt, ut bene notat Io. Matientius in. d. l. 1. Recopil. glo. 3. Sed & iure quoque Partitarum, quo Gregorius loquitur, propter expressam decisionem dictæ. l. 8. tit. 12. part. 5. quæ

12 eo casu, quo expressè obligarentur in solidum fideiussores, diuisionem non admittit, non tam ex ratione Gregorij supra relata. n. 6. quàm ex ea fortassis, quod crederet lex illa Partitæ, satis renuntiatum esse diuisioni eiusque beneficio, eo ipso quod expressè quilibet fideiussor promitteret, se daturum facturum uel esse in solidum, quicquid aliàs subtili iure obseruasset Imperator in. d. l. non rectè. * Estque ita verissimum quod Gregorius ait in. d. glòf. non oportere necessarium uel esse creditoribus, ut fideiussores, qui se expressè in solidum obligassent, diuisionis beneficio renuntiarent: quia inquam, eo casu talè diuisionem lex ipsa partem non admisit, in hoc solo ius nouum inducens: quam secuta est, saltem non emendauit. d. l. 2. ordina. ver. *saluo*. Vnde & illud quoque intelliges, non esse cur putet glossator in. d. l. 1. Recop. gl. 3. vtilem fore hodie renuntiationem illam eo casu, quo expressè in solidum se obligauerint fideiussores: quia licet aliquid obijci posse videatur contra dictam. l. 1. Recopilat. ut intelligamus in ea hoc decisum non esse, ut ille ait: nulla dubitatio esse potest, quin attenda dicta. l. 8. partitæ. in prin. necessaria non sit carenuntiatione ex supra dictis: quod aduertisse, aliquando poterit esse vtile in praxi, ut notat Olanus in dicta antinomia. litera. f. num. 37.

Præsertim, quia tantum abest, quod quis possit obijcere prædictam. l. 1. Recop. non loqui in fideiussoribus, sed in duobus reis debentibus (ut ille glossator timet) * quod Gregorius Lupus in dicta. l. 8. Partitæ. verbo. *cada vno*. existimauerit necessarium esse, eam

legem intelligere in ijs, qui accessorie obligantur, non in ijs qui principaliter tenentur: quia inquit, si de reis principalibus lex illa ordinamēti loqueretur, nihil de nouo induceret, quod iuri communi esset contrarium, propter antiquam decisionem text. in l. reos. §. cum in tabulis. D. de duobus reis. Sed vtrumq; potius dicendum est: * nam lex illa generaliter agit de ijs, qui se obligant: et ita nō minus de ijs, qui principaliter obligantur, quā de reliquis, & ē contrariō intelligenda est, vt scilicet in dubio, nisi aliud expressē agatur, pro parte & vitiliter obligari cōseantur. quod ita intellexit Dida. Peretius in dicta. l. 2. ordina. dum se remittit ad notata de duobus reis. & tenet quoq; contra Gregorium Io. Gutierrez de iura. confirm. 1. parte. cap. 23. num. 10.

Nec obstat consideratio Gregorij, quasi iā illud pridē dispositū esset de iure cōmuni in duobus reis, per text. in di. l. reos §. cū in tabulis. * Quia ea lex loquitur, quādō non cōstat de modo promittēdi, sed tātum reperitur scriptum, duos promississe aliquam quātitatem, vt verē intelligit glossa fina. ibi. at modi sunt de iure cōmuni, quibus si se obligēt duo plures uē, correi efficiuntur, ac perindē in solidum obligantur, licet expressē illud nondicāt, vt cōstat ex resolutis per Bart. & omnes in l. 2. D. de duobus reis. & §. duo. Instit. eo tit. & latē per Rōchegallū in dicto §. cū in tabulis ex n. 70. quos modos, quicunq; illi sint, corrigat & tollit di. l. 2. ordina. quē vult, vt generaliter & indistinctē intelligantur obligati

pro parte, nisi expressē obligentur in solidū: atq; ita quāuis appositū sit distributiū, quilibet, aut verbū, eadem, vel simile, nō proderit, correcto iure communi de quo per Ant. Gomet. 2. tomo varia. resolut. cap. 12. nu. 1. & Doctores vbi supra. Nec habebit hodie locum dispositio text. in dicto. §. duo. Instit. de duobus reis. nisi expressē in ea verborum cōceptione, de qua ibi, verbum *in solidum* apponatur, quod est notabile ad eas leges Regni. * quas obiter nota in quacūq; promissione procedere etiā facti, quod de sui natura indiuiduum est. l. vbi autem. §. qui id quod. D. de verb obligat. qualiter verō illius obligationis diuisio inter promittentes fiet, agit Grego Lupus in l. 10. tit. 12. part. 5. glos. 2.

Atqui, quem admodū diximus sublatū esse hodiē beneficium diui Adriani, * ita quoq; dicendum est, correctā esse hodiē decisionē text. in Auth. hoc itā. C. de duobus reis. quā dicebat, quod quamuis cōuēntū expressē esset inter reos, vt quilibet teneretur in solidum, nihilo minūs si ambo essent idonei, nō nisi pro parte conueniretur: etenim in prædicta. l. 2. ordi. & dicta. l. 1. Recop. expressē statuitur, vt pactum & modus obligationis obseruetur omnino: Quō fit, vt necessaria nō sit illius authenticæ renūtiatio, quo casu se expressē aliqui in solidū obligauerint, vt bene notat Io. Gutierrez vbi supra cap. 23. n. 10. quicquid Tabelliones ad maiore cautelā renūtiationes istas quotidie interponant.

Igitur ex hac tota resolutione vel maxime tres istę conclusio-

nes notandę sunt: * Prima, quod dicta. l. 2. ordi. ius nouum induxit generaliter tam in principaliter obligatis, quā accessorie. Secunda, quod dicta. l. 8. Partite solum trāscripsit ius commune, dispositionem nouam non inducens, nisi in derogatione dictę. l. non rectē. C. de fideiusso. Tertia, quod tunc demum duo plures uē, siue principaliter, siue accessorie obligantur in solidum ad idem debitum, si ita se expressē obligent, aliās pro parte obligari intelliguntur: quicquid de iure communi & Partitarum aliud esset dispositum, vt satis constat ex supra resolutis.

Quibus præhabitis, ad nostrā principalem quæstionem veniamus hoc exemplo: * Pone, quod duo plures uē fideiussores expressē se mihi in solidum obligarūt pro aliquo: & vnus ex eis fideiussoribus à me conuentus in solidum virtute dictę l. 2. ordina. & dictę. l. 1. Recopilat. totam pecuniā debitā quātitatem offert, ita vt in alios fideiussores & reū principalem ei actiones cedam: quę est propria species dictę. l. cū is qui. D. de fideiusso. Et certē in hoc exemplo, quamuis nihil de actionum venditione dictum appareat, si postea cedam actiones ei fideiussori in solidum soluenti, vera venditio & emptio agitur, ea ratione, quia non in solutionem debiti cam pecuniam accipio, sed pretium potius cedendarum actionum datum intelligitur, vt expressē tradit text. in dicta. l. cū is qui. & contingit quoque in specie dictę. l. Modestinus. D. de solutione. quę in duobus tutoribus lo-

quitur: qui quidē correi sūt, vna & eadē obligatione pariter obligati. l. 2. C. de diuid. tutela. vbi Bal. & Salycet. ac reliqui doctores notāt. Etenim si in solutū debiti principalis eā pecuniā acciperē, cū solutione vnus fideiussoris, aut correi principalis, tota dissoluatur obligatio, vt tradit text. in prin. Instit. quibus. mo. tolli. oblig. & §. si plures. ver. sed si ab vno. Inst. de fideiuss. & l. 2. D. de duobus reis. & infra explicabo. iā solutione secuta vel nō essent actiones, quas reo vel fideiussori soluēti cederem, aut si cessissem eas antē solutionem, solutione secuta extinguerētur, vt tradit expressē text. in di. l. Modestinus. ibi *cum nulla actio super fuerit*. vbi Bart. Bal. & Paulus, & Angel. & omnes doctores notāt. & tradit quoque. l. 11. ver. *e esto es*. tit. 12. part. 5. tamē cū a principio id cū fideiussoreant reo soluēte egerim, vt ei actiones meas aduersus alios darem, eas mihi retinuisse videor, nō vt agam, quia iam mihi satisfactum est, sed vt cedam, vt inquit Bal. in dicta. l. cū is qui. & per cōsequens pecuniā illam nō in solutum, sed in actionum pretium accepisse: nec actiones ipsę tam sunt solutę, quā venditę & translate: & hoc est argumentum & cōsideratio l. C. in dicta. l. cū is. ibi. *ideo habet actiones, quia tenetur ad id ipsum, vt præstet actiones*. D. de fideiusso.

Ex qua * consideratione aperte consequitur, eandem venditionem intelligi ac fieri, vbi iam ante solutionem pecunię actiones mādassē, vt intelligam⁹ pecuniā postea datā creditori, nō tā in solutionē debiti, quā

in pretium mandatarum actionum datam esse: alias enim solutione ipsa extinguerentur actiones, cum plus quam manifestum sit, post actionem cessam alicui, cedenti tanquam directarum actionum domino solui posse, totamque actionem & obligationem perimi, ut probat text. in l. 3. C. de nouatio. vbi omnes doctores norant. & Bart. in l. 1. n. 20. D. de noui operis nunt. & in l. facta. §. si hæres. & ibi Pau. Cast. D. ad Trebelle. & idem Pau. & Iason. n. 11. in l. si cum emptore. D. de pactis. & hoc est, quod tradit text. in dicta l. Modestinus. ibi. *quod si ante solutionem hoc factum est.* D. de solu. licet non ita expressè doctores notent.

21 **Quin** * immo in eundem sensum, quo prædicta iura declarauimus, intelligenda quoque est actionum venditio fieri in l. fideiussoribus. 17. ibi. *vendere cæterorum nomina.* D. de fideiussor. & in l. cum alter. C. eor. vbi non principalis obligatio, sed hypothecaria in soluentem transfertur, & ante solutionem debiti fieri debet, vel pactum de cedendo præcedere ex prædicta resolutione: quo casu venditio iuris pignoris apertè contrahitur: alias enim si data pecunia pro solutione esset, non pro pretio, vinculum pignoris cum actione principali solueretur. l. 1. in prin. D. quibus modi. vel hypoth. & solutū esse pignus cum pactum de cedendo non præcessit, apertè sentit dicta. l. cum alter. si vera illius legis mens consideretur. vnde venditio pignoris esse dicitur in l. fideiussor. in fine prin. D. de nego. gestis. quāuis aliquandō manet pignus principali obligatione sublata, ex glof

sa in l. si hæres pecuniam. verb. ipse admitteretur. D. ad Trebelle. Item & actionis venditio contrahitur in l. cum possessor. D. de censibus. vbi intellige non de tempore cessionis facte dubitatum esse principaliter: sed supposito, quod congruo & debito tempore facta esset iuxta ea, que supra diximus ad dictam. l. Modestinus. & ad dictam l. cum is qui. ad huc de viribus cessionis dubitauit I. C. & venditionem fieri ait, non solutionem ex supra resolutis. Igitur in his omnibus casibus dicendum videtur, Regalem decimam deberi tanquam ex vera & perfecta venditione, propter generalitatem textus in dicta. l. 1. tit. 17. libr. 9. Recopilatio. cum adnotatione Angeli de Perusio in dicta. l. Modestinus. num. 2. supra relata.

Atqui, quod supra diximus, cæcis actionibus fideiussori soluenti, emptionem & venditionem contrahi, iuxta text. in dicta. l. cum is qui. D. de fideiussor. * generaliter verum est de iure communi, siue simpliciter, siue suo, siue rei principalis nomine soluat: quia quomodocumque per eum solutio fiat, & ipse & reus principalis liberantur, propter relationem vnius obligationis ad aliam, ita generaliter tradit textus in dicto prin. Insti. quibus modi. tolli. obligat. versi. idem ex contrario. & reo liberato cæteros quoque fideiussores liberari necesse est per consequentias, ut tradit text. in l. fideiussor. D. de dolo. atque ita consequitur, quod fideiussor soluens in solidum creditori, actiones in reum & reliquos cõfideiussores assequatur, necessarium ei est, ut nullo

nullo modo debitum soluat suo vel alterius nomine, sed in pretium actionum pecuniam det, prout inter correos faciendum esse ait I. C. in dicta. l. Modestinus. quicquid Bartolus & omnes Doctores aliter dicant distinguentes. Qui tandem resoluunt, nunquam reum principalem per fideiussoris solutionem liberari, nisi cum expressè ipsius principalis nomine facta sit, ut tradit Bart. in dicta. l. Modestinus. num. 4. vers. secundo casu. quem ibi omnes sequuntur, & tradit Angelus in dicto. Prin. Insti. quibus modi. tolli. obligat. estque perperua omnium traditio & doctrina.

23 Ex qua Bartolus, & omnes intelligunt, * quod in specie dictæ. l. cum is qui. de fideiussor. post solutionem pecuniæ, etiam nullo præcedente pacto de cedendis actionibus, facta fuit cessio: eo quod soluente fideiussore simpliciter, suo ispotius nomine soluit se videretur, ut ipsi putant, & contra glof. ibi notat Bartolus in dicta. l. Modestinus. num. 3. & num. 4. vers. tertio. ac proinde cæteros fideiussores & reum principalem non potuisse liberari. l. si filius fami. D. de in rem verso. Sed profectò si hoc ita esset, nunquam I. C. diceret in ea lege actionum venditionem contrahi, ut validam cessionem esse ostenderet, sed simplicem quandam actionum cessionem rectè fieri assuetaret absque vlla venditionis cogitatione: & succursio per nominum venditionem facta à Iureconsulto in dicta. l. fideiussoribus. 17. D. de fideiussoribus. esset superuacua: quia ibi eum adhuc fideiussor non soluit

set debitum, facilius erat illi cõsoluere ut simpliciter velexpressè suo nomine proprio solueret, & actiones ei simpliciter cederentur a creditore absque vlla venditione, cum planè ijs casibus superesset post solutionem iuxta doctrinam Bartoli & communem: ac propterea nunquam istam nominum venditionem Iurisconsulti indixissent in fideiussoris soluentis persona, quam tamen ut necessariam ad actionum consecutionem passim inducunt in iuribus supra allegatis: quemadmodum non induxerunt inter dispariter & principaliter obligatos, velut reum principalem & mandatorum, mandatori enim soluenti actiones ceduntur simpliciter a creditore aduersus principalem sine venditionis cogitatione, ut omnes Doctores agnoscunt, quia solutione illius alter non liberatur. l. Papinianus. & infra dicemus. D. mandati.

24 Cum igitur in dicta. l. cum is qui. D. de fideiussor. expressè dicatur, * quod si fideiussori solidum soluenti actiones in reliquos fideiussores & reum principalem ceduntur, venditio contrahitur, necessarium est intelligere non ex alio esse, quam quod solutione illius reliqui omnes liberarentur: nec tamen constat, expressè rei principalis nomine eum soluisse, quo solo casu Bartolus & Doctores putant ex solutione fideiussoris actiones perimi, ut diximus supra num. 22. est ergo illa lex intelligenda iuxta doctrinam textus in dicta. l. Modestinus. D. de solutione. nempe, quod præcessit pactum de cedendo, ut supra

explicui. num. 19. nec istud diu
enare est, aut violare literam di-
ctæ. l. cum is. quia ibi non princi-
paliter de tēpore cessionis, hoc
est, an congruo tempore facta ef-
set, l. C. dubitabat, prout ea fuit
principalis disputatio in dicta.
l. Modestinus. sed supposito, quod
facta esset meliori modo, quo
fieri posset, adhuc dubitauit l. C.
in dicta. l. cum is qui. qua ratio-
ne, etiam si pactum de cedendo
præcederet, procedere posset a-
ctionum cessio, cum solutione
pecuniæ debite post illud pactū
secuta, actiones & obligationes
perimerentur ex supra resolutis
& quæ statim dicemus: cui diffi-
cultati respondet, quod cum pro-
miserit per pactum creditor eas
actiones cedere, videtur easdem
retinere, & pecuniam magis in
actionum pretium, quam in so-
lutionem accepisse vt diximus
supra num. 19. Igitur (& modo ad-
uerte) si in specie dictæ. l. cum is
creditor ille pecuniam è contra-
rio acciperet, vt non in pretium,
sed in solutum data esset, iā aper-
tè demonstrat l. C. quod actio-
num cessio non posset fieri, qua-
si solutione essent actiones ex-
tinctæ: quicquid verum sit, vt iā
dixi, quod fideiussor ibi non ex-
pressè rei principalis nomine
soluit. Quod sanè manifestum est
contrà communem illam docto-
rum distinctionem in dicta l. Mo-
destinus. circa personam fideiuf-
soris soluentis: & contrà com-
munem intellectum illius. l. cū
is qui. de quo per Bart. in dicta.
l. Modestinus. num. 3. & 4. ver.
tertio. dum putant, quod in ea le-
ge ceduntur actiones etiam post
debiti solutionē sine pacto præ-

cedente, idè quòd ex solutione
vnius simpliciter facta ceteros
fideiussores non liberari existi-
mant: quod quidem expressè est
contra dictam. l. cum is. vt iam
dixi, vltra quod est planè falsum
& contra plura iura ciuilia.

Etenim contra eam commu-
nem distinctionem, & pro mea
sententia, quæ habet, quomodo-
cunque solvente fideiussore to-
tam obligationem perimi, vt su-
pra dixi, *allego text. expressum
si rectè ponderetur in. l. sed & si
serui. D. de fideiussore. vbi pecu-
nia soluta est à domino serui no-
mine, qui pro alio fideiusserat:
& inquit. l. C. ex ea solutione
reum non liberari, quia seruus
intercedens obligatus non erat,
nec obligatio tertij rei; principa-
lis ad seruum pertinuisset. ergò
manifestè sentit l. C. quod si ser-
uus fideiussionis nomine obliga-
ri posset, reus quidem principa-
lis ex ea solutione nomine serui
facta liberaretur. Constat autem
pecunia serui nomine solutam
esse in ea lege, quia aliàs si tertij
nomine fuisset facta solutio, sine
dubio tertius ille ab obligatio-
ne liberaretur, ex regula text. in
Prin. ver. nec interest. Instit. qui-
bus mo. tolli. obligat. etiam si ter-
tio ignorante aut inuito soluta
pecunia foret. l. si prome. & l. sol-
uere. D. de solutio. l. nomina. D.
de hære. vel act. ven. & l. qui de-
cem. §. sed cum mihi. versi. sed
quid si ignorante. D. de solut.

Præterea *allego text. inuita-
bilem, cuiusque probatione ni-
hil amplius requiri potest, in. l.
& per iusiurandum. §. si fideiuf-
sori. D. de acceptila. vbi acceptila-
tio facta fideiussori, liberat reum
princi-

principalē ipso iure, qui re erat
obligatus: atqui dici non potest
nomine rei principalis stipula-
tum esse fideiussorem, pluribus
de causis: semel, quia stipulatio
alteri facta esset nulla eo iure. l.
ea quæ ciuilitur. D. de acqui. re-
rum do. l. quæcunq; gerimus. D.
de act. & oblig. & l. stipulatio
ista. §. alteri. vbi omnes notant.
D. de verb. obligat. iterum, quia
acceptilatio non potest fieri per
procuratorem. l. 3. D. de accep-
tilat. & dicta. l. & per iusiurandū
§. tutor. vbi Bart. & Angelus no-
tant. Præterea quia etiam si ipse
reus principalis, qui re erat obli-
gatus, stipulareretur, non valeret
acceptilatio ex text. in. §. item.
Instit. quibus mo. tolli obliga. &
l. an inutilis. §. acceptum. D. de
acceptilat. sed ex eo per fideiuf-
soris acceptilationem liberatur
in dicto. §. si fideiussori. quia pro-
pter relationem & dependentiā
vnius obligationis accessoriæ
ad alteram principalem, soluens
fideiussor totam perimit obliga-
tionem, tam suam, quam rei prin-
cipalis, vt ibi licet inuitus agnos-
cit Bart. & per consequens libe-
rato reo ceteri quoque fideiussore
liberati manent, ex text. sic ge-
neraliter intelligendo in dicto
Prin. ver. idem ex contrario. In-
stit. quibus mo. tolli. oblig. & l. si
fideiussor. in illis verbis, per conse-
quentias & cætera, quæ sic debent
ad alterutrum referri. D. de dolo.

Nec prædictæ resolutioni ob-
stat dicere, * quod fideiussor suo
nomine aut simpliciter soluens,
pro sua tantum obligatione sol-
uisse videtur, atque idè eam dū
taxat dissolui, per textum in. l. sti-
chum aut Pamphilum. §. si man-

dato. D. de solutio. & l. Papini-
anus. D. mādati. Quia ea iura lo-
quuntur in duobus principali-
ter obligatis, quorum & cuiusq;
obligatio distincta est, absque vl-
la relatione vnius ad alteram:
sic vt mirum non sit, si solutione
vnius alter non liberetur, vt pro-
batur in. l. si quis alicui. §. fin. D.
mandati. & l. si mandato. D. de
fideiussore. quò fit, vt in ijs iuribus
ex actionum cessione venditio
non contrahatur, & quocunque
tempore cessio illa fieri possit,
quia cessat ratio dictæ. l. Mo-
destinus. & dictæ. l. cum is qui. cum
iuribus supra allegatis. vt notat
Bart. in ipsa. l. Modestinus. num.
2. ver. secundò oppono. & com-
muniter omnes. nec in eis locū
habet disputatio nostri capitis &
quæstionis. Idemq; est in dicta. l.
si filius fami. D. de in rem verso.
quia ibi agitur de cōstituto, quod
non est accessoriū, sed quid prin-
cipale: atq; idè constituentis so-
lutione simpliciter vel suo no-
mine facta reus principalis non
liberatur, nec liberari potuit. Et
ex eadem ratione procedit. l. si
quid possessor. in prin. ibi. *nām
quod quis suo nomine soluit, non debi-
toris, debitorem non liberat.* D. de pe-
tit. hæred. quia loquitur in extra-
neo solvente, qui nedum acces-
soriè, sed nec vllò modo erat o-
bligatus, vt ibi Bar. & Pau. & om-
nes notant. Atque ita quoque in-
telligi debet text. in. l. dominus
sticho. in prin. D. de peculio leg.
vbi post solutionem debiti actio-
nes præstantur sine pacto præce-
dente, ea scilicet ratione, quia
per solutionem à seruo manu-
misso factam ex ea causa, quòd à
debitoribus liberti, cuius nego-

dia gesserat, debitam pecuniam non exegit, debitores ipsi non liberantur, atque ita cessat ratio & materia dicta. l. Modestinus. & consequitur ex ea cessione nullam venditionem fieri, ut in ea locum non habeat nostra questio de gabella: sicut nec habere potest, nec venditio contrahitur in. l. si res obligata. de lega. 1. ubi ex post facto actiones ceduntur, quia ex prestatione rei hypothecatae debitor principalis non liberatur, ut recte ibi explicat glossa fina. in. 2. expositione. quae mihi magis placet. quorum iurium hic est verus intellectus, & ex mente Bartoli in dicta. l. Modestinus num. 4. ver. quarto.

28 Ergo ex praedictis consequitur, quod *regula & doctrina text. in dicta. l. Modestinus. generalior est, quam doctores putant: procedit enim in pariter obligatis, veluti correis debendi, ut recte & indistincte ipsi doctores notant & constat ex Bartolo ibi. num. 2 & 4. & procedit quoque in dispariter obligatis, scilicet accessorie & principaliter, veluti inter fideiussores & reum principalem, quomocunque solutio fideiussoris interveniat, siue quidem suo nomine, siue simpliciter quia eadem ratio versatur in ijs, quae in correis, ut supra explicuimus: quicquid Bart. & doctores communiter aliter teneant. Itaque generaliter dicendum est, si fideiussori soluenti actiones cedi non possit per creditorem, nisi cum ante solutionem, vel in ipsa solutione conuenerit de cedendis actionibus, prout in correis pariter obligatis decisum extat in dicta. l. Modestinus. Atque

ita vel in vno saltem casu, nempe quando fideiussor simpliciter soluit, * ad probatum est in l. 1. ver. fina. tit. 12. part. 5. ad probata sententia glossae in. l. Papinianus. D. mandati. & Azonis in summa. C. de fideiussore. contra praedictam Bartoli sententiam, quam supra confutavi, ut bene notat Gregorius Lupus in dicta. l. 1. Partite. verb. *no en el suyo*. Quicquid in primo illo casu, quando scilicet fideiussor suo nomine soluit, expressè adprobauerit lex illa Partite in prin. praedictae sententiam Bartoli, qui voluit, ut eo casu, quomocunque actionum cessio fieri posset etiam sine pacto precedente de cedendis actionibus, ut supra retuli: quae decisio omnino erit apud nos seruanda, quamuis contrarium de iure communi esset dicendum ex supra resolutis. ex quibus obiter intelliges, in quo sit antinomia iuris civilis & regij circa hanc materiam, quicquid non recte satis explicuerint Villalobos in sua Antinomia. litera. f. num. 107. & Olanus ibidem num. 38.

30 Caeterum praedictis omnibus, quae de actionum cessione diximus iuxta materiam, & communem intellectum dictae. l. Modestinus. * non obstat textus, qui ut difficilimus allegari solet in. l. 1. §. nunc tractemus. ver. & si forte D. de tutelis & ratio. distr. ubi quo casu actiones non ceduntur tutori soluenti aduersus alium tutorem, adhuc ei actio superest: contra id quod diximus, solutio nec secuta nullas actiones remanere ex dicta. l. Modestinus. Nam rectissime respondeo cum Bartolo ibi, fatendo argumentum: verum est

rum est enim, quod utilis actio datur per legem huic tutori, qui sibi per cessionem non prospexit: sed hoc non implicat, nec contradicit doctrinae Modestini in dicta. l. Modestinus. ubi solum dicitur, quod si tutor soluens in solidum per pactum cedendarum actionum aut per cessionem ipsam sibi non consuluit, non poterit postea pupillus actiones cedere, quae fuerunt extinctae per solutionem: & quia. C. in ea lege solum agebat de vi solutionis quoad actiones directas, & nexum proprie ac vere obligationis, ut indicat Rubrica, non de pleno iure & remedio tutoris, sicut text. in dicto. §. nunc tractemus. cuius haec erat propria materia & principalis disputatio, ut colligitur ex Rubrica, sub qua situs est: ideo Modestinus non adiecit, quod in defectum cessionis, quae per pupillum erat facienda si iuxta regulas iuris civilis a solvente tutore fuisset petita, lex ipsa dabat ei ex speciali privilegio actionem utilem, qua posset aduersus contutorem experiri, prout dicit text. in dicto. §. nunc tractemus. Qui tantum abest, ut obsit doctrinae Modestini, quod si recte consideretur, potius est textus expressus & concordans cum dicta. l. Modestinus. vides enim, quod si tutor soluens non petijt suo & debito tempore pupillo, ut actiones aduersus contutorem cederet, iam post solutionem nullum iuris ordinarij remedium habet, ut a pupillo consequatur actiones: quod non ex alio esse potest, quam quod solutione debiti extinctae sunt, ut euenit in dicta. l. Modestinus. atque ideo in

defectum earum actionum, a lege ipsa data est ei utilis actio, ut contra contutorem experiat: alias enim si actiones superessent post solutionem in co. §. nunc tractemus. ver. & si forte. solum diceret I. C. quod actio utilis erat tutori aduersus pupillum, ut quamuis pactum non esset, eas actiones cederet: & tamen ait, quod utilis actio est aduersus contutorem: ita quod si textus ille bene consideretur, potius est pro communi intellectu dictae. l. Modestinus. de solutio. quam eum impugnat: * Quicquid illius text. & aliorum iurium & rationum difficultate superati, vel forte novitatis studio aliqui viri doctissimi tentauerint generalem regulam constituere dicentes: quod quomocunque quis reus debendi aut fideiussor soluat, etiam nullo pacto precedente, possit postea actionum cessio fieri: & quod actiones adhuc maneat eo colore, quod ille soluens etiam si non expresserit, tacite videatur pacisci, ut actiones cederentur: qua regula supposita voluerunt intelligere doctrinam text. in dicta. l. Modestinus. in unico & singulari casu: nempe, quando extraneus aliquis non obligatus, pro tutore soluit, & volebat contra eum sibi actiones cedere pupillo: cuius considerationis autor fuit: Caro Molinæus acutissimi viri ingenij in prima lectione Dolanæ. Sed certe quamuis ea regula æquissima mihi videtur, si iura paterentur, merum quoddam somnium est, & contra omnia iura, resque mille difficultatibus & diuinationibus plena, & quae difficiliorem immo inexplicabilem reddig

reddat textum in dicta. l. i. §. nunc tractemus. ver. & si forte. D. de tu te. & ratio distrah. secundū quod supra considerauimus.

Vides igitur ex hac longa disputatione, quæ ad perfectam istius nostre quæstionis resolutionem necessaria fuit, quibus casibus ex actionum cessione, quæ vulgo *carta de lasto* appellatur, emptio & venditio contrahatur, vt de Regali decima non immerito dubitare liceat, propter generale ordinationem text. in dicta l. i. tit. 17. lib. 9. Recopilat. vt superius considerabam in principio istius capituli. * Sed procul dubio dicendum est, eam decimam non deberi, quia licet vera venditio contrahatur, vt constat ex supra dictis, scitū est, quod omnis actio talis esse iudicatur, qualis est res, ad quam competit l. si ad resoluendam. C. de prædijs mino. & ipsius rei debite naturam & qualitatem assumit. l. i. vbi glos. & Doctores notant. C. si aduersus transactio. vt late comprobatur & resoluit Tiraquei. de iur. lig. §. i. glos. 7. ex prin. atque ita actione vendita ad pecuniam competentem, locum habet priuilegium, de quo in l. 34. ibi: *ni de la moneda amonedada*. tit. 18. lib. 9. Recopilat. * vbi specialiter statuitur, quod ex moneta in aliam monetam redacta, veluti cum pecunia grossa pro minuta datur, aut minuta pro grossa, gabella non debetur, quamuis eo modo vera permutatio contrahatur, vt tradit Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 7. num. 2. ver. non oberunt huc. & disputat Pinelus in Rub. C. de res. vend. r. parte. cap. 3. num. 19. Quod quotidie fit ad

commodiorem usum pecuniæ & vtilis camporum negociatio est, quibus lucrum taxatur in. l. 4. tit. 18. lib. 9. Recopilat. agitque de his Couarr. in tracta. numismatum. cap. 7. ex num. 4. & Nauarr. in comment. de cambijs super cap. fina. de vsuris. num. 20. vbi & veram quoque pecuniæ venditionem fieri posse recte existimat: de quo videtur bonus text. in. l. lege Cornelia. ver. eadem lege. D. ad legem Corne. de falsis. atque ita quotidiano vsu, perpetuaque praxi receptum est, vt ex huiusmodi actionum cessione Regalis decima non exigatur, nusquam enim gentium exactam vidi, vel audiui. Quamuis verè actio ad quacunque rem competens, a re ipsa valde differt, est enim ius incorporale, vt tradit text. in prin. In situ. de rebus corpo. & incorpo. Nec obstat, quod doctores notant in. l. Gallus. §. nunc videndum. D. de lib. & posthu. vt refert Alciatus in l. Labeo & Sabinus. 14. glos. fina. D. de verba. signif. * quod si statuto caveatur, vt venditor rei suæ gabellam solueret, non erit ab eo soluenda, qui rem sibi debitam videret. etenim id aliam rationem habet, nēpe quia quod mihi debetur, meum adhuc non est. l. si poenē. §. quamuis. cum. l. repetitio. D. de condict. indeb. secundum veram Stelle interpretationem in Repeti. dicta. l. repetitio. & probat text. expressus in l. Quintus Mutius. 27. §. argento D. de auto & arg. legato. at ille, qui actionem ad equum vel ad pecuniam competentem vedit, equum vel pecuniam ipsam vendere intelligitur ex supra resolu

tis: præsertim, quod doctores loquuntur in statuto, quod interpretationem extensiuam non recipit, vt ait Bart. in dicto. §. videndum. num. 3. & 4. nos verò loquimur in dispositione legis, cuius hæc semper fuit recepta interpretatio, atque ideo mutari non debet. l. minimè. & l. si de ca. D. de legibus.

Ex quibus primò declarandum est, quod sine distinctione dixit Parladorius lib. rerum quod 35 tid. cap. 3. §. 2. num. 27. * nempè, quod si quis data pecunia procurator in rem suam constituitur, vel ei actio aliqua vendatur, ita demum ex pretio dato vectigal soluendum sit, si ad pecuniam non competat ea actio, quæ venditur, vt contingit in specic. l. per diuersas. C. mandati. & l. ab Anastasio. eo tit. etenim eo casu, licet vera venditio contrahatur, vt probant ea iura, & l. si nomē & l. emptori nominis. l. nomina. l. multum interest. & alia mille. D. de hæred. vel act. vend. gabella non debetur ex priuilegio dicta. l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopilat. aliàs secus. Nec obstat 36 praxis, quæ habet, * ex constitutione census ad pecuniam, decimam deberi, vt infra dicemus cap. 10. num. 5. Nam respōdeo quod in censibus vel maximè inspicimus res ipsas corporales & immobiles, super quibus census ipsi constituuntur, vt ex infra dicendis apparebit dicto cap. 10. num. 4. 18. & 20. præterquā quod longa differentia est inter obligationem personalem ad annuam pensionem, & simplicem obligationem vnus summa: hæc enim mobilis est, & sim sup

pro pecunia ipsa reputatur, illa verò immobilis, longèc; à pecunia distat, vt dicemus infra dicto cap. 10. num. fina.

37 Secundò inferitur, * quod diximus de actione vendita ad pecuniam competentem, dicendum quoque fore de alijs actionibus competentibus ad res priuilegiatas: veluti si Titius debeat mihi librum, & eam actionem cesserō tibi pro iusto pretio decem aureorum: vt isto casu Regalis decima non debeatur ex ea venditione, quasi liber ipse venditus sit, cuius priuilegium extat in. l. 34. tit. 18. lib. 9. Recop. generaliterque ita obseruare oportet, vt cuius rei venditio corporaliter facta immunis est, & actionis quoque ad eam rem competentis iusta venditio eodem gaudeat priuilegio, quia pro eodē reputantur res ipsa & actio quæ ad eam competit, dicta. l. ad resoluendam. vbi doctores notant C. de prædijs mino. quæ est optima declaratio & extensio ad totum tit. 18. lib. 9. Recopilat.

38 Tertio inferitur, * quod si hæreditatem mihi cōpetērem & iā delatam pro pretio vendidero, iuxta. l. cum hæreditatem. D. de de actio. & hæred. vend. & l. i. C. de euictio. quo casu decimā deberi manifestum est, iuxta distinctionem, quam scripsimus supra cap. 2. num. 18. & eo loci, quo supra resoluimus cap. 4. num. 39. quamuis isto casu attenda subtili locutione iuris ciuilibus, & prout verbum hæreditas, sonat vniuersitatem iuris tatum, etiam sine vilo corpore hæreditatio, consistentem. l. hæreditas. D. de pet. hæred. & l. hæreditatis appellatio

ratio. D. de verb. signi. vbi bene explicat Alciatus, vendens hæreditatem solum affirmet se heredem esse, idque præstare debeat, non enim vendit spem vel fortunam incertam, sed ius ipsum hæreditarium, dicta. l. cum hæreditatem. cum legibus sequentibus, quæ sic debent intelligi. D. de hæred. vel act. vend. sicq; appareat, cum venditorem nihil affirmare de singularibus rebus hæreditarijs, immo harum respectu est sicut ille, qui vendit aleam vel quid quid iuris, atque idè earum nomine nec satisfacere, nec cauere debet, nec de euictione tenetur, iuxta tex. & notata in. l. 1. C. de euictio. & l. 2. in prin. D. de hæred. & act. vend. & quæ ex communi doctorum sententia resoluit Ant. Gometius. 2. tomo varia. cap. 2. num. 44. tamen negari non potest inspecto euentu & effectu prædictæ venditionis, quin & res ipsæ hereditariæ (si quæ sunt) vendi & emi censeantur, & quid quid sit in hereditate tempore venditionis, vt aperte probat textus in dicta. l. 2. §. 1. ibi. *id videatur vaniisse.* D. de hæred. & actio. vendi. & patet ex alio, quia bona fide & longo tempore emptor hæreditatis res particulares præscribit. l. 2. C. de per. hæd. & bene explicat Caro. Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 23. nu. 35 quæstio. 9. * Ita vt si in hereditate sit res aliqua priuilegiata, cū illa vendi intelligatur, ipsa hereditatis venditio immunis sit, pro qua parte pretium venditionis prædictæ rei hæreditariæ correspondet, iuxta superius tradita: & nedum si res ipsa priuilegiata in hereditate reperiat, sed etiã

si sola actio ad illam rem competens sit, prædicta resolutio procedet, quia vt diximus, pro eodem haberi debent ex dicta. l. si ad resoluendam. C. de prædijs mino.

40 Quin * immo & quarto, ex prædicta resolutione subinfertur elegans expositio iuxta nostram materiam ad. l. si iactum retis. D. de acti. empt. nempe, quod licet verum est in specie illius legis caput piscium vel auium emi, ita vt aleæ & spei, non ipsorum piscium aut auium emptio & venditio sit, vt probat aperte textus in. l. nec emptio. in fine D. de contract. empt. & bene explicat Bartolus in l. cotem. §. qui maximos num. 4. D. de publica. tamen cum inspecto euentu & effectu venditionis, negari nequeat, quin & ipsi pisces & aues, quæ captæ postea fuerint, venditæ intelligantur, cum ex eo contractu ad emptorem pertineant, quemadmodum de rebus hereditarijs diximus: & quia si perceptionem & sic spem fructuum alicuius fundi tibi donauero, fructus ipsi postea collecti donati esse intelliguntur. l. in ædibus §. 1. D. de donatio. de qua agit Bart. in dicto. §. qui maximos. num. 9. & faciunt notata per Alciatum ad eam. l. si iactum in commentarijs eius quod interest. glo. 2. nume. 9. fit consequens necessarium, vt quasi ex piscibus & auibus venditis Regalis decima debeat. Quod si missis rebus nulla piscatio fiat, quamuis vera adhuc & perfecta venditio manet, tamen quia in sola ac nuda spe, & in intellectuuali incorporaliq; iure & fortuna consistit, l. 11. tit. 5. part. §. & quæ notat Barto. in dicto. §. qui ma-

qui maximos. num. 4. nulla decima soluenda erit ex communi & recepta praxi, quæ habet, vt ex nudi iuris rei que incorporalis venditione gabella non debeat.

Id etenim * antiquo vsu receptum videmus, vt non nisi ex reali & corporali venditione regalis decima exigatur, saltem cum ius venditum nullam rem corporalem secum trahit: veluti in iuribus vrbanoꝝ & rusticorū prædiorum obseruare licet: ex quorum venditione, quamuis quidem ea vera & perfecta sit, vt tradit Iurisconsultus in. l. cum manu fata. versi. huius rei. D. de contract. empt. nullam videmus gabellam deberi, eo quod iura in corporalia sunt. §. vnico. in fine. Instit. de rebus corpo. & incorpor. nullamque rem corporalem secum trahunt, quæ vendi videatur: prout aliàs in venditione iuris hæreditatis, & actionis considerauimus, & in iactu etiã retis, cum realis piscatio subsequitur: & pro vt in venditione vsus fructus, de qua latè egimus supra cap. 2. numero. 50. considerandum est: quia licet seruitus personalis & ius incorporale sit ex d. §. vnico. ibi: *Et ipsum ius vtendi fructi.* cum glo. ibi. tamen cum per vsum fructum emptum res corporales, quales sunt fructus, adquiramus, immo emere videamur, argum. textus in dicta. l. in ædibus. §. 1. D. de donatio. cum supra notatis. nume. præced. proculdubio gabellam debeat. quo autem in loco soluenda sit, diximus supra cap. 4. num. 30.

42 Quæ resolutio * eleganter extendi potest ad speciem tex. in. l. et

constet. §. 1. D. de aqua quoti. & estiu. vbi inter eos, quis certis horis aquam ducebant, temporum permutatio facta est: vt scilicet ex ea permutatione, quæ quotidie potest contingere, regalis hæc decima non debeat: quia dato quod vera illa permutatio esset (quod non puto) non ipsa aqua, quæ vel aliena vel publica erat, sed tempora ipsa permurantur, vt l. C. ait: atq; ita cum res corporalis deficiat, decimæ locus non est ex prædicta praxi. Ideo autem dixi me non putare veram illam permutationem esse, quia, vt existimo, in ea lege verbum permutatio illud significat, quod commutatio aut variatio temporis, in quem sensum aliquando vsurpari solet, vt aduertimus supra cap. 1. nu. 41. ex ea verò temporis variatione non rerum permutatio resultat, quæ gabellam parit, sed innominatus contractus facio vt facias, patior enim te in hora mihi permittam aquam ducere, vt me in hora tibi permittam eandem ducere patiaris. Quin immo & illa praxis exemplificari potest in fumi venditoribus, de quibus loquitur tex. in. l. item apud Lebeonem. §. idem ait. D. de iniurijs. ij sunt, qui futurum sententiæ euentum alijs denuntiant pro pecunia, vt eleganter explicat Iaco. Menochius de arbitr. iudic. quæstio. casu. 344. vt scilicet regali decimæ non subijciantur, quia inanis quædam & imaginaria venditio est, non realis, vt ad sensum patet.

Ultimò colligitur ex prædictis fundametalis ratio illius praxis, quæ habet: * vt ex officio Tabellionatus, decurionis, procurato-

ris, Theſaurarij, commentarienſis carcerum, deſolutarij generalis, & alijs officijs publicis iuſto pretio venditis, nulla Regalis decima debeat: nempe quia iura incorporalia ſunt nulli rei corporali admixta. Quin immo, & ideo ex eorum iurium venditione gabella non debeat, quia licet cum Rex ea officia vendit alicui, veram venditionem contrahat, transfert enim mercem, nempe officium illud, pro certo pretio & pecunia, atque ita ſuccedit regula textus in l. naturalis. §. & ſiquidem. cum ibi notatis D. de præſcrip. verbis. ideoque eam recte venditionem appellat Auileſius de ſyndicatu. cap. 3. glo. 1. nume. 18. eam quam iniuſtam & illicitam eſſe in quacunque priuata perſona, præter ipſum Regem, cui ſpeciali ratione permiſſa eſt, tradit Domi. Soro. lib. 3. de iuſtitia & iure. quaſtio. 6. articul. 4. conſul. 3. & plura in hanc rem cumulat Doct. Azevedo ad curiam Piſanam lib. 4. capite finali. tamen cum Tabellio, & quicumque alius officialis publicus ex prædictis emptum à Rege officium in alterius fauorem renuntiat pro pecunia, non tam venditionem, quam innominatum contractum, facio vt des, videtur contrahere: agitur enim, vt renuntiem in tuum fauorem, & tu mihi pecuniam des: cæterum officium ipſum à manu Regis conſequeris: put de Eccleſiaſtici beneficij renuntiatione dicitur, iuxta reſoluta per Pinelium in l. 2. 1. part. cap. 3. nu. 16. C. de reſcin. vend. & Menefium ibi. nu. 18.

Summa capituli decimi.

- 1 **Q**uadruplex annui redditus cenſusque natura explicatur.
- 2 **O**mnia requiſita per Motum proprium Pijs Papa Quinti in conſtitutione cenſus pecuniarij, pro forma obſeruari debent.
- 3 **T**axationes pretij in cenſibus definita lege Regia, tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares obligant.
- 4 **E**x conſignatione cenſus pro pecunia, vera emptio & venditio contrahitur.
- 5 **E**x conſignatione prædicti cenſus perpetui vel redimibilis, decima debetur: expoſita. l. 10. titu. 17. lib. 9. Recopilationis. contra Mencham.
- 6 **Q**ui pecuniam in cenſum recipit, debitor eſt illius decimæ: expoſita. l. eos. verſ. ſiquis autem. C. de uſuris.
- 7 **I**tem & impenſam inſtrumenti ſoluere tenetur.
- 8 **S**i cum cenſum, quem iam in bonis alterius conſtitutum habeo, alij tertio dederò pro pecunia, decimam debeo.
- 9 **Q**uod ſi illum pro re ſpecifica vel generica dederò, permutatio eſt, & duplex decima debetur.
- 10 **E**x redemptione cenſus redimibilis, noua decima non eſt ſoluenda: & ratio explicatur.
- 11 **S**ecus eſt, ſi cenſus perpetuus redimatur.
- 12 **S**i cenſus aliter quam per pecuniam redimatur, noua gabella debetur.
- 13 **T**raditur in hoc elegans limitatio.
- 14 **C**enſu uedito & conſtituto ſuper multis bonis, quæ in diuerſis territorijs ſunt,

- ſunt, qualiter gabella diuidatur.
- 15 **I**n prædicta diuiſione inſpicienda ſunt ea bona, quæ ſpecialiter obligantur, non quæ ſub generali obligatione continentur.
 - 16 **S**i rem mille vendidero, ita vt quingenta mihi ſoluas, & aliorum quingentorum cenſum agnoſcas, ad quem res ipſa eſt obligata: quora ex parte pretij decima ſoluenda ſit, queritur.
 - 17 **T**raditur Did. ci Peretij reſolutio, & difficultas opponitur.
 - 18 **R**eſoluitur nullum eſſe hodie personale cenſum, ſed omnem eſſe realem.
 - 19 **C**omprobatur ac defenditur prædicta Peretij reſolutio.
 - 20 **D**ecima cenſus eo loci ſolui debet, quo res cenſuata ſita ſunt, & elegans ratio traditur.
 - 21 **C**ur in cenſus conſtitutione retractus ſanguinis non ſit: nec cenſarius poſtea re vendita retractum habeat vt ſocius.
 - 22 **T**raditur memoranda quedam reſolutio in hac materia.
 - 23 **S**i rem ita do, vt creditoribus meis ſatisfacias, an venditio ſit, & regalis decima debeat, queritur.
 - 24 **E**xponitur. l. hereditatem. D. de donatione. & qualiter decima computetur in l. 2. C. de hered. vel act. vendi.
 - 25 **E**xponitur. l. ſichus. §. Titius. D. de condi. & indeb. titi.
 - 26 **R**efertur Ioannis & Bulgari contrarietas circa intellectum. l. ubi autem. §. qui vero. D. de verb. oblig.
 - 27 **R**efertur Ioannis Coraſij interpretatio ad eum. §. qui vero. qua partim notatur, & partim laudatur ac defenditur. nu. 28.
 - 29 **V**erè exponitur tex. in dicto. §. qui vero. cum alijs iuribus.
 - 30 **T**axatur Baldi expoſitio ad l. debitorum. C. de pactis.
 - 31 **V**erè exponitur dicta. l. debitorum.
 - 32 **D**ecima debetur ex ea conuentione, de qua ſupra nu. 23: non quaſi ex venditione, ſed quaſi ex permutatione: & effectus oſtenditur.
 - 33 **I**nferitur ad veritatem cuiusdam dicti Did. Caſtelli.
 - 34 **P**actum in rei traditione appoſitum, eius coherentia veſtitur, quamuis innominatus contractus non reſulter: quod ad effectum decimæ ponderatur.
 - 35 **I**nferitur, quod ſi bona mea tibi donauero, vt alimenta mihi præſtes, regalis decima non debetur.
 - 36 **Q**ualiter regalis decima debeat, necne in ſpeciali ſina. C. de reru permutatione. eleganter exponitur.
 - 37 **S**i rem cenſuata vt liberam vendidero certo pretio, quidquid poſtea in exactiōe pretij euenerit, integra decima totius pretij conuenienti ſoluenda eſt.
 - 38 **A**n ex conſtitutione cenſus temporalis, regalis decima debeat.
 - 39 **N**otatur Do. Franciſ. Sarmientus.
 - 40 **I**n cenſu vitali rei immobilis ſuppoſitio neceſſaria eſt, ſicut in reliquis perpetuis cenſibus.
 - 41 **Q**uacunque res ad tempus vendi poteſt: & ex temporalis ſicut ex perpetua venditione gabella debetur.
 - 42 **R**efertur, quid in hac re iudicatum ſit per regios iudices Valliſoletana & Chancelleria.
 - 43 **S**i cenſus temporalis, ſive perpetuus ſuper aliquo iure Regio conſtituitur regalis decima non debetur: & ſi ſimul in alijs rebus conſignatus ſit, pro illius iuris parte deſalcatur gabella.
 - 44 **E**x datione rei in cenſum redimibilem, an decima debeat.
 - 45 **C**enſus realis & emphyteuſis qualiter differant.

- 46 Censur realis duas venditiones continet ex sententia Dida. Couarruias: quod explicatur, & ad gabellam perpenditur.
- 47 Quo casu procedat predicta sententia, duplexque decima ex reali censu debeat, exponitur.
- 48 In quo falsa sit ea sententia, traditur.
- 49 Censur hodie constitui non potest ex pecunia verè etiam debita, nisi realiter in constitutione censur numeretur.
- 50 Ex datione rei in censum redimibilem, vnica gabella debetur ex Auendano, cuius sententia declaratur.
- 51 Traditur praxis obseruata circa decimam censur realis.
- 52 In censu reali nulla permutatio contrahitur.
- 53 Verè exponitur, qui contractus sit datio rei in censum.
- 54 Exponitur, cum res in censum datur, ex quo tempore & à quo domino censur ille in re ipsa data constitui videatur.
- 55 Ostenditur ex qua parte & qua ratione, ex contractu censuali gabella debetur, iuxta Auendani sententiam.
- 56 Ex predicto contractu censuali, si perpetuus sit non redimibilis, nulla vnquam gabella debetur: nisi postea ex nouo partium consensu redimatur.
- 57 Cum res in censum redimibilem datur, ex quo tempore gabella debeat, & communis praxis defenditur.
- 58 Opponitur quadam difficultas, & responsio Auendani refertur.
- 59 Notatur Auendanius tripliciter errans, & iniquum esse ostenditur, quod ex censu prædiali exigatur gabella ante ipsius censur redemptionem.
- 60 Principalior censur iustitia consistit in alienatione sortis, ita vt censuralis non redimat nisi velit.
- 61 Simplex promissio in voluntatem adquirentis conferri potest, secus in contractu vtrò utroque obligatorio.
- 62 Pactum retrovendendi conferri potest in voluntatem eius, in cuius fauorem adiicitur.
- 63 Verè resoluitur difficultas, de qua supra num. 58.
- 64 Exponitur, l. 2. ibi. conditioni. C. de pactis inter emptorem.
- 65 Rectè contrahitur venditio sub conditione, quæ sit in potestate alterius ex contrahentibus.
- 66 Quibus gabellariis decima censur prædialis debeat, & communis praxis defenditur.
- 67 Agitur, cur ex redemptione censur prædialis gabella debeat, secus autem cum alij censur redimuntur.
- 68 Qui nudam proprietatem fundi habet, rectè potest alienum vsum fructuum emere.
- 69 Notatur Licentiatu Picarro.
- 70 Vere & eleganter ostenditur natura censur prædialis: qui omnino à venditione & permutatione differt.
- 71 L. 6. titu. 15. lib. 5. Recopilat. locum habet etiam in censibus re constitutis sine pecunia.
- 72 Traditur vera & fundamentalis ratio, quare ex censu prædiali, cum redimitur, Regia gabella debeat.
- 73 Si res in censum detur presenti aliquo accepto pretio, venditio rei est, & statim gabella debetur.
- 74 Qualiter decima illius venditionis computari debeat, eleganter exponitur.
- 75 Si res data in censum perpetuum, vel redimibilem, reddatur suo domino, vel

vel gratis alij cedatur: gabella non debetur. secus si cedens aliquid receperit.

76 Si ius aliquod quod vulgo iuro appellamus, pro pecunia vendidero: communis praxis receperit, vt gabella non debeat: cuius rei ratio ostenditur.

77 Tradit autor, quid sentiat de hac re.

Qualiter ex annui redditus constitutione decima debeat.

CAPVT. X.



Pro introductione istius practicali, & necessaria questione, qualiter ex annui redditus constitutione Regalis decima debeat: sciendum est, * quadruplicè annui redditus censurque naturam esse (non hic agimus de illis censibus, quos inter Regia tributa annumerauimus supra in prefatione num. 14.) Primus ille est, qui vlturarum succedaneus consignatius dicitur, eo quod in re propria consignari, & constitui solet pecuniario pretio in fauorem emptoris: de quo est tex. in extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit. inter communes. & iste quidem vel redimibilis esse potest, cuius pretium ad rationem quartæ decimæ in hoc regno taxatur per l. 6. titu. 15. lib. 5. Recopil. vel potest esse perpetuus, qui nū-

quam redimatur, de cuius pretio agit Couarruias lib. 3. varia. resolut. cap. 9. num. 5. quin immò & ille quidem, qui redimi potest, perpetuus dicitur, eo quod perpetuò durare potest, dum non redimitur, argu. tex. in l. sufficit. D. de condict. indeb. * Et vtriusque constituendi forma traditur à Do. Papa Pio Quinto inter Motus proprios. qua in vtroque foro tam seculari, quam Ecclesiastico egredi non licet. sed vide infra num. 20. in fine.

Secundus est, quem ad certum vel incertum tempus constitutum, temporalè appellamus: de cuius iustitia & pretio agit Do. Soto lib. 6. de iust. & iur. quest. 5. arti. 2. & Couar. vbi supra cap. 7. num. 3. & qui ad vitam constituitur, taxatur hodie ad rationem vnus septem, & ad vnus hominis vitam duntaxat constitui posse declaratur in pragmatica prudentissimi Regis nostri Philippi II. lata hoc anno. 1583. * quæ tam Ecclesiasticas, quam seculares personas obligat, sicut altera taxatio prædictæ. l. 6. titu. 15. lib. 5. Recopilatio. circa quam id in praxi receptum esse tradit Mexia Pontius in pragmatica panis. conclusio. 5. num. 39. in fine. & resoluit Dida. Peretius in Rub. titu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 32. colum. 2.

Tertius est, quem prædialem, siue realem, aut reseruatium dicimus: cum res aliqua immobilis ita datur, vt recipiens, annum quid (de quo conuenit) domino præster: quo quidè casu dominium rei tam directum, quam vtile in accipientem transfertur, solo illo censu in fauore

domini dantis referuato, vt notat glossa in cap. constitutus verbo. iuxta ratam. de religio. domini. & dicemus infra num. 45. & de hoc videtur esse tex. in l. fina. C. de rerum permut. & in dicto cap. constitutus. secundum praedictam glossam ibi. eiusque iustitia manifesta est, vt notat Do. Soro vbi supra. arti. 1. in prin. & redimibilis quidem, vel perpetuus, qui nunquam redimatur, referuari potest, iuxta ea quae resoluunt Couarru. vbi supra cap. 11. per totum.

Quartus & vltimus census is est, qui a Rege nostro super iuribus suis Regijs constitui solet in fauorem ementis, vel donatarij, quae *juro* vulgus appellat de quo & eius pretio agit tex. in praedicta. l. 6. Recopila. in fine. itq; vel perpetuus, vel temporalis esse potest: de vtroque enim agit. l. 9. titu. 10. lib. 5. Recopilatio. & l. 5. quater. gabella. vbi longè minus erat pretium, quam hodie est, vt considerat Menchaca de successio. creati. 1. part. lib. 3. §. 28. nu. 28. versi. idemque intelligendum est, in impressione Salmanticensi. Qui vel in hoc solo ab illo consignatio distinguitur, de quo supra nu. 1. quod hic a solo Rege constituitur, ille verò a quacunque priuata persona consignatur.

Quibus prauiis aptè succedit quaestio nostra difficilis, an ex cuiusque annui redditus constitutione Regalis decima debeatur: & quia in vnaquaque, ex praedictis, census specie diuersum ius est & obseruatur, de vnaquaque etiam particularis disputatio & resolutio necessaria est.

Et primo: sicut iam communi vsu & frequenti omnium auctoritate, tam in iure, quam in Theologia, in nō Pontificia declaratione constitutum extat, licitos esse annuos redditus per pecuniā consignatos iuxta decisionē praedicti Motus proprii super forma creandi census. & iuxta moderationē dicta. l. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilat. *Indubitabile quoque est apud omnes, ex istius annui redditus constitutione veram emptionem & venditionem contrahi, vt resoluunt Greg. Lupus in l. 28. tit. 8. par. 5. verbo. *a censo.* & latissimè Couarr. dicto lib. 3. varia. resolut. cap. 7. nu. 2. etenim vt ille resoluunt cum Carolo Molineo de vsuris. nu. 20. ius quoddam percipiendi annuam pecuniā pretio emitur, & emi potest sicut iurisdictio, ius percipiendi tributū, aut fractus alienae rei: vel quidem res ipsa censui supposita & obligata, vsq; ad fortis quantitatem vendi intelligitur, iuxta ea quae infra dicemus, nu. 18. cum sequētib. Quin in nō quod eo casu vera emptio & venditio contrahatur, tex. est in Athen. vt hi qui obligatos se habere. §. quoniam. versi. licebit. iuxta glossam ibi. verb. redditus. in 2. expositione. & tradūt expressissimè tex. in d. extrauag. 1. & 2. de emp. & vend. quicquid Baptista Villalobos in tract. com. opinio. litera. L. num. 132. locatoni attribuat.

Hinc ergo proculdubiō consequitur, *vt ex eiusmodi census constitutione (vtpotè quae vera ac realis venditio sit) Regia decima debeatur iuxta pretiū & fortē datam, propter regulam. l. 1. titu.

titu. 17. lib. 9. Recopila. & quidē statim eo ipso, quod census realiter constituitur, vt tenet Caro. Molineus de vsuris. quaestio. 6. nu. 129. versi. pulchrè autem. & practicari resoluunt Did. Pererius in dicta Rub. titu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 33. col. 2. & Auendanius responso. 23. nu. 1. & Ioan. Parladorius libro rerum quotidiana. cap. 3. §. 4. nu. 38. & §. 8. num. 49. pro qua sententia est tex. mihi expressus, qui sic debet intelligi in l. 10. versi. *que los dichos.* ibi. *empeñamientos.* tit. 17. lib. 9. Recopilat. & l. 101. ibi. *empeñamientos.* in quat. gabella. vbi expressè iubentur tabelliones pignorationum copiam edere gabellarijs, quasi ex eis gabella soluenda sit: & certè nisi de hac census constitutione & reali pignoratione intelligatur, iuxta ea, quae ex sententia Speculatoris & Bartoli notauit Auendanius d. respon. 23. nu. 3. non videtur posse aptè intelligi illa lex: Etenim per absurdū est, & cōtra omnes leges Regias de hac gabella loquentes, verbum illud *empeñamientos* accipere pro emphyteusi, quasi ex ea, sicut ex venditione & permutatione, Regalis decima debeatur, prout malè interpretatus est Menchaca de success. creat. 1. parte. lib. 3. §. 28. num. 28. versi. idemque similiter. in impressione Salmanticensi: & notauimus supra cap. 1. nume. 42. ita vt meritò, & fortassis consultò in secunda aeditione Venetiana eam expositionem omiserit. Vel intellige, quod in dicta. l. 10. Recopilatio. & dicta l. 101. quaterni gabella. solū iubetur Tabellionibus, vt omnium illorum contractuum co-

piam edant gabellarijs, non quia ex omnibus gabella debeatur (ea enim specialibus legibus definitum est, ex quibus contractibus soluenda sit, vt constat ex praefatione huius operis) sed quia in omnibus esse potest aliqua vel occulta venditio, seu permutatio sub alterius contractus titulo, & nomine celebrata in fraudem gabelliariorum, vt alias aduertit. l. 11. dicto titu. 17. lib. 9. Recopilationis. atque ideo nedum eorum contractuum, ex quibus plane gabella debetur, nempe venditionis & permutationis, sed & generaliter omnium alienationum copiam edere iussi sunt tabelliones in dicta. l. 10. in princip. ibi. *Enagenamientos.* ex quo non ideo arguere licebit ex quacunque alienatione gabellam deberi, contra ea, quae resoluimus supra dicto capite. 1. nume. 37.

6 Aduertendum tamen est, * quod eam decimam non soluet emptor, hoc est, is qui pecuniam in censum dat, prout volebat Molineus dicto loco, & prout de iure esse Doctores existimant per textum in l. debet. D. de edil. edicto. de cuius intellectu agemus infra capit. 15. in princip. sed venditor, hoc est, is qui pecuniam in censum recipit, eoque iure vtimur: est enim is, qui censum in re sua in alterius fauorē constituens, vendere intelligitur, iuxta ea, quae diximus supra numer. 4. iure autem nostro decima a venditore debetur, dicta. l. 1. titu. 17. libr. 9. Recopilationis. Nec obstat, quod qui annuam pensionem & redditum vendit infimo illo pre-

tio, quale apud nos est vnus pro quatuordecim iuxta dictam l.6. Recopilatio. nullo amplius onere grauari debet, argum. tex. in l. eos. versi. si quis autem. ibi: *interdicta licentia.* cum glo. verb. vel sportularū. C. de vsuris. quia id ita intelligendum est, ne facto emptoris vlllo modo grauetur & oneretur venditor, vltra quam sit onus istud vnus pro quatuordecim vt dixi: Ceterum si extrinsecus preter formam contractus, sine culpa & facto emptoris, in aliquo grauetur venditor, putà per legem gabellæ onus generaliter venditoribus imponentem, vt apud nos est, nullatenus excusari poterit: nec istud in consideratione est, quantum attinet ad iustitiam contractus, vt bene explicat & tradit Carolus Molinæus de vsuris. quæstione. 5. nume. 124. & ea onera, quæ de iure & natura contractus venditionis ad venditorem expectant, istum censualem subire consentit Motus proprius Pij Quinti Pontificis Maximi. versicu. sicuti etiam annullamus. atque ita dubium esse non potest, quin ille Decimam Regalem debeat. * Quin immò & impensam instrumenti tenetur soluere, quia de iure talis impensa propria illius est, qui se obligat ex resolutis per Tiraquellum de retract. conuentionio. §. 6. glo. 2. nume. 24. & Montaluum in l. 1. titu. 8. verbo. reciba. lib. 1. Fori. & expressè in proprijs terminis, quòd gabellam, & impensam instrumenti soluere teneatur is, qui pecuniam in censum recipit, sentit & tradit Licentius Piçarro in

glossa Ordinationis de Guadalupe. in quarta cõditione. verb. *comprar.* folio. 25. colum. 1. versicu. quarta, quia. ibi. in expensis & gabellis. & inferius, colum. 4. in fine. ibi, deducta gabella & expenta chartæ censualis.

Atqui quòd de censu constituendo diximus, facilius procedit in censu iam constituto: est enim eo casu clarior & manifestior venditio, vt in alio proposito considerat Didacus Couarruias dicto lib. 3. variat. resolutio. cap. 7. nume. 2. versicu. quarto, omnium consensu. & ad finem illius numeri. vbi allegat Abbatem quæstione. 5. incipit, Augerio. nume. 9. versicu. ego autem meliore consilio. qui rectè declarat, quòd si censum, quem in bonis Petri habeo constitutum, Ioanni cesserò pro pecunia, propria ac Realis venditio contrahitur, pretium enim & merx est, siue perpetua, siue temporalis venditio sit. 8 Atque * ideò indubitabile est, quod eo casu Regalis decima debeat, vt bene notat ac sæpissimè in practica iudicatum esse tradit Didacus Peretius in præallegata Rubrica, titu. 2. libr. 8. Ordinamen. pagin. 34. colum. 1. & eo quidem in loco soluenda erit, vbi bona primitus censui supposita sita fuerint, vt rectè tradit Ioannes Parladorius dicto libro rerum quotidiana. capit. 3. §. fina. in fine. sicut quando à principio constituitur, vt dicemus infra nume. 20. * Quin immò si eum censum pro aliqua respectifica, vel generica dederò, putà domo, vel tritico, vera permutatio erit, & decima du-

duplex. debebitur iuxta. l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilatio. iunctis ijs, quæ tradit Tiraquellus de retract. lig. §. 1. glof. 14. nume. 122.

Sed quamuis in prædictis casibus decima census debeatur, vt dixi: * Illud constat, quod si postea census ille à debitore redimatur reddita forte principali, iuxta essentialem naturam census redimibilis, & formam pacti in venditione seu constitutione adiecti: non iterum debebitur decima, quia illa solutio sortis, distractus est potius iuxta. l. 2. C. de pactis inter emptor. de quo late agit Couarruias vbi supra. cap. 8. quam vllus nouus reuenditionis contractus, vt bene resoluit Didacus Peretius vbi supra. pag. 34. colum. 1. & Monterrosus in praxi, tractatu. 7. fol. 153. pagi. 2. & Menchaca lib. 1. controuer. vsufrequent. cap. 11. numer. 16. iunctis ijs, quæ de pacto reuendendi dicemus infra capit. 14. ex nume. 37. vbi bene lateque explicabimus, ideò retroacta ista venditione, quæ semel ex omni parte consummata est, nouam venditionem non resultare, sed antiquam rescindi, ac proinde nouam decimam non deberi, contra regulam. l. 2. & l. 3. D. de rescind. vendi. quia sic à principio contractum & venditum fuit, vt quodocunque distrahi posset: vide quæ ibi dicuntur, quia huc transcribi debent, ne iterum repetam.

Ex qua vera resolutione colligendum est, * quod si census iste pecuniarius à principio ita iusto pretio constituitur, vt non

redimibilis, sed perpetuus sit, iuxta ea, quæ diximus supra in princip. & quæ tradit Couarruias lib. 3. variat. resolu. capit. 9. nume. 5. fiet, quod si partes velint postea ex communi consensu eum censum redimere principali forte emptori reddita, noua procul dubio gabella ex ista redemptione debeatur: quia noua & perfecta venditio est, non distractus, ex ijs quæ dicemus in dicto capit. 14. nume. 9. & 40. in fine. quod ita in proprijs terminis expressè & eleganter tradit Didacus Peretius in dicta Rubrica. titu. 2. libr. 8. Ordinam. pagina 34. colum. 1. in princip. ibi. secus si clausula redimendi non esset apposita.

Sed & aliud quoque colligitur, * nempè quod si census per pecuniam constitutus, & per eandem redimibilis, per aliquam aliam rem ex partium consensu redimatur, veluti fundo dato, prout quotidie solet contingere iuxta speciem. l. si quis argentum. §. si verò. C. de donat. de qua agit Tiraquellus. de retract. lig. §. 1. glof. 6. nume. 20. cum non sit verus distractus ille, qui per actus retrospectos non fit. l. 1. C. quando liceat ab empti. & l. 2. & l. 3. D. de rescind. vendi. verus & nouus contractus esse intelligetur, nempè reuenditio illius census, aut permutatio quidem pro illo fundo, iuxta tradita in dicto cap. 14. nume. 9. & 40. in fine. vel, cum fundus ille spontè detur & recipiatur loco pecuniæ, quæ aliàs pro redemptione census erat soluenda, locum habebit resolutio tradita supra capit. 7. iuxta. l. si prædiū. C. de

Cide euidio . ideoque non dubito, quin isto casu ex tali census redemptione noua decima debeat: quod ita semel in praxi obseruatum vidi.

13 Verum hoc ita intelligendum est, * quando fundus ille in redemptionem datus, non esset ex his bonis, quæ specialiter & limitate essent prædicto censui supposita & obligata, quo casu recte procedit præhabita resolutio ex prædicta ratione: secus verò, si fundus ille esset ex suppositis & eidem censui obligatis, quia eo casu licet distractus & redemptio census aliter fieri videatur, quam de iure & ipsius census natura facienda esset: adhuc quidem ea in re nullus est venditionis aut permutationis contractus, sed simplex quædam cessio rei hypothecata & censuata in fauorem censuarij celebrata: per quam cætera bona, quæ simul obligata fuissent, libera manent: quia cum res illa ex partium consensu tam in proprietate, quam in possessione ad censuarium translata, fortis principalis censusque solutionem & satisfactionem faciat, cætera bona liberari necesse est, instar cor reorum. l. 2. D. de duobus reis. Nec dici potest is fundus in totum vel in partem in solutum debiti aliorum bonorum datus esse, ita vt locum habeat prædicta. l. si prædium. C. de euidio. & quod de fundo libero in census redemptionem dato supra diximus numer. 12. quia & ipse quidem in redemptionem istam datus, totum integrumque censum debebat, ac si ipse solus & nulla alia res

prædicto censui esset supposita: hæc enim est natura & effectus pignoris, vt quælibet res ex pluribus hypothecatis & suppositis, in solidum teneatur, vt bene in hac census materia resoluit Didacus Peretius vbi supra, pagina. 34. columna. 2. in fine. versicul: queritur etiam vtrum, quicquid pro rata, & pro cuiusque fundi & rei qualitate censum istum in bonis obligatis constitui, intelligat Didacus Couarruias dicto libro. 3. variarum resolutionum. capite 7. numer. 8. quò fit, quòd cum ipse fundus in solidum debeat censum, pro quo redimendo datur, non tam vendi aut permutari, quam cum onere suo simpliciter cedi & transferri videatur: quamuis per consequentias pacti, huiusque cessionis & redemptionis effectum, cætera bona, quæ alias erant obligata, libera manent, propter quod videretur habere locum illa doctrina, quæ desumitur ex l. mortis causa capitur. §. finali. D. de donatio. mortis causa. & quæ dicemus infra ex nume. 17. sed, vt explicui, simplex quædam cessio est, ex qua gabellam non deberi dicemus infra nume. 75. Atque ista quidem resolutio procedit nedum eo casu, quo res ista obligata vero domino census in redemptionem datur: sed etiam eo casu, quo alicui extraneo data sit hac lege, vt ipse solus totum eum censum recognoscat & soluat, & immunem indemnemque obferuet cum, qui eam rem dat, ab obligatione cæterorum bonorum, quæ apud ipsum prædicto cen-

censui obligata manent: quia cum verè ex eo pacto & cessione nihil amplius agnoscat, vel maius onus in se recipiat, quam quod verè à re ipsa debetur, nihil pro re illa dare dici potest, quominus simplex cessio sit, vt diximus: atque ita semel in facto respondi.

14 Sed antequam hinc discedā, animaduerto, * quod cum census aliquis super multis bonis per pecuniam constituitur & consignatur, licet verissimum sit, quod si ea bona ad diuersos dominos & possessores peruenerint, vnusquisque etiam rei minime possessor & dominus ad totum & integrum censum teneatur, eumque soluere, vel rei cedere debeat, vt adnotat Peretius vbi supra: quia vnaquæque res in solidum eo censu affecta est: tamen cum de acquirenda gabella illius census queritur, vt quia ea bona, super quibus constituitur, in diuersis territorijs sint: (ibi enim, vbi bona sunt, Regalem decimam soluendam esse diximus supra cap. 4. nu. 31.) necessaria est illa census distributio, quam pro rata & iuxta qualitatem quantitatemque rerum, quæ in vnoquoque territorio sint, Couarru. considerat in d. cap. 7. nu. 8. ex Guidone Papæ, quæstio. 432. & Cassanço in consue. Burgū. Rub. 5. §. 2. nu. 35. eaq; apud nos isto casu singulari in praxi seruatur: vt scilicet, quia in solidum vniciuique loco gabella solui non potest nec debet, tantam partem illius decime vnusquisque gabellarius habeat, quantam rerum prædicto censui suppositarum in isto territorio esse cõstiterit

per iudicialē omnium bonorum estimationē, vt bene notat Ioan. Parladorius vbi supra dicto cap. 3. §. fina: ad finem. in hunc modum: quod si census mille aureorum super multis bonis valentibus quinque mille aureis constituitur, consigneturque, quorum bonorum quinta aut quartapars in vno territorio sit, tanta quoque gabellæ portio in eo soluatur, cætera autem gabellæ partes, prout diuisa & separata esse reliqua bona constiterit, facta computatione secundum omnium & cuiusque fundi valore, respectiue distribuatur. Quò fiet, vt iste venditor multorum iudicum iudicia subeat, quia in vnoquoque loco pro rata gabellæ conuenietur: etenim ratione gabellæ in quocunque loco soluendæ iuxta decisionem. l. 5. & l. 9. titu. 17. lib. 9. Recopil. forū foritur venditor, arg. tex. in l. contraxisse. D. de acti. & oblig. vt aduertimus supra cap. 4. nu. 13. versi. ex quibus.

15 In qua sanè computatione recte Parladorius aduertit, * solū consideranda esse ea bona, quæ specialiter limitateque sint censui supposita & obligata, nec habendam esse rationem eorum, quæ generaliter obligantur: quia, vt ille inquit, specialis hypotheca efficacior est, quàm generalis. Immo ego idem affirmo ea fundamentali & concludenti ratione, quia licet ante Motū proprium Pij V. Põtificis Maximj, de quo sup. p. babilis multorum sententia esset, vt annu' reditus ad pecuniã in persona venditoris cū generali bonorum obligatione cõstitui posset, nulla re immobili specia-

liter

liter supposita, vt resoluit Dida-
cus Couarruias dicto libro. 3.
variarum resolutionum, capite
7. nume. 5. & tradit expresse Do-
min. Soto, libr. 6. de iustitia &
iure. articul. 1. conclusione. 4.
in primo corollario. quo casu,
cū principaliter in obligatio-
ne personali census consisteret,
habenda non esset bonorum ra-
tio, quoad locum soluendæ Re-
galis decimæ, sed ipsius potius
contractus iuxta. l. 5. titul. 17.
libr. 9. Recopilationis. nisi ad-
huc census inter immobilia cō-
numeraretur ex traditis infra i-
sto capite. nume. finali. hodie
tamen per prædictum Motum
propriū Pontificis Maximi cō-
firmata est communis Docto-
rum sententia, quæ habet vt cen-
sus constitui nequeat nisi super
certis fundis & rebus immobi-
libus limitatis & destinatis, aliàs
illicitus & vsurarius censetur,
vt resoluit Couarruias, licet ab
ea sententia discedat, dicto cap.
7. numer. 5. sed eam sequitur
Dida. Peretius in dicta Rubrica
titu. 2. libr. 8. Ordinamen. pagi.
36. columna. 2. in fine. & com-
probat prædictus Motus pro-
prius in principio. ibi: *Et que no-
minatim certis finibus designata sit.*
Vnde consequitur, quod cū ad
census constitutionē generalis
bonorum obligatio insufficiens
sit, quamuis ultra determinatam
certorum bonorum suppositio-
nem, addita illa fuerit, nihil ope-
retur nec ad census scilicet per-
secutionem & securitatem, nec
ad Regiæ decimæ diuisionem,
qua de agimus, secundū quæ
suprà diximus. atque ita teneo,
& tenendum existimo, prout se-

mel praticari feci contra ali-
quorum aduocatorum confi-
lium, qui (vt puto) non rectè
perpendentes, contrarium con-
sulebant.

16 Illa autem elegans & neces-
saria quæstio est: * quid iuris, si
quis vendat rem mille aureis,
ita vt quingenti ex eis vendito-
ri soluantur, aliorum verò cen-
sum emptor agnoscat, cui aliàs
res illa vendita antea erat obli-
gata & supposita: an scilicet ex
sola illa quingentorum pecunia
realiter venditori soluenda: an
verò ex toto integroque mille
aureorum pretio in venditione
17 declarato Regalis decima pen-
di debeat. * In qua quæstione
Dida. Peretius in dicta Rubri-
titu. 2. libro. 8. Ordinamenti. pa-
gina. 35. colum. 2. versicu. dubi-
tatur. facile respondet, ex illa pe-
cunia duntaxat, quæ venditori
soluenda est, gabellam deberi,
non verò ex quantitate census
quem emptor agnoscit, nihil au-
tem allegat: & idem sentit Ioan-
nes Parladorius vbi supra, cap. 3.
§. fina. num. 53. ibi. neque illud
interim omittam.

Ego verò penitus considerās
animaduerto, rem hanc videri
cum distinctione esse definien-
dam: etenim duplex est modus
constituendi census in re pro-
pria: Primus ille est, qui princi-
paliter in personali venditoris
obligatione consistit, adhibita
generali bonorum hypotheca,
quem licitum esse multi putant,
vt diximus supra. nu. 15. vel po-
tius certa re immobili ultra ven-
ditoris personā obligata. & sup-
posita, quo casu licitum esse cen-
sum aperte decidunt. tex. in ex-
tra-

trauag. l. 1. & 2. de empt. & vendi-
tion. inter communes. Secun-
dus verò est ille, qui super cer-
to fundo ita limitatè constitui-
tur, quod nulla sit personæ con-
stituentis siue vendentis obliga-
tio, nisi ratione ipsius rei cen-
suatæ, cuius est possessor & do-
minus, vt tradit Couarr. dicto
lib. 3. varia. resolut. cap. 7. num.
5. in fine. & in hoc vltimo casu
planè videtur procedere prædi-
cta Peretij resolutio, quia cum
census iste ad rem illam limita-
tus pars fundi sit, vt potè qui ei
inheret: atque ideo ego videar
eo casu id tantum habere in fun-
do, quantum ipse fundus ultra
census quantitatem valet: id
quoque tantum vendere intel-
ligor, cum fundum eo censu on-
neratum vendo, argu. textus in
l. si fidei commissum. §. tracta-
tum. D. de iudicijs. & l. generali
capite. §. fina. vers. rem quasi-
tum. D. de usufructu leg. vbi
quantum realia tributa valent,
id minus in bonis esse com-
putatur: & eo minus ratione il-
lorum bonorum collectatur
possessor in seruitio Regis, vt o-
biter notat Auendanius res-
ponso. 23. numero. 2. vbi re-
cte quoque ait, quod & do-
minus census eo in loco col-
lectatur & seruit, vbi sunt bo-
na censuata, quasi partem eo-
rum bonorum habeat, & idem
tradit libr. 2. de exequen. man-
dat. capi. 14. numero. 15. At-
in priori censu personali, siue
in eo sit generalis siue specia-
lis bonorum hypotheca, non
videtur posse procedere prædi-
cta resolutio: quia cum, etiam
si fundum illum censu obliga-

tum vendam & alienem, adhuc
contra me duret personalis il-
la actio & obligatio, in qua cen-
sus ille principaliter consistit,
vt resoluit idem Couarr. vbi su-
pra num. 6. ver. hinc etiam dedu-
citur. & per pactum venditioni
adiectum fiat, vt reditum illum,
ad quem ego personaliter obli-
gatus sum ex priori venditio-
nis contractu, quo illum consti-
tui & consignauit, emptor solu-
at, atque ita eius solutione ego
liberer iuxta Regulam textus in
prin. Institu. quibus mod. tolli.
oblig. pars pretij esse videtur
ea pensionum quantitas, quæ
ab emptore soluetur: quia eo
pacto tantam pecuniam accepif-
se videor, ultra eam quæ realiter
numerata est, in quantam a cen-
suarij obligatione sum libera-
tus, per text. in l. mortis causa ca-
pitar. §. fina. D. de donat. mor-
tis causa. atque ideo videtur, ad
rationem decimæ in pretio esse
numerandam, ex notatis in l.
fundi partem. D. de contrah.
empt. & quæ dicemus infra cap.
15. per totum, & quod tradit Io-
Faber in §. pretium autem. In-
ffit. de empt. & vend. vbi inquit
quod si fundum vendo decem
aureis in pecunia mihi soluen-
dis, & in super eo pacto, quod
emptor soluat Titio alios de-
cem, quos ei debeo: viginti in
pretio sunt, vt ex eis omni-
bus ventæ & laudimia soluan-
tur.

18 Sed certè quamuis prædicta
distinctio satis benè procedere
de iure videatur: * tamen,
cū prædictus Motus proprius
Pij quinti super forma creandi
census, in his annis recedens

per pecuniam constitutis nedā specialem bonorum & rerum immobilium suppositionē pro forma requisierit, vt dixi supra num. 15. sed & ita res illas inspererit, vt quasi ius quoddam reale quemcunque cenium consignatum esse declarauerit, cō quōd eatenus illum extingui voluerit, quatenus bona ipsa censuata perierint: quicquid aliud propter superstitem personalem vēditoris obligationem ante prædictum motum propriū defendat Couarru. vbi supra ca. 7. num. 5. ver. primum. & consuetudine obseruari dicat Io. Matientius in. l. 1. glo. 1. nu. 5. titu. 15. lib. 5. Recop. Tira. de ret. ligna. §. 6. glossa. 1. ex num. 6. & Dom. Soto dicto lib. 6. de iust. & iure. quest. 5. arti. 1. conclus. 4. atque itā hodiē appareat, quod prædicta differentia constituen- di census non procedat, sed vnicus modus sit, nempe datus in prædicta Pontificia constitutione, per quam hodiē nullus census personalis, sed realis potius ad certum (inquam) prædium limitatus esse debet, alias fœneratitij contractus vitium incurrit: generaliter dicendum est, quod rem censuatam habens, tantum videatur habere & vendere in ea re, quantum vltra censum res ipsa valet, iuxta textum in dicta. l. si fideicommissum. §. tractatum. D. de iudicij. & l. generali capite. §. fina. in fine. D. de usu. fru. leg. prout in simili quæstione fœudalis materiæ resoluit Lud. a Peguera de fœudis. ver. 1. limit. 21. nume. 182. vbi etiam ante prædictum Motum proprium, qui hæc clariora red-

dit, inquit: quod si legatur res fœudalis, quæ esset censuata, non debetur laudimium valoris totius rei, sed deducto onere census. & expressè, si vendatur res fœudalis paruo pretio soluendo venditori, vt quia erat censuata, & emptor recipit eam cum suo onere, quod laudimium debeat ex solo illo pretio recepto duntaxat, non ex toto valore, quo æstimata res est, tenet Tiraquellus dicto 19 §. 6. glo. 1. numer. 8. * sic vt in quæstione supra posita generaliter assæuerare debeamus cum Didaco Peretio, decimam soluendam esse illius pretij duntaxat, quod ad venditorem peruenturum est, non inspecto pretio census, qui etiam inuitis contrahentibus transire debebat cum re, eo quod ipsi rei censuata inhæreat iuxta notata in. l. 1. C. sine censu vel reliquis. & ipse venditor eo facto, quod rem censuatam in alium transferret, prout ei licet ex prædicta Pontificis constitutione, ver. quem admodum nec pactū auferens, maneret liberatus, quāuis nihil de agnoscendo reditu caueretur ex traditis infra num. 75. nisi in casum euictionis alicuius rei ex obligatis, vt eleganter resoluit Aluarus Valascus de iure emphyt. quest. 32. nu. 14. ver. sed & illud sequitur. ad cō, vt quāuis in fundi vēditione pactū sit, quod reditum emptor soluat aut redimat, indemnemque ab eo censu venditorem obseruet, etiam ratione aliorū bonorum, quæ eidem censui simul cū re illa vendita obligata manerent apud eum, considerari nequeat

queat aliquid ex eo pacto venditori acquiri iuxta dictam. l. 1. mortis causa. §. fina. cū verè emptor nihil aliud recognoscat, quā verum & proprium onus ipsius rei, iuxta tradita supra. nu. 13. nec loco pretij cedere illud pactum de agnoscendo censu per emptorem dici potest: quia ipso iure ita esset faciendum vt dixi: quicquid cōtra se dicat Peretius in dicto loco. ibi: vt libere tur dominus domus, & recipit loco pretij. errat enim inaduerter, quia si ex eo pacto venditor liberaretur ab onere census, & emptor in se reciperet propter solum pactum, non vero ratione rei, cuius possessionem ingreditur, fieret, vt gabella cresceret ex eo pacto, contra id quod Peretius vult, ex notatis in. l. fundi partem. D. de contrah. emp. & quæ supra dicebamus numer. 17. Præsertim quia sciendum est, quod quamuis ex eo pacto de agnoscendo & soluendo reditu per emptorem, aliquid venditori immediatè acquireretur, putā ipse census, vt quia illum in venditione rei suæ, quæ aliās esset libera, vltra pretium in pecunia soluendum reseruasset: pactum illud non esset pars pretij, nec illud augetur, vt cresceret gabella: quin potius rem ipsam venditam diminueret, ex eleganti doctrina quam trademus infra capite 15. numer. 33. & dicemus infra hoc eodem capite. num. 74.

Itaque in specie ptoposita dicendum est, quod ex eo pacto de agnoscendo antiquo censu, quo res ipsa vendita erat onerata, non augetur pretium ven-

ditionis, nec partem eius fieri: quia eo pacto solum expressum est, quod aliās inerat de iure, nempe vt nouus possessor tributum illud Reale ac censum agnosceret, ex notatis in dicta. l. 1. C. sine censu vel reliquis. & cum hodie ex prædicto motu proprio, re censuali in alium translata, nulla personalis obligatio ad censum contra venditorem superfit, vt supra explicuimus: quicquid aliās voluerit Couarruias vbi supra dicto capite. 7. numer. 6. versic. hinc etiam deducitur. constat, quod non ex eo pacto, sed ex rei translatione, a census onere liberatur venditor & oneratur emptor, nihilque amplius ex ea venditione resultat venditori, quā pretium in pecunia soluendum. Nec obstat, quod venditor dixerit, semille aureis vendere eum fundum, vt proposui supra num. 16. & ferè semper in huiusmodi venditionibus dicitur: quia re vera ex ijs, quæ inter contrahentes de solutione & declaratione pretij acta sunt, manifestè apparet in solis quingentis aureis in pecunia numerata venditori soluendis totam venditionem consistere: pactum enim de agnoscendo reditu, reliquam partem pretij & rei veditæ absorbet ac diminuit, itā vt apertè venditor videatur ideo valorem cēsus consignati expressisse eo pacto, vt sciret emptor non rem liberam, sed eō cēsu tributariā & oneratā emere vt explicabimus infra cap. 15. n. 47. in fine, nihilque re ipsa interest aut differt, quod rem venditam tibi quingentis aureis,

quam declarem aliorum quingentorum censu affectam esse, vel quod dicam eam rem mille aureis vendere, ita ut quingentos mihi soluas, & aliorum censum agnoscas, quo res ipsa ab antiquo fuerat onerata: idem enim effectus est utroque casu, quamuis verba differant. At qui constat in hac gabellarum materia tam pro venditore, quam contra eum rei actus veritatem inspiciendam esse potius, quam verba, prout ex Baldo in l. 1. C. si seruus extero. tradidimus supra cap. 7. num. fina. quicquid inter eas species aliqui practici voluerint differentiam constituere ad effectum decime, qua de agimus: Sed semel ego iuxta predictam resolutionem iudicavi, & confirmata sententia fuit, que ex sequentibus adiuuatur.

20 Nempè * ex vera illa praxi, que habet, eo loci soluendam esse decimam census, quo res censuata sita sit, secundum que supra diximus, num. 14. & cap. 4. num. 3. eo quod res ipsa quasi vendi intelligitur, ut expresse tradit Di. Peretius in dicta rub. tit. 2. li. 8. ordina. pag. 33. colu. 2. ibi quippe cum res venditur, super qua fundatur. & est text. expressus in l. 3. ibi. *las heredades que cõpran.* tit. 15. lib. 5. Recopilat. ut existimat Io. Matientius ibi. gl. 1. id quod ego intelligo ea ratione procedere, quia cum census iste consignatus ius quoddam reale sit, & ita quidem rei ipsi censuata inherens, ut quoad eam sortis quantitatem, omnem rei fructum & utilitatem consumat: quia ut experientia

docet, nulla res immobilis, que valeat mille aureis in plena proprietate, tot fructus tantamque utilitatem fert, quantam mille aurei in pecunia ad rationem quartę decimę: merito census ille vna & eadem res cum re ipsa consignata esse censetur, quia proprietas sine fructu nullius ferè pretij est in istis immobilibus, quorū æstimatio ex fructuum collectione perpendi solet. l. pretia rerum. vbi Bartol. tradit. D. ad leg. fal. & facit text. in Prin. Instit. de usufructu. ibi. *ne tamen.* censetur autem vna & eadem res non generaliter, sed respectiue iuxta rei quantitatem & valorem, qui principali census forti correspondeat: ita ut si fundus mille valeat, quingenta autem in annum redditum super eo fundo consignandum data sint, dimidia fundi pars pro in diuiso vendita esse intelligatur, prout ex aliis tradit Licentius Picarro in ordinat. de Gaudalupe. verb. *o en cõpra de heredad.* statim circa principium glossę. nõ verò totus fundus, ut cesset absurdum, de quo per Auenda. respon. 12. num. 4. ver. quis enim asserat, atque ita accipienda sunt ea omnia, que supra resoluius. Neque enim placet, nulloque modo admittenda est fictio illa breuis manus, quam in hac materia considerat Anto. Gomet. in l. 68. tauri. n. 2. ver. ex quibus ego infero. quem refert & sequitur Matientius vbi supra: melius namque ipse naturam istius census explicat in eodem loco ver. vel aliter & secundò. cū qua expositione videtur optime residere. Atqui ex predicta quasi venditione rei, que

ex cen-

ex census constitutione resultat, dixit Bal. in cap. ad audientiam, de rescriptis. relat. per Tiraque. de retra. ligna. §. 1. glo. 6. num. 6. quod qui rem immobilem vendere non potest, nõ potest annum redditum super ea constituere: que omnia vel hodiè maxime procedunt, attenda dispositione predicti Motus proprii, a quo in hac materia (ut supra admonui) recedendum non est, nisi eius obseruantiam suspendat Regia supplicatio, de qua in comitiis habitis Madriti, anno. 1585. petitione. 2.

21 Quamuis quidem & illud adnotandum est, * quod proprie res censuata vendi & alienari dici non potest, eo quod apud ipsum census venditorem in plena proprietate manet: is enim est, qui res illa utitur & fruitur, eiusque vacuum possessionem habet: emptor autem nõ ipsius rei possessionem, usum, aut proprietatem consequitur, sed redditum pecuniarium dumtaxat, qui potius verèque venditus est, ut diximus supra. num. 4. & bene tradit Palat. Ruue. in l. 68. tauri. num. 2. quem refert & sequitur Anto. Gometius vbi supra, & latissime aeperdoctè resoluit Auend. resp. 12. per totum. Quo fit, ut cum res illa a venditore census non exeat, sed apud eum maneat, quamuis patrimonialem esse contingat, locum non habeat retractus sanguinis, cum census super ea constituitur, cessat enim ratio legis, ut bene resoluit Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 11. nu. 5. ver. his profectò. & Castellus in l. 70. tau. glo. mag. colu. 4. ver. ex quo vnum singulariter infero.

ibi. si enim illa impositio census, & Matientius in l. 7. glo. 1. nu. 17. tit. 11. lib. 5. Recopilat. immò cum censuarius verus rei censuata dominus non fiat, si res illa postea vendatur a censuali, retractum non habet ut socius, iuxta l. 55. tit. 5. part. 5. ut bene notat Auendanius dicto resp. 12. & respo. 23.

22 Quibus omnibus sic rectè expõsit & declaratis, * iam satis constat non obstare ea, que supra opposuimus. nu. 17. de doctrina Io. Fabri in §. pretium autem. Instit. de empt. & vend. vbi ait, quod si rem meam vendo decem aureis, ita ut alios decem, quos Titio debeo, ei soluas: ex viginti laudimium, atque idem gabella debetur. Etenim illud verum est & procedit, quando ego decem illos aureos ex personali mea obligatione deberem, siue res vendita hypothecata esset pro illo debito, siue non: quia certè eo casu & illis quoque decem aureis, ultra reliquos mihi soluendos, vendita res esse intelligitur ex allegata l. mortis causa capitur. §. fin. D. de donati. mortis causa. nec de hoc vlla dubitatio esse potest. secus autem est, quando ego decem illos aureos, vel aliam expressam summam ratione rei vendita deberem: quia tunc, cum ex pacto nihil mihi adquiratur, sed id quod alias nullo etiam pacto interueniente de iure erat faciendum, expressum sit: nempe ut tu, qui illius rei vendita proprietatem & possessionem acquireris, onera realia agnosceres, iuxta notata in l. 1. C. sine censu vel reliquis.

atque idco cesset ratio adquisitionis, de qua in dicta. l. moris causa. plane consequitur, vt pactum illud pars pretij non sit, nec ex eo laudimium aut gabella augetur, quia potius rei, quam venditam diminuat, cum circa eam versetur, ex traditis supra. nume. 19. & quae dicemus infra num. 71.

Itaq; (vt repetam, & declarem) si rem * vendo decem aureis, & insuper eo pacto ac lege, vt decem alios, quos Titio debeo, ei soluas: ex viginti Regalē decimā soluturus sum, quia tanti vendidi, ex doctrina Io. Fabri in dicto §. pretij autem. Nec obstat, quod tradit idem Faber, sibi vt videtur contrarius, in §. item pretium. In stir. de emp. & vendi. dum ait, quod si rem tibi vendo eo pacto, quod creditoribus meis satisfacias, satisfactio illa non erit de pretio: quia non est quid certum, & sic ex eo non debebuntur ventae & laudimia: ac per consequens & nos dicere debemus, quod ex ea conventionione Regalis decimā non debeatur. in qua rem allegat Faber l. hereditatem

24 D. de donatio. * quae lex non multum aridet Tiraquello ad hoc propositum, vt ipse ait de ret. lig. §. 1. glo. 14. num. 114. nec immerito, quia pactum illud de solvendis debitis hereditariis, circa onera ipsius rei versatur, atque ita pretium esse non potest, licet quantitas debiti exprimeretur, ex traditis supra. nu. praeced. atq; ita nec venditio esse potuit in ea lege, nisi ultra pactum pecunia interueniat, vt in terminis. l. 2. C. de haered. vel act. ven. Vbi obiter nota quod gabellā soluetur ex sola pe-

cunia data venditori, non autem ex aestimatione pacti, quia cum circa rem versetur, non est pars pretij ex Regula tradita infra capi. 15. nu. 35. Verum hoc dictum Fabri priori doctrina non obstat, vt dixi: quia diuersa est haec species ab specie priori, in qua debitum & liquidum & in pecunia esse supponitur: veluti cum sic vendo, vt decem, quae Titio debeo, ei soluas: quo casu vera venditio est, quia nihil interest, an venditori soluas pretium, an creditoribus illius eo mandante certa pecuniae quantitatem: quia & istud quidem certum pretium erit, non minus quam cum sic vendo: quantum pretij in arca habes, iuxta. l. haec venditio. §. huiusmodi. D. de cont. emp. secus autem est, cum sic venditur, vt creditoribus meis satisfacias, non expresso debito: quo casu incertum in conventionem deducitur. l. vbi autem. §. qui vero. D. de verbo. oblig. ac proinde pretium dici non potest ex praedicta sententia Fabri, quia certum esse debet §. pretium. Instir. de emp. & vendi. sicque * specificata fuisse debita credendum est in specie textus alias difficilis in. l. Stichus. §. Titius. D. de cond. indeb. cum I. C. dicat venditionem eo modo factam esse: vel dicendum est, ultra illud pactum pecuniam aliquam certam pro pretio interuenisse, quo casu quodcunque pactum siue certum siue incertum pars pretij est, ex notatis in. l. fundi partem. D. de cont. emp. q. non explicuit Scavola breuissimus iuris auctor in dict. §. Titius. quia non ea erat principalis dubitatio. & haec est vera resolutio in hac

in hac re, quae colligitur ex Tiraquello vbi supra.

Sed vt haec omnia apertius intelligantur, * sciendum est, quod huiusmodi disputationis cardo, & resolutio consistit in intellectu text. difficilis in dicta. l. vbi autem. §. qui vero. D. de verbo. obli. vbi inquit Vlpianus, quod qui ita stipulatur: quod mihi Seius debet, dare spondes? & qui ita stipulatur, quod ex testamento mihi debes, dare spondes: incertum in obligationem deducit, licet Seius certum debeat, vel ex testamento certum debeatur: quamuis, vt inquit Vlpianus. l. C. illae species vix separari possunt ab ea, in qua quis ita stipulatur: triticum, quod in horreo est dabis: in qua certum promittitur ex eodem Vlpiano in ver. sed qui vinum. eiusdem l. vbi autem §. illud. D. de verbo. obligat. difficultatemq; proponit in eodē. §. qui vero. vers. & adhuc occurrit quod magis placuit Ioanni, vt scilicet in illis primis speciebus certum quoq; esse intelligatur. Sed contrarium tenuit Bulgarus apud glossam ibi. verb. vix. & quidem doctores omnes cum Ioanne existimant, nullam differentiam esse inter eas species: & Vlpianum l. C. se ipsum corrigere in ver. quamuis iste species. Sed istud doctorum dictum nec literae illius legis, restique sermonis rationi conuenit, nec verisimile est, cum nemo se statim corrigere praesumat. l. nam ad ea. D. de cond. & demonstr. prout optime aduertit Io. Corasius in dicta. l. vbi autem. §. illud. num. 3. qui * dum querendam sibi esse putat rationem differentiae in-

ter stipulationem vini, tritici, aut olei, quod in horreo est: & stipulationem, quae mihi seius debet, vel quod mihi ex testamento debes: cur scilicet in hanc incertum, & in illam certum deducatur: eam rationem esse existimat, quia in stipulatione eius, quod in horreo est, certitudo nullo velamento conregitur, sed coniecto in horreum oculo statim demonstratur, an triticum sit, nec ne: in stipulatione vero eius, quod debetur vel a Seio, vel ex testamento, non ita: cum debiti probatio ad oculum non demonstratur, sed testibus aut instrumentis opus sit: quod etiam controuerti plerumque videmus, nec omne, quod ex testamento relictum est, statim deberi dicitur: permulta enim accidere possunt, quae vel legatum omnino tollant, vel aliqua ex parte diminuant, vt as alienum & Falcidia, iuxta. l. si vniuersa. C. de legatis. haec Corasius: * quidum bene a doctoribus dissentitur, Vlpiani sententiam non recte & omnino satis declarat: supponit enim incertum fuisse in ea lege, an Seius aliquid deberet, vel aliquid ex testamento deberetur: quod probabile non est: quia nemo tam supinus erit, qui quod nesciret an sibi deberetur, ab altero vt tale stipularetur, nimium enim prematura esset stipulatio, argu. text. in. l. quidam refferunt. in principi. D. de iure codicillorum. & praeterea possibile est, quod contrahentes scirent, aliquid a Seio, vel ex testamento deberi, licet quantum, qualeq; illud esset, ignorarent: qui casus sub generali Vlpiani decisione videtur comprehensus, &

tamē in eo cessat ratio deciden-
di, quam Corasius assignat. quin
potius intelligo, dato etiā, quod
constaret, aut constare posset fa-
cilimē, aliquid a Seio, vel ex te-
stamento, vel aliquo instrumen-
to liquido & guarentigio indu-
bitabiliter deberi, nihilominus
Vlpianum voluisse & verum ef-
se, quod qui non expressa quan-
titate ita diceret: quod Seius de-
bet, vel quod ex testamento aut
aliter mihi debetur, dare spon-
des: incertum stipulatur, re qui-
dem ipsa inspecta, non euentu
debiti & obligationis. atque ita
inquit Vlpianus id verum esse,
quamuis certum a Seio, vel ex
testamento debeat: nec dixit,
quamuis certum esset seium &
promissorem veros debitores ef-
se: innuens apertissime rationē
dubitandi eam fuisse, quod vere
res debita certa erat, atque ideo
videretur, facta relatione ad il-
lam, certum stipulari: non quod
incertitudo esset, an aliquid ve-
re deberetur, nec ne: prout vi-
detur Corasius accepisse, cu-
ius mihi ideo interpretatio non
placet.

Vnde ego illam verissimam
differentiam inter prædictas sti-
pulationum species constituo:
quod * quando sic stipulor, vinū
aut oleum, aut triticum, quod in
horreo est: licet incerti sumus
& ignoramus quantum & quale
triticum, oleum, aut vinum sit,
tamen certi sumus, & aperte cog-
noscinus, certum in se esse illud,
quod in horreo sit, si quod est:
nec enim in rei veritate triticū
illud, oleum, aut vinum incer-
tum esse potest rerum natura:
quam rationem tradit in simili

idem Vlpianus in. l. hæc vendi-
tio. §. huiusmodi. D. de contra-
emp. vbi certo pretio vendit,
qui ita vendiderit, quantum pre-
tij in arca habeo: eō quod magis
ignoratur, quantum pretium sit,
quam in rei veritate incertum
est. Quod subtiliter intelligo, li-
cet partes ignorarent & omni-
nō nescirent, an aliqua pecunia
in arca esset: quia tunc vel statim
nulla esset venditio nullo pecu-
niæ corpore in arca existente:
vel statim valeret aliqua pecu-
nia existente, quam impossibile
est incertam esse, iuxta l. si ita sti-
pulus fuero. 120. D. de verb. ob-
ligat. vbi vel statim nullam ef-
se stipulationē intelligo, si certū
aureorū summa non sit: vel sta-
tim validam & certam existere,
si summa illa non deficiat: quia
quamuis interim incerti sumus,
an stipulatio valeat iuxta. §. pe-
nult. Instit. de verb. obligat. certi
quidem sumus, quod si valet, cer-
tissima est, iuxta textum in dicta
l. vbi autem. §. illud. ver. sed qui
vinum. & dicta l. hæc venditio.
§. huiusmodi. atque ita nullo tē-
pore incerta stipulatio dici po-
test, sed aut certa, aut nulla, in
specie dictæ. l. si ita stipulatus.
circa quam cum l. si feruus. §.
qui quinq;. de lega. 1. agit Ema-
Costa lib. 1. fellecta. interp. cap.
2. Hinc igitur, vt ad propositum
redeam, consequitur & fit: quod
si ita stipulor, quod Seius debet,
aut quod mihi ex testamento de-
betur, dare spondes: incertū vi-
deor in stipulationē deducere:
quia promissor omnino incer-
tus est, saltem in stipulatione nō
certioratur, quid, quantum, qua-
leq; promittat, & an illud, quod
promittit.

promittit, in rei veritate certum
incertum uē sit, certamq; in se
quantitatem habeat, nec ne: for-
san enim factum est, quod mihi
Seius debebat, vel ex testamen-
to erat mihi legatum: puta do-
mum reficere, aut ædificare, vel
etiam alicuius rei interesse, quia
forte domus refecta aut ædifi-
cata non est, iuxta. l. stipulatio-
nes. ver. Celsus. D. de verb. obli-
gat. & l. 1. in fine principij. D. de
actio. empti. quæ de se incerta
sunt, vt constat ex eadem. l. vbi
autem. §. qui id quod. vel etiam
homo generaliter sine proprio
nomine, aut vinum frumentum
uē sine qualitate, expressa tamē
quantitate debetur: quo casu in-
certum quoque debetur ex ea-
dem. l. vbi autem. in princi. vt re-
cte explicat Caro. Molineus de
vris. quæstio. 92. num. 698. Vn-
de cum in hac specie omnimo-
da promittentis incertitudo sit,
quatenus ex ipsa verborum con-
ceptione conijci potest, licet re-
vera promissa res certa sit, recte
ait Vlpianus in dicto. §. qui verō.
incertum videri illum in pro-
missionem deducere ex Regula
l. stipulationum quedam. 74. cū
principio eiusdem. l. vbi autem.
D. de verb. oblig. Nec huic sen-
tentia quidquam obstat difficul-
tas, quæ occurrit Vlpiano in di-
cto. §. qui verō. ver. & adhuc.
nam respōdeo, id ex eo esse, quia
obligatio fideiussoris, cum ac-
cessio obligationis principalis
sit, §. si fideiussores. Instit. de fi-
deiusso. nimirum si alteram na-
turam non capiat, propter con-
sequentiam vnius ad alteram
obligationem, vt bene explicat
Corasius vbi supra, in dicto ver.

& adhuc, qui etiam ibidem in
dicto. §. illud. num. 4. recte expli-
cat. l. ait Pretor. §. 1. D. de re iud.
vbi aliud specialiter interpreta-
tur l. C. ideo, vt certa sit lata sen-
tentia, iuxta textum in §. curare.
Instit. de actio. quasi contrariū
Regulare sit in huiusmodi pro-
nunciationibus.

Ex qua optima resolutione ve-
re intelligitur tex. difficilis in l.
debitori tuo. C. de pactis. vbi hæ-
res scriptus cedens alteri hære-
ditatem, stipulatus est, quod sibi
& cæteris creditoribus debere-
tur, dari: & generaliter inquit
tex. actionem ex stipulatu com-
petere, quæ ad certum nō datur
l. si quis certum. D. si cert. pet. &
tex. in prin. Instit. de verb. oblig.
cum tamen debita, quæ in stipu-
lationem deducta sunt, certa es-
sent. & glossa Accursij in dicta
l. debitori. explicat, ex stipulatu,
id est, ex stipulatione. quod im-
probat Baldus ibi, quia text. de-
struit ea expositio: * ipse tamen
elegantè distinguit: cū mihi
dari stipulor, aut cū alteri dari
stipulor: quia in prima stipula-
tione, si certum deducatur, certi
condictio competit: in secun-
da verō omnino incerti datur, &
sic ex stipulatu, quia ea stipula-
tio valet ratione mei interesse
l. stipulatio ista. §. si stipuler. D.
de verb. oblig. & §. fina. Instit.
eo tit. & in specie probat text.
elegans in l. liber homo. §. fina.
D. eo. vnde concludit Baldus,
quod ex ea parte, qua stipulatus
sum cæteris creditoribus solui
in. d. l. debitori tuo. ex stipulatu
actio est, quia pro ea parte in-
certū in stipulationem deduxi,
scilicet meum interesse, ne ab
illis

illis ego hæres conueniret. l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. & l. fina. D. si quis in ius vocatus. reprobata glossa ibi, & in l. certicondicio. verb. ex certo. in prima expositione. D. si cert. per. pro altera tamen parte, qua mihi dari quod deberetur, si hæreditatem non adissem nec confusa esset obligatio, stipulatus sum: inquit Baldus, certicondicio competit. & ita intelligit text. in dicta. l. debitori tuo. C. de pactis. Sed certè cum generaliter dicat Imperator in ea lege, actionem ex stipulatu dari, & Baldus: cū distinctione probet, iam vides, qualiter ipse Baldus nō minus textum destruat, quam glossa ex mente Baldi destruebat in relata expositione. *Itaq; ego plane intelligens eum text. sic aio: quod generaliter competit actio ex stipulatu, quia pro utraque parte incertum est in stipulationem deductum ex text. in dicta. l. vbi autem. §. qui verò. D. de verb. oblig. secundum verum illius legis sensum & intellectum supra traditum, qui mirificè confirmatur ex dicta. l. debitori tuo. sic rectè & necessariò intellecta. C. de pactis.

Igitur ex prædictis certissimum manet, quod si ita vendo, ut quod debeo creditoribus meis soluas: incertum in conventionem deduco: ut verè dixerit Io. Faber vbi supra, eo modo venditionem non contrahi, quæ certum pretium requirit. §. pretium autem. Institut. de emp. & vend. Atque ideo ex ea conventionem gabellam non deberi videatur. Sed notandum est, * quod cum non ex venditione sola, sed ex

permutatione quoque Regalis decima pendi debeat. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & latè dicimus infra cap. 17. atqui negari non possit, quin in prædicta specie vel innominatus contractus fit do vt des, vt est text. expressus in l. 2. C. de conditione ob causam. cum ibi notatis. per gloss. & Docto. in quo non illud requiritur, quod certum vel incertum in conventionem deducatur, vt constat ex notatis per Doctores in l. 1. C. de rerum per. & resolutis infra dicto cap. 17. num. 7. fit cōsequens, vt in omnem euentum ex huiusmodi conventionem decima debeat. Nec inutilis ideo est quæstio ista, an scilicet eo casu tanquam ex venditione, an verò tanquam ex permutatione Regalis decima debeat: quia si quod creditoribus meis debeo, non pecuniam, sed quid aliud genericum aut specificum esse conficiet, cum innominatum contractum eam conventionem esse dixerimus, duplex gabella exigenda erit ex prædicta. l. 2. Recopilatio. quod si venditionem esse à principio diceremus non nisi vnica gabella seu decima deberetur, iuxta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. quia contractus, qui semel constitit, tractu temporis non mutatur. l. insulam. versic. neque enim. D. de verb. oblig.

Ex quibus manifestè liquet veritas decisionis Tholosanæ apud Auiterium quæstio. 278. quæ habet, * quod si aliquis dat omnia bona sua cum pacto, quod donatarius alimentet donantem, & soluat eius debita: ex tali conventionem debetur laudimium seu

scilicet quinquagesima, quia inquit, non est mera donatio. Immo & decima Regni nostri debetur, vt tradit Castellus in. l. 69. tauri. verb. donacion. in additione. verfed dato, quod valeat. quia vt resoluimus, innominatus contractus est do vt des. Sed contrariū tenet Io. Parladorius lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. in fine. dicens neminem fore, qui non videat factum esse illud Castelli dictum: etenim, inquit, ea conuentio nihil cum venditione aut permutatione commune habet. At verò, vt dixi, si ad præhabitam resolutionem attendamus, non multum eam conventionem à prædictis contractibus differre conperiemus: quia si debita illa donatoris in pecunia forent liquide explicata & expressa, apertam venditionem esse fatebimur ex l. Stichus. §. Titius. D. de conditione. indeb. & quæ diximus supra. num. 24. cum sequenti. quod si non exprimentur, quamuis venditio esse nequeat propter pretij incertitudinem, iuxta relatum sententiam Io. Fabri vbi supra dicto num. 24. impossibile est, quin sit permutatio: quia vbi existente pecunia certa venditio est, si res alia loco pecuniæ interueniat, permutatio est ex regu. l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscriptis verbis. atque ita indubitanter diximus, supra num. 32. quod in omnem euentum ex ea conventionem gabella debetur, vt satis confirmata maneat prædicta Castelli sententia, saltem quò ad debiti quantitatem, quod in eo pacto deductum fuerit. Sed adhuc non ideo male lib

34 curum esse Parladorium existimo in suo casu: * ad cuius reiectionem notandum est, quod regulariter pactum in rei traditione appositum valet, & vestitur coherencia traditionis, vt docet text. in l. in traditionibus. D. de pactis. vbi Doctores notant, & in l. legem. C. eo tit. & l. rebus. C. de rerum permut. istud autem dupliciter potest contingere: Quia aut potest fieri, vt facta relatione pacti ad traditionem, contractus innominatus resultet, veluti si fundum meum tibi dederò eo pacto, vt domum tuam des mihi: vel vt pro me Romam eas, aut aliquid aliud facias: quo casu verus innominatus contractus est do vt des, vel do vt facias, iuxta. l. naturalis. §. & si quidem. & §. at cum do. D. de præf. verbis. & tunc nulla dubitatio est, quin pactum illud valeat & vestiat: & rei interuentu vestiri dicitur, quod est generale in ijs contractibus, vt tradit glossa in dicta. l. in traditionibus. & contra Iaco. Butri. defendit ibi Bartolus num. 1. Aut potest fieri, vt ex prædicta relatione pacti ad traditionem, nullus innominatus contractus resultet, & adhuc pactum illud efficax est coherencia traditionis vestitum, ex generali regula dicta. l. in traditionibus. veluti si rem dederò tibi, vt eam mihi aut Titio post tempus restituas, iuxta. l. 2. & l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. quo casu non contrahitur, do vt des: quia non propter pactum restitutionis res data est, sed liberalitatis causa, & ita conuentio circa vnã & eandem rem versatur. Offert cum

cum dotem do, vt post solutum matrimonium restituas, nullus est innominatus contractus, do vt des: sed solum pactum rei traditione vestitum, vt eleganter contra Bartolum explicat Alex. de Imola in dicta. l. legem. num. 3. C. de pactis. quem refert & sequitur Iason in dicta. l. in traditionibus. num. 1. cuius quidem distinctionis ille apud nos est maximus & notandus effectus: quod primo modo re tradita cum adiectione pacti, Regia gabella quasi ex vera permutatione debetur, iuxta. l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. in secundo autem non ita, prout notabimus infra cap. 17. num. 7. Igitur si bona mea dedito tibi eo pacto, vt debita mea soluas: verus est innominatus contractus do vt des, quia vnus pro alio datur, iuxta considerationem desumptam ex. l. mortis causa. §. fina. D. de donati. mortis causa. de qua supra ex numer. 17. ita vt vere dixerimus cum Castello in dicta. l. 69. tauri. Regiam decimam ex ea conventionione deberi. * At si ita dedito bona mea, vt alimenta mihi praestes: fecus fore videtur, quia ita videor dare, vt ex bonis meis quae tibi dolio, me alimentes: praesertim si tandiu tibi donaucro, quandiu mihi alimenta praestiteris: atque ideo cum tota conventionione circa bona mea versetur, non minus quam cum ita rem do, vt partem eius, vel totam ipsam rem post aliquod tempus restituas, vt supra dixi, fieri nequit, vt innominatus contractus do vt des, aut permutatio refuset, quae est vnus rei pro alia re datio siue concessio, vt tradit.

1. vbi Gregorius notat. titu. 60. part. 5. & dicemus infra num. 52. sed est quidem pactum quoddam nudum coherentia traditionis vestitum iuxta dictam. l. in traditionibus. D. de pactis & probat textus expressus in l. 3. in fine. C. de contrah. empt. ita vt vere quoque dixisse appareat Ioannem Parladorium vbi supra, nullam ex ea conventionione gabellam deberi: quia licet ipse nihil profere adducat, verum esse constat ex eo, quod eo casu nec venditio est, cum pretium deficiat, nec permutatio quodque esse potest, quae sine re duplici constare nequit, vt dixi.

36 ex qua resolutione inferri potest ad speciem text. in. l. fina. C. de rerum permutat. * vbi res ea lege data est, vt menstruum quidam donatario praestetur: vt si quae ratur an ex ea conventionione Regalis decima soluenda sit, ita distinguamus: quod si ita res datur, vt quid aliud a re ipsa & eius fructibus separatim ac diuersum praestetur, vt quia foris infructifera, licet pretiosa, res illa sit: vera permutatio & innominatus contractus sit do vt des, quia vnus pro alio datur: ac perinde ex supra resolutis gabella debetur. Secus autem si id menstruum ex re ipsa & eius fructibus esset deducendum, veluti cum rem fructiferam in censum do, vt inferius dicemus: quia tunc cum non duae res sint, sed vnica tantum versetur, permutatio & innominatus contractus esse non potest ex praedictis, sed pactum nudum rei traditione vestitum, iuxta dictam. l. in traditionibus. D. de pactis. Quin immo & in praedicta

dicta alimētorum specie, de qua supra nu. 35. eadem distinctio facienda est: etenim si equum velocem, aut gemmam, vel margaritam pretiosam, aliamve rem infructiferam dedito, vt alimenta mihi praestes, quoad vixero: non dubito, quin innominatus contractus, do vt des, & permutatio sit, vnum enim do, vt aliud mihi praestes & des, iuxta d. l. naturalis. §. et si quidē. D. de praes. verb. quicquid innominatum contractum, do vt facias, esse dixerit glo. in d. l. 3. verb. vt te. C. de contrahen. emptio. atq; ita proculdubio gabella debetur. quae omnia nota, quia quotidiana sunt, & ad plurima applicari possunt, prout ad quaestionem valde vtilē & vsufrequentē applicabimur infra nu. 53.

37 Sed vltcrius (ne materia census egrediamur) optima illa dubitatio est: * quid si rem censuatam vendidero, non quidem cum suo onere census impositi, aut eius mentione facta, vt in quaestione, de qua supra nu. 16. sed vt liberam potius certo pretio: postea autem cum emptor rem tributariam esse resciret, ex vendito ad pretium a me conuentus, quantitatem census ē pretio deducat, censumque recognoscat, iuxta terminos text. in. l. in venditione. D. de act. empti. an decima ex toto pretio conuento debeat, an ex solo eo, quod deducta census quantitate solutum fuerit venditori. & proculdubio aio, decimam totius pretij esse soluendam, quia vere tanti vendita res est, & verificantur verba legis Regiae, quae de venditionis decima lata est in. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopi. ibi: de todo el precio por que vendieren. quāuis enim vendēdo

vt liberam rem illam censuatam, in crimē stellationis inciderim l. 3. D. de crim. stelli. ideoque possit emptor contractum rescindere pretio repetito, si velit, iux. l. 63. tit. 5. par. 5. & quae in terminis notat Peretius in. d. Rub. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 29. col. 2. bene tenet & valet venditio ipso iure in tota re, non deducta parte, quae censui correspondet. Quin immo si rem alienam vel communem certo pretio vendidisset vt meam, & quia rescuisset emptor alienam esse, pretium mihi non soluerit, aut partem pretij pro quantitate alienae partis deduxerit, iuxta terminos. l. si post perfectam. & quae ibi notatur. C. de euct. adhuc decima totius pretij in tuto erit, quia verum est, me eo pretio vendidisse, & validam venditionem contractam esse. l. rem alienam. D. de cont. empti. cum notatis supra. in scholio ad d. l. 1. Recop. verb. vendiderim. & dicemus infra. cap. 14. nu. 23. & cap. 15. num. 6. atq; ita plusquam semel iudicauimus, & obtentum est. hisque explicit hic articulus.

Veniamus ergo ad alium censum, quem vitalem aut temporalem diximus supra in principio istius capituli. n. 2. vers. secundus est. * ex cuius constitutione magnopere litigatum vidi, an regalis decima debeat, sicut ex reliquis consignatiuis censibus, perpetuis, aut redimibilibus eam deberi supra resoluimus. & Peretius in Rub. tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 33. col. 2. generaliter ait, quod ex contractu annui redditus gabella debetur: nec distinguit inter census perpetuos, & temporales, quāuis de ijs omnibus supra egerat in eadem Rub. ex pag. 28. col. 2. Et quamuis mul-

ti Hispani autores de hac census gabella mentionem fecerint, nullum video, qui quoad illam inter predictos contractus aliquam differentiam constituat: quales sunt predictus Peretius in loco allegato, & Ioan. Parladotius lib. rerum quotid. cap. 3. per totum. precipue in. 5. 8. vbi late de hac census gabella egit. Auendanius responsio. 23. nu. 1. Monterrosus in praxi. tracta. 7. fol. 153. & Menchaca lib. 1. con- trouer. vsufreque. cap. 11. num. 16. Atqui ego vnam & eandem rationem soluendae decimae ita in vtroque censu esse existimo, vt nullam dubitandi rationem animaduertam: quia vera in vtroque venditio est, per quam hic non minus, quam ille iustificatur, vt constat ex traditis per Do. Soto lib. 6. de iust. & iure. quaestio. 5. art. 2. in prima & secunda conclusionem. & per Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 7. num. 3. & cap. 9. ex num. 7. & Dida. Peretiū indicta. Rub. titu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 30. col. 2. versi. quarta conclusio sit. cum sequentibus colūnis, vsq; ad pag. 32. col. 1. in prin. ibi. manifesta est emptionis venditionisq; ratio. eodemq; modo loquitur Regia pragmatica lata hoc anno. 1583. quae his vitalitibus censibus modum imponit. Sic *vt manifestissimè appareat, 39. falsum esse dictum quoddam notabile & valde notandum in hac materia, si verum esset, doctissimi viri D. Francisci Sarmi. lib. 7. fellecta. interp. cap. 1. nu. 40. vbi ait, censum ad vitam constitutum non venditionem esse, sed aleatorium. quemdam contractum, quasi ex nunc cum constituitur,

fortem tibi dederim si moriar, tu autem des mihi pensionem annuam si viuam: prout similiter ludum fortunae, puta taxillorum, aut chartarum, reciprocam quandam promissionem seu dationem esse dicimus, sub contrarijs conditionibus, si plura puncta fortuna mihi aut tibi dederit, prout ex S. Thom. 2. 2. quaest. 32. art. 7. Imola & doctoribus in cap. penult. de vita & honest. cleri. tradit Andr. ab Exea, de pactis. nu. 442. ad medium, vt eam conuentionem non rectè innominatum contractum do vt des, appellauerit Do. Sot. lib. 4. de iust. & iur. quaest. 5. ar. 2. in 5. conclu. cum sit potius, vt dixi, reciproca quadam datio sub casuali illa conditione contracta: quae admodum si tibi promissero decem dare si Rex venerit, & tu mihi si non venerit: quod licitum est ex l. si quis ita fuerit stipulatus. D. de verbo. obligat. quod quidem si ita in vitali censu procederet, facile intelligeremus ex illiusmodi contractu decimam non deberi, quae vel ex venditione vel ex permutatione soluenda est. l. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. Sed certe contrarium ex prehabetis constat, est enim, vt dixi, vera & perfecta venditio: atqui Carolus Molinæus, quem vir ille doctissimus pro se allegat, in tractatu de vsuris. quaest. 72. passim ait, emptionem & venditionem census vitalis: in quo aliter aliam considerat, quam vir ille videtur accepisse: considerat enim ut alea est in vera & perfecta venditione iactus retis, de qua in l. si iactum retis. D. de actio. empti. & diximus supra capite. 9. nu. 40. Sed & praeterea cum hic cen-

40 census vitalis constituitur, necdum vera emptio & venditio contractur, vt diximus, * sed etiam rei immobilis suppositio interuenit, & necessaria est, sicut in reliquis perpetuis censibus desiderari diximus supra num. 18. est enim proprii Motus Pij V. super forma creandi census, generalis decisio, omnes annuos redditus continens tam vitales, quam perpetuos, nec de hac re vlla vnquam dubitatio fuit: ita vt in hoc non minus, quam in illis, res ipsa supposita venditae esse intelligatur: in illis quidem perpetuis, in hoc autem temporaliter vsq; ad incertum tempus vite illius, cuius mortalitate census ille fuerit limitatus, iuxta ea quae superius late resoluimus ex d. nu. 18. * Costat enim temporales rerum venditiones fieri posse, sicut perpetuas, vt notatur in l. si vbi glo. verbo. contractus. C. delega. & resoluit Tiraquei. de re tra. lign. §. 1. glo. 14. nu. 88. quin autem ex quacunque venditione, siue temporali, siue perpetua, Regalis decima debeatur, dubitare non licet: quomodo cumq; enim verum sit, venditionem esse contractam, legi Regiae locus fiet, vt tradidimus supra in praefatione, in scholio ad l. i. tit. 17. lib. 9. Recopila. verbo. *Vendiderint*. Itaque ex predictis ego non video, cur ex istiusmodi census vitalis constitutione per pecuniam facta, Regalis decima non debeatur, eisdem regulis seruatis, quas in censu perpetuo consignauimus supra tradidimus per totum caput: * ita vt mirari non desinam, quod cum ita semel, me quidem consulente, in fauorem gabellarum indicatum esset, per Regios ac

supremos iudices Vallisoletanæ Chancelleriæ reuocatum fuit.

Aduerto autem, quod aliquando & persape census iste vitalis constitui solet super iure aliquo, quod forte venditor à Rege habet (*jurro* vulgus appellat) de quo dicemus infra nu. 76. quod rectè fieri potest, quia ius illud pro re immobili iudicatur ex Clem. exi. u. §. cumq; annui redditus. de verbo. signi. & notat Auend. de exequ. manda. lib. 2. cap. 14. num. 15. in fine. & verificantur verba Pontificis in predicto Motu proprio, in princ. ibi. *Nisi in re immobili, aut qua pro immobili habeatur.* 43 Et * isto quidem casu ex tali censu super eo iure constituto gabella non debetur ea singulari ratione, quia nec si ius ipsum à domino venderetur, exigi posset propter communem praxim, de qua agemus infra hoc eodem capite num. penult. Quin immò nec si perpetuus census super eo iure consignaretur, decima petenda erit ex predicta ratione: & si simul in eo iure cum alijs rebus immobilibus fuerit consignatus, pro rata illius iuris erit decima defalcanda: quia cum in his censibus vel res ipsa supposita maxime inspiciantur, tam vt diuidatur gabella, quam vt ipsa petiqueat, vt latissimè supra resoluimus isto capite, effectus isti necessario consequuntur & dimanant: quos notare oportet pro limitatione eorum, quae tradidimus supra, name. 5. & nume. 14. Itaque quod dicimus, ex vitali & perpetuo censu Regiam gabellam deberi, ita vere accipiendum est, si super alijs annuis redditibus, praeter

hæc Regalia, quæ *juros* dicimus, vel immobilibus rebus census illi constituentur: quia cum res illæ suppositæ perpetuò, aut temporaliter vèdi intelligantur, nulla ratio est tã in temporali, quã in perpetuo, cur gabella solui non debeat, ac si verè & realiter res illæ venderentur.

notas
Sed quamuis hæc ita difficilia esse videantur, maior ac difficilior dubitatio est in censu illo reali, seu prædiali, aut reseruativo, de quo diximus supra num. 44 uo, de quo diximus supra num. 3. versi. tertius est. * nempè, cum fundum meum do tibi ad censum annum certæ quantitatis mihi soluende, eumque redimibilem: ita ut quotiescunque dederis mihi, aut hæres tuus, vel quicumque rei possessor tantam pecuniam, quanta valet is annuus redditus in fundo illo reseruat, ad rationem vni⁹ pro quatuordecim vel pluribus, iuxta moderationem. l. 6. titu. 15. lib. 5. Recopilat. redemptus sit, & fundus ipse liber apud te maneat sine onere & censu: quod quotidie videmus fieri: Ex hac ergo census specie magis dubitare licet, an Regalis decima debeat: & si quidē debeat, quo tempore, & cui gabellario solueda sit, an tempore constitutionis, an verò tempore redemptionis: quod ut plene cognosci queat, disputare oportet, qui sit iste contractus, scimus enim ex sola venditione & permutatione Regiæ gabellam deberi. l. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat.

45 Et primò videtur, * quod hæc datio fundi in censum, mera sit, ac propria emphyteusis, atq; ita ex ea nulla decima debeat ex traditis supra cap. 1. num. 42. &

hoc eodem capite num. 5. differt enim emphyteusis à venditione & permutatione, & reliquis contractibus, ut tradit tex. in. 9. adeò. Instit. de locatio. & conduct. sed in contrarium est veritas, & communis doctorum sententia, quia in contractu censuali, de quo agimus, dominium rei tam directam, quam utile in recipientem transfertur: in emphyteusi autem non nisi utile, directum verò apud concedentem manet, ut est glo. in cap. constitutus. verb. iuxta ratam. in fine. de religio. domini. quam sequuntur doctores communiter, ut dicit Abbas ibi. num. 20. Iason in l. 1. nu. 39. C. de iure emphyte. & resoluat Iulius Clarus lib. 4. sententia. 4. emphyteusis. questio. 1. & Anto. Gomezius, & Palatius Ruueus in l. 68. Tauri. num. 2. & alij plures passim notant.

Præses autem Couarru. lib. 3. variar. resolutio. cap. 1. t. per totum. agens de hoc contractu censuali, ut inquirat, an in eo retractus sanguinis locum habeat, & an statim ubi fundus datus est in censum, vel postea cum census redimitur, consanguineus possit retrahere iuxta. l. 7. ti. 1. lib. 5. Recopil. * existimat, & tradit in dicto loco. num. 6. versic. quinta ratio. in hac datione fundi in censum redimibilem iuxta speciem propositam, duos contractus sub vnius nomine contingere: atque utrunque emptio nis & venditionis esse. Primum scilicet ipsius fundi pro pretio & pecunia, per quam census redimi debeat & possit: alterum verò census constituti, iuxta ipsius pretij quantitatem, ad ratio-

rationem vnius pro quatuordecim cum pacto redimendi, iuxta. d. l. 6. Recopil. atqui hunc vltimum à priori distingui, cum in eo sit veditor ille, qui in priori nomen emptoris habet. putat enim Couarruias, ut ibidē ipse explicat, nu. 6. versi. tertio. quod quando ego do tibi hunc fundum pro decem aureis annuis mihi soluendis, cum pacto redimendi: ego videor fundum illum purè tibi vdidisse pro pretio centum & quadraginta aureorum, quibus census ille redimi debet: & tu videris pretium illud breui manu mihi soluere, & ego tibi iterum dare ac soluere pro pretio illius annui redditus decem aureorum, quem à te emo, argum. eorum, quæ de fitione breuis manus tradunt doctores in l. certi codictio. 5. si numos. & l. singularia. D. si cert. pet. & latè agemus infra cap. 11. ex num. 11. atque ita infert Couarruias, quod statim ac fundus ille patrimonialis in censum datus est, locum retractus habet, quia purè eo tempore fundus venditur, & succedit dispositio dictæ l. 7. Recopilat. & nos possumus ex eadem resolutione ad nostram questionem colligere, quod ex eiusmodi datione rei in censum, nedum vnica, sed duplex quoque Regalis decima solui debeat ex venditione duplici: prima quidem à me, quia fundum tibi vendidi centum & quadraginta aureis: & altera à te, quia eodem pretio censum decem aureorum mihi vendidisti: ex quo contractu decimam deberi, iam supra resoluimus num. 5. & nemo est, qui dubitet, ubi duplex venditio

est etiam eiusdem rei, duplicem gabellam deberi, ut dicemus infra cap. 13. num. 3.

47 Sed profectò * hæc sententia rectè & proculdubio procedit, quando partes ita expressè contraxerunt, ut primò fundi venditionem facerent certo pretio statuto: ac deinde ex pretio illo censum constituerent siue in eadē scriptura, siue in diuersis, iuxta priorem speciem propositam à prædicto Couarruias in principio illius cap. 11. eo quod verè, aperteque eo casu partes voluerunt duos contractus efficere: atque ita ab eorum voluntate recedendum non est. l. ille aut ille. delega. 3. nec locus cōiecturæ relinquitur. l. continuus. 5. cum ita. in fine. D. de verb. obligat. ita ut proculdubio dicere debeamus, in ea specie duplicem gabellam deberi, nempè ab utroque venditore, ut explicari.

48 At verò valde dubia, immò plene falsa ea sententia est, * quādo non ita distinctè duos contractus efficientes partes contraxerint, sed vno contextu & orationis spiritu ita dixerimus: quod ego do tibi hunc fundum in censum pro decem aureis annuis mihi soluendis, eo pacto, ut datis centum & quadraginta aureis, quæ est legitima fors ad rationem vnius pro quatuordecim iuxta leges Regias, possis redimere: & tu ita agnoscis sub censu, annuoque, redditu fundum illum à me recipere, adhibitis clausulis & pactis, quæ in huiusmodi contractu censuali adhiberi & adscribi solent. Hæc enim posterior species valde differt à priori, ut ex sequentibus ap-

parebit, quamuis vt similes & equales proposuerit Couarr. in d. cap. 11. in prin. ibi. sic & eadē quæstio proponitur. & quāuis idem ius in vtraq; esse dicat Io. Matientius in. l. 7. tit. 11. glo. 1. nu. 24. lib. 5. Recopilat. & earū quidem differētia vel ex eo peccatissimum constat, quod census qui ex hac posteriori specie resultat, natura differt à cēsu prioris speciei: est enim hic posterior re ipsa data sine pecunia constitutus & contractus: qui pculdubiō licitus est ab vsuræ labe longè distans, & longiūs quā ceteri, qui per pecuniam constituuntur: nec ideō locum in eo habet decisio proprii Motus Pij V. super forma creandi census, de quo latè suprā egim⁹. & à ceteris eum distinguens reseruatium appellat Do. Sor. lib. 6. de iust. & iu. quæst. 5. art. 1. in prin. & nos distinximus suprā. nu. 3. versi. tertius est. ille verò census qui ex priori illa specie resultat, pecuniarius & cōsignatiuus est, quia apertè ex expressa partium voluntate pecunia emitur & cōstituitur super re vendita, vt iam diximus: * Ita vt magnopere animaduertendum sit, quod si cēsus ille, de quo in specie priori de qua suprā nu. 47. sine præsentī & numerata pecunia constituitur, nullus erit hodie ex dispositione prædicti Motus proprii: quia licet pretiū illud, per quod constituitur, verè & realiter à venditore census deberi constet exemptione fundi dati, adhuc ex eo debito sine reali interuentu pecuniæ census hodie constitui nequit ex prædicta Pontificia cōstitutione, ibi:

Non autem prius recepto, integro, in stoque pretio. Et infra ibi: pro censibus temporis vel præteriti. Quæ ita in praxi seruaretur, quicquid aliud contra expressam illam decisionem voluerit Petrus à Salazar in tracta. de vsu & consuet. cap. 8. ex nume. 45. nisi Regia supplicatio obstisset, de qua supra num. 20.

Quin immò tantū abest, q̄ in hac reali census constitutione duplex venditio sit iuxta sententiam Dida. Couar. vbi suprā: vt verissimum sit potius nullam venditionem contrahi, neque fundi dati, neque census constituendi: est enim ea conuentio pactum quoddam rei traditione vestitū, ad quod præscriptis verbis actio datur, iuxta tex. elegantem in. l. fina. C. de rerū permut. iunctis ijs, quæ diximus suprā nu. 36. & quæ dicemus infra nu. 52. & num. 53.

Ceterum Auendanius expressè agēs de gabella istius census, in respon. 29. * vt indubitabile præsupponit, Regalem decimā ex eo deberi, non quidem duplicem, vt ex præhabita Didaci resolutione colligendum videbatur, sed vnā duntaxat: hoc enim vt vero præmissō, id tantū principaliter agit ac disputat in eo respōso, cui gabellario decima illa debeatur: scilicet an gabellario illius anni, quo res in censū datur, an verò illius, quo census postea redimitur: & resoluit gabellario prioris anni esse soluendam, statim quidem cum res in censum datur, non expectato tempore redēptionis: nec illud disputat, quod modò nos in dubium reuocamus, scilicet qui sit iste

iste contractus cēsualis, vt ex eo decimam vēditionis aut permutationis deberi asseuerem⁹. Obiter tamen, & vt indubitabile tradit in principio illius responsi, ibi: vt datis decem millibus census ille tanquam emptus nō solueretur. & deinde in versi. & primo. & versi. finali. idem significat: quod cū fundus aliquis in censum redimibilem datur, venditio contrahitur non quidem in ipso fundo, nec in reseruatō census cōstitutione, vt falsō putat Couarr. in dicto cap. 11. nu. 6. sed in census redemptione: ita quod, cum de redimendo cēsu illo reseruatō & reali paciscimur, ego videar censum illū meum in re mea reseruatū tibi vendere pro illa sorte, atq; ita ego, qui rem in censum dedi, decimam debeam: non tu, qui potius pro illa sorte principali posteā soluenda cum volueris, censum illū meum videris emere. Atqui si venditio ista non in redemptione census, sed in ipsius constitutione cōtraheretur iuxta sententiam Couarruias vbi suprā, & prout in alijs censibus consignatiuis contrahitur, vt diximus suprā nu. 4. non ego, sed tu qui esses venditor census, gabellam esses soluturus, ex traditis suprā numero. 6. ex quibus omnibus iam vides (lector optime) quanta sit horum doctorū contrarietas in hoc passu difficili, & quotidie practicabili: Couarruias enim duas venditiones considerat: Auendanius autem vnicam duntaxat, eamque diuersam ab illis duabus, vt explicuimus.

51 Sed & præterea nota, * q̄ quoti

diana praxis in plurib⁹ istius Regni locis obseruata lōgè ab vtriusq; autoris sentētia distat: hæc enim sic se habet: q̄ cum ego do fundum meum in censum redimibilem, vnica dūtaxat gabella debeatur, quasi vnica etiā venditio cōtrahatur, à me quidem, non ab eo, qui fundum recipit: in quo praxis ista Auēdanij sententiæ consonat. Cæterū illa gabella non soluitur eo tempore, quo res in censum datur, nec illius tēporis gabellario, vt aliās putat Auēdanius, sed eo potius tempore, quo census redimitur, & illi quidem gabellario, qui illius etiā temporis gabellas cōduxerit. & quia ab antiqua practica non est recedendum, vt inquit Baldus in. l. illud vstratissimū. D. de excusa. tuto. & probat tex. in. l. si quis donatur⁹. ibi: *vsitatum est. D. de vsufr. & communis obseruantia tanquam lex seruari debet, & minimè sunt mutanda, quæ certam interpretationē semper habuerūt. l. si de interpretatione. & l. minimè. D. de legib⁹. quomodo argumētatur Bal. in cap. 1. de fœudo sine culpa nō amittēdo. id vsibus fœud. dicēs, & ita seruat practica, quæ est vera intellectrix legū: ego amplector istius praxis sententiam, & secundū eam hanc nostrā quæstionem resoluendam esse aio: cū quia ita vsitatum est, vt ait d. l. si quis donaturus. & doctores de hac re agentes non satis sibi constāt, vt ex prædictis patet: tū quia sic se habere iuris veritatē existimo: q̄ vt explicè ita resoluo.*

Et aio, q̄ quando ego do tibi fundū meum in censum siue perpetuum, siue redimibilem, non

ego vendo tibi fundum, quia nullum pretium est, vt expressè tradit Car. Molinæus in consu. Paris. titu. 1. §. 23. quæsti. 19. nu. 56. nec ex eadem ratione tu vèdis mihi censum aliquem super illa re constituendum, cum nullum pretiū sit: quicquid per breuis manus fictionē vtriusq; rei venditionem fieri voluerit Couarr. d. cap. 11. nu. 6. cuius sententia eo solo casu rectè procedit, quādo ita expressè dixissē: quod vendebam tibi fundum tali pretio, & quod ex pretio solueres mihi censum, vt notauim⁹ sup. nu. 47. cū animaduersione, 52 de qua in nu. 49. * Nec præter eā eo casu aliqua pmutatio est, nempè fundi pro cēsu in eo cōstituendo per te, postquam fundus esset tu⁹: quia licet illud nō malè dicendum videretur, eo qd si pecuniam dedissē pro eo cēsu à te constituēdo in re tua, emptio & veditio esset, vt diximus sup. nu. 4. ac ideò si rem dederō pro tali cēsu, permutationem fore videatur, iuxta regulā. l. naturalis. §. etsi quidē. D. de præsc. verbis. duplicemq; ideò gabellā deberi ex. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopi. cum notat. sup. nu. 9. secus si res habet: ea singulari ratione, quia cum census constitutus in re, & ipsamet res censui supposita, respectiue iuxta census quātitatem, pro eodem habeāt, vt satis cōstat ex traditis supra nu. 18. & nu. 20. non poterit permutatione aliqua intelligi in hac datione rei in censum, cū duæ res non sint, prout necessariū est ad hoc, vt permutationis contractus celebretur: est enim illa vni⁹ rō pro alia re datio siue cō-

cessio. l. 1. vbi Gregorius. tit. 6. part. 5. & dicemus infra cap. 17. nu. 7. licet vtra earum sit pretiū vel merx, non distinguatur. l. 1. D. de re. perm. & diximus supra nu. 35. sed vnica potius res duntaxat reperitur, nempe res ipsa censuata, quæ, vt dixi, eadem est cū ipso censu. Quæ sanè resolutio ex ijs, quæ statim dicam, cui dentius apparebit.

Qui ergo sit iste cōtractus, textū * habemus docentem in. l. si. C. de rer. perm. quæ rectè ad hoc allegat Do. Soto lib. 6. de iust. & iu. quæst. 5. art. 1. in prin. vbi dicitur, qd si dedi tibi fundū, vt mēstruum annuū vè quid mihi præstes: quæ est nostra species, nulla mihi nominati cōtractus actio competit, sed præscriptis verbis actio datur. ergo nulla, vt dixi, in eo contractu venditio est, vt aliās putabat Couarr. vbi supra, & aduertit supra. n. 49. vers. quin immò. sed est potius pactū quoddam nudum rei traditione vestitū: quia vt inquit ea. l. fin. benè mihi licet in traditione rei meæ quamcunq; legem dicere, & efficax pactū apponere, iuxta terminos. l. in traditionibus. D. de pactis. vbi doctores notāt, & in. l. legem. C. eo. tit. & cap. cum dilecti. vbi Abbas. nu. 3. de donati. quo casu quāuis persēpè & regulariter innominatus contractus resultare soleat, nēpe do vt des, aut do vt facias, iuxta. l. naturalis. §. etsi quidē. & §. at cū do. D. de præf. verbis. veluti in ea specie, cum rē do eo pacto, vt aliā rem mihi des, vel vt aliquid pro me facias, vt notat Bart. cū glo. ibi. in d. l. in traditionib⁹. nu. 1. tamen id procedit & locum habet,

bet, quando vnum datur, vt alia res diuersa datur: secus autem cū res datur eo pacto, vt aliquid ex eius fructibus mēstruum annuū vè, vel in aliud aliquod tempus datur: quia tunc cum non duæ res in conuentione sint, sed vnica, quæ datur, duntaxat, quæ eadem vel in parte vel in fructib⁹, cuius pars sunt, postea redditur, l. fructus. cū notatis. D. de reiven. di. nullatenus fieri potest, vt innominatus cōtractus do vt des, aut permutatione ex prædicta conuentione resultet: sed est quidē, vt dixi, pactum quoddam nudum traditionis coherentia vestitum iuxta. d. l. in traditionibus. & quæ tam eleganter, quàm vtiliter in hac materia tradit Alex. de Imola. in. d. l. legem. nu. 3. C. de pactis. & resoluimus supra nu. 34. qd quidē ita euenit in hac datione rei in censum, quia cum talis census constitui nequeat nisi ex re fructifera, cuius fructus valeāt ad annui redditus solutionē, iuxta communiorē Theologorū & Iuristarum sententiam, quā resoluit Di. Peretius in Rub. tit. 2. lib. 3. Ordina. pag. 36. col. 2. in fin. à qua ipse ait non esse recedendū: qui rem ita in cēsum dat, vt quid annuū sibi præstetur in pecunia vel alia re, similis est illi, qui re data, specialiter aliquid ex eius fructib⁹ sibi dari pacisceretur: annuus enim redditus & census hoc sonat, vt ex re solvatur. l. patrimonij. & l. fundi Aebutiani. D. de usufruct. leg. quas ad hoc allegant Innoc. & doctores in cap. in ciuitate. de viur. relati per Licent. Picarro in glo. ordinationis de Guadalupe. verb. o en compra de heredad. in principio.

54 Est tamen aduertendum, * quod quamuis census iste reseruatus, videri non possit in fundo illo constitutus, dū fundus ipse meus durat, quia res sua nemini seruit l. vti frui. D. si usufr. per. & l. in re communi. D. de seruit. vrba. atq; ideò necessariū sit, qd prius fiat tuus: tamen non ideò à te constitui dici potest pro illa re & fundo à me in censum dato: sed potius intelligendū est, quod tu accipis eum fundum cum eo censu, qui per pactū in rei traditione appositu, dominij in te transferendi causam præuenit, quasi iā ab antiquo tributariū tibi dedissē, argu. tex. in. l. 1. §. si. cum l. seq. D. de rebus eorum qui. cū notatis ibi per doctores, & Pinellū in. l. 1. C. de bo. mat. 3. parte. nu. 52. & D. Fran. Sarni. lib. 3. selecta. interp. cap. 8. nu. 8.

Itaq; ex prædictis clarè cōstat, 55 qd contractus iste censualis nec est emptio neq; veditio, nec permutatione aut aliquis alius innominatus cōtractus do vt des: quæ solæ conuentiones Regalem decimam pariunt iure nostro. sed est pactum quoddam nudum ipsiusmet rei datæ traditione vestitū, iuxta. l. in traditionib⁹. D. de pactis. ita vt appareat nullam ex ea conuentione gabellam deberi. Sed quia in quæstione nostra adiectum est, vt quotiescunq; dares mihi centum & quadraginta aureos, cū decem aureorum in re illa reseruatus esset redēptus, & fundus apud te liber maneret: videtur, qd ex eā redemptione, iuris illius venditio per me fiat eo pretio, & tu emere videaris: do enim pro pecunia quod meum est in illa re, iuxta. l. naturalis. §. etsi

etsi quidem. D. pref. verbis. prout non malè videtur voluisse Auenda. d. respon. 29. atq; ideò ex eo contractu gabellam deberi, vt tenet idem Auendanius, & antiqua praxis obseruat, vt notauimus sup. nu. 50. & 51. cū qua resolutione interim transeundo, plura in praxi notabilia colliguntur.

Primum (idq; manifestum & 56 necessariū) * quod cum gabella ista non ex constitutione cēsus prædialis reseruatiui, sed ex eius redemptione debeat, quia in hac, nō in illa, venditio est, vt explicui: apertè fiet, quod si fundus in censum perpetuum detur nullo tempore redimibilem, prout fieri potest ex traditis supra nu. 3. nulla vnquam ex eo cōtractū gabella debebitur nostro iure: nisi fortè postea verè & realiter ex mutuo partium consensu cēsus ille data pecunia redimatur, quia tunc vera vēditio erit, & gabella debebitur ex traditis supra isto capite num. 11.

57 Secundum colligitur, * quod si res detur in censum redimibilem, cū ex illo redemptionis pacto ipsius census venditio cōtrahi videatur, vt diximus: fiet, vt statim ex eo tempore conuentionis gabelladebeat: id enim regulare est, vt eo ipso quod vēditio contrahitur, gabellæ oriatur obligatio, quāuis nec res tradita, nec pretium solutum sit ex resolutis supra cap. 3. atq; ita expressè in proprijs terminis tenet Auendanius in. d. resp. 29. per totum. Sed in contrarium se habet communis praxis diu obseruata, vt admonuimus supra. num. 51. nēpē, q̄ gabella ista non debeat

tur nec soluatur, nisi eo post tempore, cū cēsus ille redimitur: à qua practica (vt dixi) recedendum non est: præsertim (quia vt ego interpretor) iustissima iuris ratione fundatur, ita vt eam vbi que locorum obseruandam esse existimem. Etenim licet verissimum esset, à principio, cū res in censum datur & de redimendo cēsu paciscimur, veram illius census certo ac designato pretio venditionem contrahi: sciendū est, quod non purè cōtraheretur vt patet, sed conditionaliter quidē, si pecuniam fortis mihi dederis: tunc enim, cū fors principalis ab emptore datur, census redimitur, nō antea: atqui constat conditione venditionis pendente decimam non deberi, donec ea impleta vēditio purificetur, vt latè resoluimus supra cap. 5. nu. 1. purificatur autem, vt patet, ea conditio, cū census redimitur: ideoq; iustè eo redemptionis tempore gabella debetur, nō antea, secundū communē praxim, & veram iuris rationem.

Verūm hæc interpretatio, & intellectus illam habet difficultatem: * quod si ita intelligimus vēditum esse censum, si emptor cēsusualis pecuniam fortis dederit, & redimere voluerit: fiet iam, vt nullo vnquam tempore gabella debeatur, quæ ex venditione nulla non debetur, vt dicemus infra cap. 14. num. 1. etenim venditio cēsus, quæ secundū eum sensum in emptoris voluntatem cōtrahitur, nullius momenti erit à principio, iuxta regulam. l. in vendētis. C. de contrah. empr. atque etiam fieret, vt ego non tenerer (etiam oblata sorte) redemptionem

nem census admittere, vt pote qui ex illa venditione in emptoris voluntatem collata, atq; ideò nulla, nō obligaret, ex eadem iuris regula. Vnde Auendanius hac difficultate superatus in dicto responso. 29. versi. neq; potest. firmat, istam venditionem puram esse, ideoq; statim cum res in cēsum datur, gabellam deberi non expectato tempore redemptionis: & validam eam venditionē esse ait, quia eius substantia non confertur in voluntatem emptoris censualis, qui debet censum redimere, sed solū confertur tempus, quando velit redimere: quocalu contractus valet, nec voluntarius dici potest ex notatis in l. centissimis. §. fina. D. de verb. obligat. & præterea inquit, quod licet ex voluntate promissoris contractus pendere non possit, l. sub hac. D. de actio. & obligat. rectè potest pendere ex voluntate eius, cui acquiritur, vt notat Paulus Castrensis. in. l. Pomponi. §. 2. D. de nego. gestis. & sic in isto casu pendere potest ex voluntate censualis, quando velit redimere: quia in eius fauorem tale pactum adiectum est: nec ideò contractus nullus erit, sed obligatorius.

59 Sed in hac resolutione vir ille practicus, & valdè doctus tripliciter errat manifestissimè: primo * dum ait, quod hæc census redimendi venditio pura est, atque ideò statim gabella debetur: quod quidem nedū falsum esse constat ex eo, quod videremus eam venditionem à futuro redemptionis euentu pendere, atq; ideò impossibile esse, quod pura sit, alias enim & ego agere

possem, vt redimeres, quod est perabiurdum: sed & iniquissimum esse patet ex eo, quod cum census iste etiam natura sua redimibilis, perperuò durare possit censuali non redimente, quæ ratione non iniuste perpetuus dicitur, argum. rextus in. l. sufficit. D. de condict. indebit. & in hoc censuali contractu non nisi ex redemptione gabella debeat, vt supra probauimus nō me. 55. fieret, quod si census iste nunquam redimeretur, vt potest contingere, & statim à principio gabella exigēretur iuxta Auendanij sententiam, indebitè esset exacta: & præterea fieret, quod vnus rei possessor censum redimeret, & alius gabellam redemptionis solueret, quod rationi non congruit.

60 Secūdo erit, dum ait, * quod substantia istius contractus circa censum redimendum, nō confertur in voluntatem censualis, qui enim debet redimere: sed solū confertur tempus quando velit redimere. Quia immò potius, qui censum debet, nō tenetur eum redimere: ea est enim illius census natura & iustitia principalior, præcipuè cum per pecuniam cōstituitur, quod semper fors principalis intelligitur alienata, & nunquam à domino census peti potest, vt eleganter præter Theologos præcipuè Dominicum Soto lib. 6. de iustitia & iure. quæstio. 5. articulo. 3. tradit Carolus Molinaus de vsuris. in princip. num. me. 21. & in quæstio. 69. num. 443. & omnes de hac materia agentes ita notant: ac præterea si sola electis temporis collata

data esset in censuali arbitrium, fieret, quod eo mortuo finiretur & redemptionis obligatio ex utraque parte periret, iuxta decisionem dictæ. l. centesimis. §. final. in princip. cuius contrariū in hac census redemptione obseruatur.

61 Tertiū errat in alia responsione, *quam adducit ex Paulo Castreñsi in dicta. l. Pomponius. D. de nego. gestis. quia illud procedit in promissione simplici, in qua non sit nisi ea obligatio, que acquiritur illi, in cuius voluntatem confertur: veluti cū promittitur tibi decem, si volueris: valet enim talis promissio, sicut & legatum relictū, si volēs. l. si ita legatum. §. illi si volēs. deleg. 1. vbi Baldus, & Ioan. de Imola ita tenent, reprobata glossa in. l. à Titio. §. si. D. verb. oblig. quam reprobatur etiam Salyc. in d. l. in vendentis. nu. fi. C. de contrah. empti. & tenet Bart. in d. l. centesimis. §. fina. in princ. D. de verb. oblig. at in contractibus vltro citroque obligatorijs nemo est, qui illud dixerit: generalis est enim iuris ciuilibus regula, vt nec in vendentis nec in ementis voluntate contractus substantia conferatur, vt extat per Alexan. in dicta l. centesimis. §. fina. num. 4. & 5. Vnde cū ex hoc redimendi pacto, de quo in isto contractu censuali, verus & integer venditionis contractus resultet, iuxta ea quæ superius diximus. num. 55. non potest in eo prædicta Auedani resolutione procedere: *quāuis verum est, quod si ex eo pacto non contractus, sed prioris venditionis distractus proficeretur, non malè dixisset Auen-

danius: posset enim eo casu redemptione illa in redimentis voluntatem conferri, iuxta terminos. l. 2. C. de pactis inter emptorem. quia tunc simplex est emptoris obligatio, qui eo pacto in fauorem venditoris obligatur redimere, & priorem venditionem retroagere ad venditoris arbitrium: & sic procedit in eo eadē ratio, quam in stipulatione & legato supra considerauimus: Quin immo eo casu, quamuis expressa conditio, si volēs, adijceretur in retrouendēdi pacto iuxta materiam dictæ. l. 2. non vera conditio esset, vt morte periret, sed quæ si admonitio quædam, iuxta. l. si decem cum petiero. D. de verb. obligat. vt vtrumque tradit eleganter Tiraquel. de retra. conuentio. §. 1. glo. 6. num. 16. quæ omnia valde notabilia sunt in hac materia.

Itaque quicquid Auedanius 63 dixerit in prædicto responsio. 29. verius * est istiusmodi venditionem, de qua agimus, quæque ex prædicto redimendi pacto resultat, sub conditione fieri: atque idè non nisi postea redemptione secuta gabellam deberi ex obseruata praxi, vt dixi. Nec obstat, quod illa conditio talis sit, vt in voluntatem censuali ementis conferri videatur, offensa regula dictæ. l. in vendentis. C. de contrahenda emptio: quia 62 vltra quod id in nostro proposito nihil obstat, eo quod cum de gabella quarimus, illud nec cessario supponimus, quod census redemptus est, atque ita venditio verè & realiter contracta, iuxta ea quæ diximus supra dicto num. 55. & sic nihil in-

interest quoad nostram gabellam attinet, an ea redemptio, que iam est in esse deducta, ex valida vel inuvalida conuentione proficiatur: quicquid enim 65 illud sit, verum est, iam census venditionem à partibus contractam esse, quod gabellario sufficit vt patet: adhuc vt veritatem propositæ difficultatis assequamur, ita respondeo: quod secundum regularem illius pacti conceptionem, non ita concipitur, si volēs redimere, redemptus sit census iste in re illa reseruatus: aliàs enim ex sola censuali voluntate is esset redemptus, & res libera remaneret, quod est per absurdum: sed ita potius concipitur, si tantam pecuniam in redemptione dederis, vt proposuimus supra num. 44. quibus verbis, licet vera conditio ex eis dimanet, vt probatur textus in dicta. l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem. ibi. *satisfacere conditioni.* * (quod verbum tam pro pacto ipso venditioni adiecto, quam pro ipsa conditione, sub qua illud pactum conceptum est, accipi potest) minimè offenditur regula dictæ. l. in vendentis. quamuis vera & perfecta ex eo pacto venditio census resultet: quia licet ea conditio, si sortem dederis, sic in tua potestate sit, vt si nolis pecuniam dare, atque ita conditionem implere, nunquam possit venditio esse purificata & perfecta, non idè dici potest in tuum arbitrium conferri, veluti si ita diceretur, si volēs, iuxta dictam. l. in vendentis. quia inter eas conditiones longa differentia est, iux-

ta. l. non nunquam. cum notatis D. de cond. & demo. qua ratione dubitari non potest, quin illa census venditio valeat non minus, * quā si ita venderetur, si 65 Capitolium ascenderis: quæ conditio potestaria est, sicut illa, de qua in nostra questione, nempe si tantam pecuniam dederis, sit tibi venditus iste census eo pretio: iuxta veram Romani & Baldi sententiam, quam refert Salycetus in dicta. l. in vendentis. num. 7. quicquid ipse cogitandum relinquat. C. de contrah. emp.

Tertium principale, quod ex præhabita resolutione colligitur, hoc est: quod cum prædicta census venditio conditionalis sit vt probauimus: atque ea sit conditionis natura, vt cum impleta fuerit, sic ad tempus gesti contractus retrahatur, vt a principio videatur pure facta venditio, iuxta regulam. tex. in l. qui balneum. & l. potior. D. qui potior in pig. hab. & notata in. l. si fili⁹ fami. D. de ver. oblig. fiet, * quod 96 facta census redemptione, atque ita conditione venditionis impleta, non debetur decima ijs gabellariis, qui eo redemptionis tempore fuerint, sed illis potius, quos tempore rei incensum datæ fuisse cõstiterit, iuxta verissimam resolutionem à nobis traditam supra cap. 5. nume. 10. cum Antonio Gometio. 2. tomo varia. cap. 11. num. 30. vers. tertius effectus. Verum tamen in contrarium se habet prædicta communis practica, quæ his vltimis gabellaris comodū gabellæ defert, ita vt cum census redimitur, decima deberi incipiat, eaque ga-

que gabellarius eius temporis ponatur. Et ab ista communi praxi recedendum non esse existimo ut iam supra dixi, nec quidem immerito aut sine causa: quia quamvis verissimum de iure sit, quamcunque conditionem contractui adiectam ad tempus conventionis retrorahi, cum impleta fuerit, ex generali Regula dicte. l. qui balneum. & dicte l. si filius familias. in potestativa conditione, (qualis hæc est qua de agimus) communis doctorum sententia contrarium observat, ut constat ex traditis per Antonium Gometium ubi supra dicto capit. 11. num. 30. ver. limita tamen. & Covarrui. in pract. quæstio. cap. 39. numer. 2 & quamvis etiam eam communem resolutionem ac limitationem falsam esse ostenderimus supra cap. 5. nu. 12. tamen cum in hoc puncto communis omnium praxis prædictam Doctorum sententiam observaverit, ut scilicet in hoc casu ea potestativa conditio venditionis non retrorahatur, atque ideo ex nunc deberi incipiat Regalis decima, & perinde gabellariis huius temporis debeatur: non puto propter auctoritatem utriusque nempe praxis, & communis sententiarum, in iudicando & consulendo ab eis esse recedendum: quicquid, ut dixi, contrarium de iure verius sit.

Quarto & ultimo, ex hac tota census prædialis disputatione colligitur: * quod, quamvis regulariter ex census redemptione Regalis decima non debeatur, eo quod distractus sit, ut explicuimus supra hoc eodem ca-

68 pite nu. 10. secus est & observatur, cum census iste prædialis ac reservatius redimitur, eo quod talis redemptio verus est venditionis contractus, non distractus, ut explicuimus supra numer. 55. Etenim cum ego do tibi fundum in censum, & pacifcor ut illum possis certo pretio redimere: id ago manifestè, quod census ille meus in eo fundo meo reservatus, iuxta regulam text. in l. in traditionibus. D. de pactis. & quæ diximus supra numer. 53. tuus fiat eo pretio, & statim exinguatur in tua persona, eo quod tibi res tua servare non potest. l. uti frui. D. si usufructu petat. & l. in re communi. D. de servit. verba. atque ideo apparet veram illius census emptionem & venditionem contrahi pro ea pecunia: non minus, quam si nudam proprietatem fundi tibi dedissem usufructu eius mihi reservato, quem tu postea per pecuniam redemeris. * quo casu dubitare non licet, quin vera usufructus venditio contrahatur, siue ex præcedenti conventionem redemptio fiat, siue ex novo & subsequente consensu: quia verè quod meum est, per pecuniam consequeris iuxta l. naturalis. §. & si quidem. D. de præf. verbis. quamvis statim in tua persona per dominij consolidationem exinguatur & pereat ex §. fina. Institut. de usufructu. & quod proprietarius cuiusvis fundi, usufructum eius possit emere, expresse tradit cum communi sententia Dida. Peretius in l. 1. tit. 7. libro. 5. ordina. pag. 139. per textum in l. si in emptione. §. item

item si emptor. ver. sue rei. D. de contrah. empt. & l. si aliquamrē D. de adqui. posse. & tradit quoque Tiraquellus de terra. ligna. §. 1. glo. 7. num. 60. Itaque (ut redeam) licet census ille meus in rem mea reservatus, cum eum per pecuniam redimis, statim pereat & extinguatur ex ratione dicte l. uti frui non ideo minus rectè dicitur, te illum emisse, & per emptionis contractum lucrifacere; arg. textus elegantissimi in l. si tibi homo. §. fina. de lega. 1. ita ut obiter intelligas, * inter pactum retrovendendi in his annis reditibus, & illud quod in rebus corporalibus venditis ad scribi solet, non rectam posuisse differentiam Licentiatum Pizarro in glossa ordinationis de Guadalupe. in 4. conditione. verbo compr. fol. 25. colu. 3. ubi probare intendit, quod venditor census, cum eum postea redimit reddito pretio, nihil acquirit: sicut ille, qui rem corporalem vendidit, & redimit. in l. 2. C. de pactis inter empt. quia immo & ille quoque acquirit ius reale, quod in re sua vendiderat, licet statim per consolidationem extinguatur.

Ergo hoc ultimum corollarium reassumendo dico, quod ex istiusmodi census prædialis redemptione, vera eius venditio resultat: non distractus, sicut cum vendis mihi censum super re tua consignandum certo pretio, eumque redimibilem, quem postea redimis. quia cum eo casu census venditio præcesserit, retroacta modo per redemptionem venditione distractus sit, iuxta tradita supra dicto nume. 10. At

in ista census prædialis origine & constitutione nulla census venditio aut permutatio præcessit, sed rem tibi ita conveniam dedi, ut explicuimus supra num. 54. atque ideo data a te mihi pecunia pro illius census redemptione distractus non est, sed potius verus contractus, ac propria & vera venditio esse dici potest, ut dixi, ideoque ex ea gabella debetur, prout videmus quotidie solui.

69 Sed certè quamvis hæc bene explicata & resoluta esse videantur iuxta Auendani sententiam, cum qua interim transeundum esse diximus supra n. 55. * adhuc si verum amamus, & re volumus acu pertingere, veramque & genuinam istius census contrahentis naturam perfectissimè & ad extremum agnoscere: ego aliter, scilicet & ab omnibus sentiendum existimo: intelligo enim, quod quando res in censum redimibilem datur, unum negotium est, non duo contractus, ut alias dicebat I. C. in l. 2. §. adeo. D. locati. ut quem admodum, cum res immobilis in censum perpetuum nunquam redimendum datur, nulla venditio aut permutatio est, atque ideo nulla gabella debetur, ut diximus supra nu. 56. cum superius resolutis: est enim eo casu simplex quedam datio rei cum eo pacto de prestando perpetuo reditu: quod quidem, licet nudum, rei traditione vestitur iuxta. l. in traditionibus. D. de pactis. & quæ diximus supra num. 53. ita quoque, & eadem ratione dicendum sit, cum res in censum redimibilem datur, nullam venditionem aut permutationem esse

nec in datione, nec in redemp-
 36 tione: sed nudum pactum de
 37 prestando censu redimibili, rei
 38 traditione vestitum: solumq; dif-
 39 ferant hæc duæ conuentiones in
 40 diuersa natura census reseruati:
 41 in illa enim perpetuus, in hac au-
 42 rem redimibilis reseruatus est. Et
 43 preterea intelligo, quod ex istius
 44 redemptione, aut redimendi pa-
 45 cto nullus nouus contractus, pu-
 46 ta venditionis, resultet, prout a-
 47 lias cum Auendano dicebamus
 48 supra. n. 55. quia hæc redemptio
 49 pacto illo expressa & declarata,
 50 non tam ex noua conuentione &
 51 nouo contractu procedit, quam
 52 ex natura essentiali ipsiusmet cē-
 53 sus reseruati, qui alias nisi pactū
 54 illud redēptionis contineret, il-
 55 licitus & quasi vsurarius foret, vt
 56 potē iusto pretio deficiente: ¶
 57 tunc demum ac præcipuē verum
 58 esse apparet, cum census ille ad
 59 rationem vnus pro quatuorde-
 60 cim iuxta verum pretium & va-
 61 lorē rei data, fuisset reseruatus:
 62 quo casu necessariō, vellem nol-
 63 lem, redimendi facultatem de-
 64 bui concedere, nē excederē taxa-
 65 tionem legalem, de qua in. l. 6.
 66 tit. 15. lib. 5. Recopilat. * quā &
 67 in cēnsibus istis prædialibus obser-
 68 uandam esse existimo, perpenso
 69 vero valore & pretio rei datæ, ea-
 70 dem enim ratio est, & verba illi
 71 legis sunt generalia, ibi: *7 censos*
 72 *que en otra manera se ficeren.* prout
 73 contra Mexiam in rep. l. Toleti.
 74 2. parte. fund. 2. ex num. 18. re-
 75 ctius tenet Olanus in Antino-
 76 ma litera A ex num. 101. Quod
 77 vt aperte intelligatur, huic exem-
 78 plo subiicio: pone, quod fundū
 79 valentem centum & quadragin-
 80 ta aureis ad summum, dedi tibi

incensum decem aureorum, qui
 mihi quotannis prestaretur, do-
 nec eum prædictis centum &
 quadraginta aureis mihi datis
 velles redimere: quero, vnde
 prouenit ea redimendi facultas
 à me tibi cōcessa: nonne ex meo
 gratuito & liberali cōsensu, qui
 volui, vt cēsum illum in re mea
 reseruatum tibi haberes pro cē-
 tum & quadraginta aureis mihi
 soluendis, in quo tu ipse con-
 sensisti? non profecto: sed pro-
 uenit potius ex essentia & natu-
 ra census reseruati, qui cum inf-
 pecto valore rei data, ad ratio-
 nem quartæ decimæ reseruatus
 sit, necessariō debuit esse redimi-
 bilis ex dicta. l. 6. Recop. ergo si
 ea redemptio necessariō debuit
 concedi, venditio in ea conces-
 sione non contrahitur, quæ est
 actus volūtari? nō necessarius, l.
 nec emere. C. de iu. deli. nullāq;
 ideo rationē esse apparet, prop-
 ter quā ex eo pacto gabella debe-
 atur. Nec obstat quod supra dice-
 bamus nume. 67. nempe, quod
 cum venditio census in hac spe-
 cie non præcesserit, eius redemp-
 tio non potest dici nec esse di-
 stractus, atque ita deficiat illa ra-
 tio, propter quam ex census re-
 demptione gabellam non debe-
 ri superius diximus nu. 60. quia
 id quidem parum concludit, vt
 aperte in hac specie demonstro:
 Pone enim, quod dotis vel dona-
 tionis causa censum tibi conces-
 si & constitui in bonis meis cū
 redimendi facultate, quod recte
 possum facere iuxta textum in l. si
 quis argentum, si verō. C. de do-
 natio. & que tradunt Couarruu,
 lib. 3. varia. resolut. caput. 7. nu-
 me. 2. ver. quarto, omniū consen-
 su. &

fin. & Domini Soto lib. 6. de Iusti-
 & iure. quæstio. 5. arti. 1. in pri-
 ma conclusu. quæro. non nē, cū po-
 stea redimo eum censum data
 pecunia, ego dicar in ea redemp-
 tione, vel in pacto redimendi do-
 nationi adiecto, cēsum a me do-
 natum emere, & te gabellæ debi-
 torem fieri, eo quod nullatenus
 dici possum distractum facere?
 minimē quidem: quia verē nihil
 cōmo, aut aliquem cōtractum re-
 dimendo. efficio, sed essentiali
 natura illius census à me conces-
 si donatiq; vtor: concessi enim,
 inque bonis meis constitui cen-
 sum non simpliciter & perpetuū,
 sed natura redimibilem: duplex
 enim est censuum species, alij re-
 dimibiles sunt, alij irredimibiles
 & perpetui, vt supra diximus nu-
 mer. 1. ergo si redimam censum
 redimibilem, nihil aliud ago,
 quam redimere & dissoluere,
 quod natura sua redimibile &
 dissolubile est.

Sed cur inquires gabella de-
 betur ex censu prædiali, cum re-
 73 dimitur, iuxta obseruandam pra-
 xim, de qua supra num. 51. si ve-
 rum est, quod ex nulla eius par-
 te, nec in constitutione scilicet,
 nec in resolutione vlla
 72 venditio contrahitur? * & di-
 co, quod quādo fundum meum
 in censum redimibilem do, quē
 tu postea redimis, illud tandem
 & in effectu apparet, me fundū
 meum in te alienasse, & pecuniā
 tuam accepisse: quod negocium
 si a principio vno actu, vhaque
 conuentione efficeretur, aperta
 venditio esset ex regu. l. natura-
 tis. & si quidem. D. de pres. ver-
 bis. atque ideo videtur, & ab om-
 nibus presumptum est, veram il-

lius fundi venditionem per istius
 modi censualis conuentionis anfra-
 ctū & circuitum occultari, prout
 alias quotidie, si aliter obseruare
 mus, (aperta fraudibus via. latissi-
 ma) occultaretur: quotidie enim,
 qui tibi vellet vendere, in cen-
 sum redimibilem daret, quem
 tu postea altera die dato pre-
 tio redimeres, defraudata ga-
 bella Regiaque decima vendi-
 tionis: quod nē fiat, generali-
 ter ac merito obseruatum est, vt
 cū res incensum redimibilem da-
 tur, si ille postea redimitur, gabel-
 la debeatut tāquam ex occulta
 reali venditione: secus autem dū
 non redimitur, quia interim nul-
 la sunt venditionis vestigia defi-
 ciente pecunia & pretio. § itē pre-
 tium. Instit. de empr. & vend. sed
 solum censualem contractum
 à venditione & permutatione di-
 stinctum esse apparet. & hæc est
 vera istius articuli definitio.

Sed & vltorius pro perfecta
 resolutione huius questionis,
 qua de gabella ex censu prædiali
 soluenda quærimus, * animad-
 uertendum est: quæ supra resolu-
 mus, intelligenda esse, cū res ita
 datur, vt reditus annuus præste-
 tur, nulla alia re vel pecunia in-
 terueniente, iuxta speciē propo-
 sitam supra num. 44. cæterum si
 ita datur, vt præsentem aliquam
 pecuniam soluas, & insuper cer-
 tum aliquem reditum præstes, vt
 tradit Ante. Gometius in. l. 68.
 tauri. nu. 2. ver. quid est censua-
 rius. aliter dicendum est: quia
 verē eo casu perfecta: putaque
 fundi venditio contrahitur à
 principio, est enim pecunia-
 rium. pretium iuxta. l. naturalis.
 §. & si quidem. D. de pres. verbis.

quamuis si solum pactum de praestando redditu interuenisset, emptio & venditio non foret ex supra resolutis, argu. text. in. l. teneatur. §. 1. D. de actio. empti. vbi si pecunia interueniat simul cum pacto, venditio est: quod si solum pactum sit, venditio non contrahitur. atque ita qui eo modo rem incensum dat, eam vendere ait Iason in. l. 1. num. 48. C. de iure emphyt. & est planissimum, & ac indubitabile: ita vt a principio & statim ac res in eum census datur, Regalis decima debetur non minus, quam si simpliciter sola praesenti pecunia venderetur, iuxta tradita supra capite. 3.

74 Illud vero in ea specie difficile esse potest, * qualiter decima illius venditionis computari debeat: nempe, an pactum illud de soluendo redditu ita pars pretij sit, iuxta l. fundi partem. cum materia. D. de contrah. empti. vt pecuniarium pretium, quod simul cum eo pacto datum ac numeratum est, augere videatur, nec ne: cuius rei ille erit maximus effectus, quod si pretium augere dixerimus, eueniet, vt Regalis illa decima, quae ex toto venditionis pretio soluenda est, iuxta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. nedum ex illa praesenti pecunia data siue conuenta, sed etiam ex illius pacti aestimatione deducatur, iuxta doctrinam Baldi consilio. 164. incipit maritus. in fine. lib. 1. quam refert & sequitur Caro. Molinaus in consuet. Paris. tit. 1. §. 24. nu. 1 & de qua magnum festum agemus infra cap. 15. per totum. Sed in hac difficultate resolutiue aio, Regalem decimam, quae statim

ex eo contractu soluenda est, ex sola pecunia conuenta solui debere, non etiam ex aestimatione pacti, quia illa sola pretium est in ea venditione: pactum vero de praestando redditu, non est pars pretij, nec illud auget, sed potius est onus quoddam reale, quod rem ipsam venditam diminuit: sic enim illam aggrauat, vt non nisi parvam illam pecuniam, quae data siue conuenta est, valere videatur, quamuis quidem si libera venderetur, maioris quantitatis & pretij digna foret: itaque in eo contractu merx vendita, fundus ille est, eo onere & censu aggrauatus, pretium autem sola pecunia statim data, atque ita ex ea sola gabella debetur, ex eleganti doctrina, quam tradimus infra cap. 15. numc. 33. quo in loco de materia pactorum, quae venditionibus adijciuntur, latissime agendum est iuxta dictam. l. fundi partem. D. de contrah. empt. quemadmodum & cum res antiquo censu aggrauata paruo pretio venditur, ex sola pecunia data Regalem decimam deducendam esse superius diximus hoc eodem capite. num. 16 cum sequentibus. Aducro autem, quod cum postea census ille reseruatus redimetur ab emptore, dubitandum non est, quin iterum ex illo pretio redemptionis alia gabella a fundi domino debeatur, quasi modo ex ea parte occulta fundi venditio deregatur iuxta tradita supra num. 72. quae & in hoc quoque casu ex identitate rationis locum habent. Si ergo ita exempli gratia, quod fundum valentem quingentis aureis, vendidi tibi pro centum au-

reis sta-

reis statim in pecunia numerata mihi soluendis, & in super eo pacto, vt censum viginti & octo aureorum mihi praestares, cum redimendi facultate, datis mihi quatuorcentis cum volueris: quaeritur, qualis & quanta gabella ex isto contractu soluenda sit: & dico ex praedictis, quod statim ex tempore conuentionis soluenda est decima centum aureorum duntaxat, quibus totum illius venditionis pretium consistit, quia cum res eo censu onerata venierit, non plus valet: caeterum si emptor postea censum redemerit datis quatuorcentis aureis, decimam quoque ex illis debebo eo tempore, quasi & ijs etiam fundum meum videar vendidisse, eo quod in effectu illam quoque pecuniam, qua census redimitur, pro fundo meo accepisse constat: aliter fraus fieret, iuxta ea, quae considerauimus supra. num. 72.

75 Atqui pro calce istius articuli, quo de censu praediali quaeritur, * illud dubitari potest, de quo semel consultus fui: nempe quid iuris erit, si rem immobilem recipiam in censum redimibilem, siue perpetuum, iuxta ea quae late supra resoluimus, & postea nolim redimere censum, nec rem tributariam habere, sicque eam reddam suo antiquo domino, vel alij cesserim: an Regalis decima debeatur? & qui dem ita iudico distinguendum, quia aut simpliciter cedo rem illam, vt habeo, nullo pretio recepto, vt quia dixi, rem tuam tibi habeto cum suo censu, quo onerata est: quod forte facere possum etiam inuito domino;

census, ea ratione quod qui respectu alicuius rei tenetur, ei cedendo liberatur. l. is cum quo. in fine. D. de aqua pluua arce: & tradit Auferrius in quaestio Tholosa. 404. praesertim cum hodie attento motu proprio Pij Quinti Pontificis maximi (si obseruandus est) nullius considerationis sit in censibus personalis actio, sed res ipse obligate maxime inspiciatur, vt aduertimus supra num. 18. qua personali obligatione deficiente, dominum rei censuatae non nisi ratione rei & eius possessionis teneri constat ex traditis per Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 7. num. 6. ver. hinc etiam deducitur. ac proinde cessare videntur fundamenta, quae in contrarium allegari queunt ex traditis per Tiraquell. de retra. ligna. §. 1. glo. 6. ex num. 20. quod facile in eo procedet, qui nondum censum recognouisset. & illo quidem casu, vbi simpliciter siue antiquo domino, siue alij extraneo censi sine pretio, nulla ratio est, cur decima debeatur: simplex enim illa censiio longe distat ab emptione & permutatione, cum sit gratuita. Aut cedo eam rem pro aliqua pecunia mihi data, vel aliquibus debitis pensionibus annuis mihi remisissis, & tunc aperta venditio est, & gabella debetur iuxta receptam quantitatem, ex ijs quae in alia materia resoluit Tiraquell. vbi supra. glo. 14. ex num. 110. & §. 34. glo. 1.

76 Tandem igitur, vt ad summam istius capituli lineam deueniamus: * sciendum est, quod si quis habet ius aliquod perpetuum, redimibile, aut tempora-

le super iuribus Regalibus, puta gabellis, salinis, aut alijs vassalorum tributis constitutum iuxta l. 9. & l. 17. in prin. tit. 10. lib. 5. Recopilat. 10. quod iuro de hereditate, o iuro de por vida vulgo dicimus, est que illa quarta census species, quam præsupposuimus supra num. 3. ver. quartus. & illud tibi vendiderit certa pecunia ex concessione dictæ. l. 17. vt videmus quotidie: antiqua praxis recepit, vt Regalis decima ex ea venditione non exigatur, eo quod Regius Senatus huiusmodi lites nunquam voluit definire: eum tamen quotidie videamus, quod si quis habet censum in bonis Petri constitutum, & alij cedit pro pecunia, Regia gabella grauatur, ex traditis supra num. 8. Ego verò, quamuis quod inde census Regius Senatus habet, definire non ausim, vtiliter animadverto, eam posse differentiam ac non contemnendum discrimen inter prædictas venditionum species constituit: quod qui censum in bonis alterius adquisitum habet & vendit, bona ipsa censuata vendere intelligitur pro ea parte, qua pro indiuiso affecta sunt & censui correspondent, cum vel maxime in ijs censibus res ipsæ obligatæ respiciantur, vt adnotauimus supra. nu. 18. & nu. 20. At ea iura, quæ quis a Rege habet, cum non super re aliqua corporali sita sint, prout regulariter census constitui solent: sed super alijs iuribus Regalibus, ijs que pecuniarijs (qualia sunt vectigalia, & cætera Regia tributa) constituantur & consignentur, prout ex eorum iurium instrumentis & scripturis constat: eue-

nit, vt pro pecunia ipsa, que exigitur, reputentur, sicut de actione & obligatione personali ad pecuniam debitam diximus supra cap. 9. num. 32. ac proinde, si is qui a Rege emit, habuit venditione aliqua, ius illud tertio vendiderit, quamuis veram venditionem contrahat, de quo nemo dubitare potest, & constat ex verbis dictæ. l. 17. tit. 10. lib. 5. Recopilat. vbi loquens de his iuribus ita ait: *que las tales vniuersidades, y personas puedan vender, dar, donar, trocar, y cambiar, y enagenar las dichas mercedes.* & in l. 15. eo. tit. & lib. 5. ver. *los marauedis de juro que se compraron por rasonables precios.* & alibi sepe id quod iuxta rationem verum esse, licet pecuniæ venditio fieri nequeat, resoluit Do. Franciscus Sarmientus lib. 7. fellest. interpret. cap. 1. num. 13. decimam non debere illum vulgò existimatum est, tanquam (vt ego suspicor) ex pecunia vendita seu permutata, propter l. 34. ibi. *ni de la moneda.* tit. 18. lib. 9. Recopil. & quæ diximus supra dicto cap. 9. numer. 33.

77 Sed profecto, * quicquid illud ita recipiendum sit in venditione nominis, seu actionis personalis ad unam summam pecuniæ competentis, ex notatis supra in eo cap. 9. num. 32. aliud dicendum fore videbatur in venditione illorum iurium ad annuam pecuniam competentium. Etenim magna differentia est inter obligationem personalem ad annuam pensionem, & simplicem obligationem vnus summæ, vt tradit eleganter Baldus in l. etiam. num. 8. C. de execut. rei iudi. præsertim si annua illa pecunia etiam

si etiam super re immobili non constituta, a Rege vel republica debeat, prout est species nostra: quia tunc, licet nulla res immobilis & corporalis in eo iure sit præter pecuniam, pro immobili iudicatur ius illud, vt resoluit Tiraque. de re. ligna. §. 1. glos. 6. num. 14. vt merito dixerit Auen. de exeq. man. lib. 2. cap. 14. num. 15. habentes ea iura collectari debere eo in loco, vbi habent, quasi ibidem res immobiles possideant, iuxta regulam. l. 3. tit. 9. lib. 7. Recopila. & que de iure communi tradit Decius consil. 694. vol. 4. nullamque ille differentiam constituit inter iura ista Regalia, & cæteros annuos redditus, quos census appellamus: nam licet ea iura ad certam pecuniæ quantitatem mobilem & fungibilem competant, & nulli rei corporali & immobili inhæreant: tamen, quia in prima aut altera exactione non consumuntur, sed restant, & successionem quamdam, vt fructus alicuius fundi renascentes, habent: non iudicantur à re, que soluitur, sed à duratione & continuatione: atque ita à pecunia ipsa, que soluitur, valde differre intelliguntur, vt ex communi sententia resoluit Carolus Molinæus in consil. Paris. tit. 2. §. 57. numer. 21. Sed certe cum id totum quod in ijs Regijs iuribus agitur, tam scilicet in eorum origine, fundatione, & constitutione, quam in pensionum solutione, in pecuniâ recidat, quæ priuilegiata est vt dixi, non videtur increpanda ea praxis, sed obseruanda quidem, prout quotidie obseruari videmus.

Summa capituli
vndecimi.

- 1 **R**egulariter & in dubio aestimatio venditionem facit. Si res aestimata sic detur, vt non res, sed aestimatio ipsa reddi debeat, emptio & venditio est.
- 2 Si vero ita res aestimata detur, vt non aestimatio, sed res ipsa reddatur, nulla venditio contrahitur.
- 3 Quod si sic detur, vt vel res vel aestimatio reddatur, gabella an debeat, nec ne, resoluitur.
- 4 Vltimo si simpliciter res aestimata datur, nec exprimitur quid reddi debeat, quid dicendum sit, declaratur.
- 5 Qui rem aestimatam iudit, Regalem decimam non debet.
- 6 De qua aestimatione intelligenda sit regula, de qua supra numer. 1.
- 7 An gabella debeat in speciebus, si permutata. C. si cert. pet.
- 8 Qualiter mutuum, nec venditio contrahatur in ea lege.
- 9 Ostenditur cur stipulatio necessaria fuerit pro usuris præstandis in dicta. l. si pro mutua.
- 10 Resoluitur questio, de qua supra nu. 7.
- 11 Late agit de intellectu. l. qui negotia. D. de mandati. cum. l. rogasti. C. l. singularia. D. si cer. pet.
- 12 Exponitur. l. si remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati.
- 13 Exponitur. l. idemque. §. si quis Titio. D. eodem tit.
- 14 Exponitur. l. si ex precio. C. si cer. pet.
- 15 Ex litis aestimatione an Regalis decima debeat.
- 16 Aestimatione soluta propter moram iuxta. l. vinum. D. si certu. pet. an decima debeat.

Qualiter, & quando
ex æstimatione deci-
ma debeat.

CAPVT. XI.



Rursus non le-
uis du-
bitario.
fuit a-
pud ve-
teres,
cū res
æstima-
ta vendenda datur; utrum em-
ptio & venditio propter adie-
ctā æstimationem contrahatur:
an locatio, quasi rem venden-
dam locasse videar: an condu-
ctio, quasi operas vendentis con-
duxissem: an verò mandatum ef-
fet: & magis placuit de æstimatio-
actionem proponi, quasi nullus
ex prædictis contractibus eo ca-
su celebretur, vt tradit. I. C. in. I.
in princip. D. de estimatoria.
Quod qualiter sit intelligendum,
tradunt ibi glossa, Bart. & Docto-
res, & in. I. si v. certo. §. nunc vi-
dendum. D. commodati. & in. §.
actionum. præcipue Ange. & Ia-
son, super gloss. verb. de æstima-
to. Institut. de actio. * Regulari-
ter enim & in dubio æstimatio
venditionem facit, I. 1. §. cumque
ex stipulatu. versi. æstimatorum.
C. de rei uxoria. actione. l. 3. &
ibi Bart. D. locati. & in aliis iuri-
bus, cum Doctores relatis per
Tiraque. de retra. ligna. §. 1. gloss.
14. num. 20. vnde & in dubio, ac
regulariter quoque dicendum vi-
detur, quotiens rei cuiuspiam æ-
stimationem viderimus, Rega-

lem decimam deberi, cum vendi-
tio esse præsumatur, iuxta gene-
ralem decisionem. l. 1. tit. 17. lib.
9. Recopilat.

Sed vt in hac re propter effe-
ctum gabellæ valde necessaria,
certam regulam habeamus, hæc
est omnium Doctorem summa
& resolutio, præcipue Bartoli
in dicto. §. nunc videndum. nu-
4. * aut enim res sic æstimata da-
tur, vt nō res sed æstimatio ipsane
cessario reddatur, & tūc aperta em-
ptio & venditio est, ac proinde Re-
galis decima soluenda erit: quod
per sepe solet contingere, cum
volo tibi vendere, & tu vis eme-
re, pretium autem ad manum nō
habes: & sic do tibi rem æstima-
tam certo pretio, vt eam vendas
tuo periculo negotiationis tuæ
causa, æstimationem autem des-
mihit tali die, vel prout sepe dici-
tur, *que me vays pagando, como fue-
redes vendiendo*: quod sanè nego-
tium vi ipsa & effectu pura que-
dam venditio est fide habita de
pretio, de qua latè diximus su-
pra cap. 6.

Si verò * ita res æstimata datur,
vt non æstimatio, sed res ipsa red-
di debeat, veluti si rem tibi dede-
ro ad ostentationem & pompam,
dicas vt gratia, vt per sepe fieri so-
let, & tradit. I. C. in. l. 3. §. fina-
cum. l. sequenti. D. commodati.
quam explicant Duarenus lib. 1.
disputatio. cap. 47. & alij relati
per Couarru. lib. 4. varia. resolu-
tio. cap. 8. & tu æstimatam reci-
pias: sine dubio nec venditio est,
nec decima debetur, quia domi-
nium apud me manet, quod est
contra naturam venditionis. I.
cum manu facta. in fine. D. de con-
trah. emptio. & explicuimus su-
pra

pra in cap. 1. num. 2. idè autem
æstimata datur eo casu, vt si in
aliquo diminuta res sit aut de-
perdita, alio pretio quàm quo
taxata fuerit, nō reposcatur, iux-
ta text. & ibi notata per Docto-
res, in. l. si inter virum. C. de iure
dotium.

Cæterum * si ita res detur, vt
res ipsa, aut æstimatio eius red-
datur, siue quidem æstimatio à
principio expressa certa que sit,
siue non: quamuis glossa & Do-
ctores controuertant in dicta
l. 1. §. æstimatio. & in dicto. §.
actionum. verb. de æstimato. cui-
ius periculum sit, datus scilicet,
vel recipientis, si forte res illa
aliquo casu fortuito perdat: ut
dubium non est inter eos Do-
ctores, emptioem & venditio-
nem eo casu non contrahi, scili-
cet si res illa vendenda datur,
quin potius innominatum con-
tractum fieri, ex quo de æstima-
tio actio competit, iuxta dictam
l. 1. D. de estimatoria. vt be-
eō casu dixerit Io. Parladorius
lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. nu-
mer. 32. Regiam gabellam non
deberi. Si verò res illa non ven-
denda, sed vt apud recipientem
maneat, sic data fuerit, vt vel res
ipsa vel æstimatio eius reddatur
vt dixi: dubium non est, quin
æstimatione data vel recepta,
venditio esse intelligatur, vt Re-
galis decimæ locus fiat: interim
autem venditio esse dici non
potest, vt probat text. in. l. quod
si fundus. D. de fundo dotali. &
l. plerunque. §. fina. D. de iure
dot. de quo agit Caro. Molina?
in consuet. Paris. tit. 2. §. 56. nu-
mero. 41.

Quod si simpliciter res æsti-

mata tradatur, * non expressio
eo, quod reddendum sit: bene
distinguit Bartolus in dicto. §.
nunc videndum. num. 4. ad me-
dium. quem vbi que doctores se-
quuntur communiter: Quod aut
illud fit super negotio, quod v-
ditiōi repugnat, & emptio &
venditio non inducitur vt in. l. 1.
cum duobus. §. damna. D. pro fo-
cio. de qua agit Baldus in. l. 3. D.
locati. & in specie textus in. l. §.
si in alea. D. quarum rerum actio
non datur. iuxta tertiam inter-
pretationem glossæ ibi. verb. v-
dam. videlicet cum rem æstima-
tam ludo: quod quotidie potest
contingere, vt eo casu Regalis
decima non debeat, quia id
negotium venditioni repug-
nat, cum nullum pretium reci-
piam, & id totum, quod agi-
tur, ludus est super ea re sic æsti-
mata: cuius ludi naturam supra
explicuimus cap. 10. num. 39. Et
euenit quoque in specie text. in
l. seruos. D. famil. circiscun. vbi
dicitur, quod æstimatio illa, qua
rerum hereditarium fieri so-
let inter cohæredes, vt earum di-
uisio commodior fiat, venditio
non est, quia non vendendi, sed
diuidendi animo factam videri
placuit. Vnde recte dixit Mon-
talus in. l. 2. verb. *con apreciamie*
fo. tit. 4. lib. 3. Eori. quod quam-
uis regulariter æstimatio vendi-
tionem faciat, eo casu venditio
non est, nec uectigali Regio lo-
cus fiet, vt latius dicemus infra
cap. 20. num. 44. & facit textus
in. l. si fundum sub conditione.
§. si libertus. de legatis. 1. & l. cū
pater. §. pater qui filio. de lega-
2. cum notatis per Socinum in
consil. 93. num. 7. volu. 1. in. l. 1.

Si verò

Si verò negotij natura non repugnat, emptio & venditio est: & hæc est illa, *de qua Doctores dicunt, regulariter & in dubio venditionem inducere, iuxta text. in. l. 3. D. locati. & l. 1. §. estimatarum. C. de rei vxorie actio. l. plerumque. & l. quotiens D. de iure dot. & l. 10. tit. 11. partit. 4. atque ita his casibus, tanquam ex vera venditione Regia gabella debebitur. Quod intellige verū esse, nisi in datione dotis ea æstimatio fiat, quia quomodocunque sit, siue inquam venditio resultet, siue non, Regium vectigal non debetur, speciali privilegio, de quo in. l. 35. in prin. tit. 18. lib. 9. Recopilat. cum ijs, quæ dicemus infra dicto cap. 20. ex num. 35.

Hac ergo communi distinctione sic statuta, & ad effectū gabellæ nostræ dextere applicata: *difficile adhuc manet, an emptio & venditio contrahatur, & Regali decimæ locus fiat in specie. l. si pro mutua. C. si cert. petat. & l. pro auro. secundum communem eius intellectum, de quo in glo. ibi. C. de vsuris. vbi cum rogasses me, vt mutuum tibi pecuniam crederem, nec eam haberem: lancem, aut equum, vel alias species vtriusque consensu estimatas dedi, vt earū æstimatio statim tibi mutua esset, quidquid de illis rebus postea fieret. & proculdubio videatur, quod eo casu emptio & venditio sit, eò quod sic dederim tibi æstimatas res, vt non res ipsæ, sed earum æstimatorio redderetur iuxta primum distinctionis membrum, de quo supra nu. 2. *Sed adhuc contrarium puto, & ve-

rum est, venditionē scilicet non esse, nec decimæ locū dari: quia communis illa doctrina, de qua in dicto num. 2. procedit & locum habet, quando nihil aliud agimus, quam rem distrahere seu alienare, & de certa æstimatione reddēda paciscimur: quod sane cuitari nequit, quin emptio & venditio sit, do enim rem pro pecunia, & succedit regula l. naturalis. §. & si quidem. D. de prescrip. verbis. At in specie dictæ l. si pro mutua. & dictæ. l. pro auro. contrahentes non tam volunt vendere & res datas alienare pro pecunia, quam mutuum facere: atque ita contracti negotij natura repugnat, vt emptio & venditio sit, prout alias diximus supra num. 5. circa speciem l. cum duobus §. damna. D. pro socio. vbi æstimatum pecus datum est, & non venditio, sed societatis contractus celebratur. & præterea rerum æstimatio venditionem non inducit, sed diuisionem hereditatis seu bonorum, in. l. seruos. D. fami. ercis. quia hoc agere partes voluerunt, vt iam diximus: Quo etiam pacto moderanda videtur doctrina illa Bartoli, de qua in illo primo membro distinctionis tradito supra num. 2. qui enim vendit, magis eget pecunia & vsu pecuniæ, quam vult assequi, quam re vel vsu rei, quæ vanit: emptor autem, qui verè emptor est, non certat de acquirendo vsu temporario æris alieni, sed de perpetua acquisitione rei pro ære suo, iuxta tradita per I. C. in l. 1. in prin. D. de contrah. emptioi. Qui verò mutuaturus, sed qui nō habet pecuniam ad manū, vel si

habet

habet, dare non vult, ideo dat æstimatas res, vt statim æstimatio cedat in mutuum, non dicitur venditionem, sed mutuum contrahere, quia principale propositum attenditur. l. si quis nec causam. in prin. D. si cert. petat. & quia, quæ efficacius est, nullus fuit vendendi animus, sed mutuandi: & qui res illas accipit, non certat de acquirendo eas res, sed de habendo & fruendo, mediantibus dictis speciebus, aliquo ære alieno, quo indiget. Quin immo si quis contractus præter mutuum geritur in ea specie, innominat⁹ est, do vt aliquid obtingat, do enim vt rei æstimatio mutua sit, iuxta generalem traditionem Jurisconsulti in l. Senatus. §. nec dubitauerunt. D. de donat. causa mortis. ita Caro. Molinæus de vsuris. quest. 85. nu. 664.

Atqui quod eo casu venditio non sit, *aperte conuincitur ex ipsa mer. l. si pro mutua. C. si certum petatur. quia si venditio aliqua foret siue principaliter, siue incidenter, (quod gabellæ non obesset ex resolutis infra capite 16. hunc. 29.) vsura quidem citra vinculum stipulationis deberi posset in ea lege, nudo pacto de prestandis vsuris, quia vel propter venditionem illam tale pactum vestiretur, ex. l. initio. vbi glossa. verbo. si pactus. C. de pactis inter emptorem. l. Iulianus. §. ex vendito. D. de actio. empti. & l. curabit. C. eodem titulo. & tamen contrarium inquitur in dicta. l. si pro mutua. iuxta l. quantumvis. vbi Salycet. & doctores notant. C. de vsuris. non erit venditio est in illa specie, nec æstimatio, de qua ibi, illam inde

cit, quin potius mutuum duntaxat, & vel innominatus contractus, do vt aliquid obtingat, vt dixi: atque ita manifestum erit, eo casu Regalem decimam non deberi.

Sed adhuc in hac questione, vt verè resoluam, *mibi videtur verissima Nernæ distinctio cum Vlpiano Jurisconsulto in. l. ro-gasti. D. si certum petat. qui alias existimabat, multum interesse, venalem habui hanc lancem, vel fundum, quem æstimatum dedi, necne: vt quoad nostram speciem aliud in vno, aliud in altero casu dicendum sit, quoad gabellæ solutionem: vt quo casu rem venalem habui, eamque tibi æstimatam dederò, vt eius pretio & æstimatione vtereris tanquam mutua, non vendidisse minus, quam mutuasse videar, sicque decimæ Regali fiat locus: Quæ sanè conuentio multum mihi videtur accedere cinegocio, quod vulgari sermone *Mohatra* dicimus, de quo agit textus in. l. 29. titu. 4. libro. 3. Recopilationis. Quod si non fui proposito hoc, vt eam rem venderem, & alienarem, quia venalem quidem non habebam, sed hæc sola causa dandi rem fuit, vt tu eius æstimatione vtereris, mediantēque ea re, cuius esset facilis venditio, pecuniam, qua indigebas, inuenires habere, & que, (vt persape solet contingere inter amicos) credidisse mutuasse, magis, quam vendidisse videar, vt præcipiunt ea iura: nulliusque legi nostræ gabellarie locus fiet, ex parte mutuantis, qui res illas æstimatas dedit, sed ex parte mutuatarij, si eas vendiderit, idem omnibus

V Sed

Sed profecto, ut quæstio ista omnino resoluitur, * illud animaduertitur, quod in hac quæstione & in specie di. l. si pro mutua. etiam si res vernalis non esset, nihil minus videtur facere, quam mutua-re, videlicet cum sic de rem æstimatam centum, ut statim ea centum mutua habeas: quia in eam speciem mutuum cadere, contra substantiam & naturam mutui est, eo quod nulla pecunia ex altera parte proficiscitur, nihilque est, quod ex meo tuum fiat, iuxta l. 2. §. appellata. D. si cer. per. & §. item mutuum. eadem lege. nec satisfacit decisio tex. in dicta. l. si pro mutua. & dicta. l. pro auro. quæ eo casu mutuum contrahi dicunt: cum quibus concordat textus in dicta. l. rogasti. D. si cert. petat. quia in contrarium est textus in l. qui negocia. versic. his argumentum. D. mandati. vbi in iustiori specie mutuum non est: veluti cum pecuniam mutuam dare vellem, & argentum vendendum dedissem, ut pecunia ex ea venditione redacta, credita tibi esset. & tamen ibi licet in tempus mutui contracti pecunia est, mutuum non esse Iurisconsultus ait, ea ratione, quia cum ea pecunia à te ex argenti venditione redacta mea non sit, tua ex mea fieri non potuit, nec nuda conuentione sine re mutuum contrahitur, sicque deficit substantiale mutui requisitum, de quo in dicto. §. appellata. & dicto. §. item mutuum. Quin immo ex eadem ratione tradit ille textus in dicta. l. qui negocia. in principio. quod si conueniat, ut pecuniam, quam ex mandato mihi debueris, tam-

quam creditam habeas cum v. furis semisibus, credita non fiet, nec ut talis peti poterit: contra textum expressum in l. singularia. in fine. vbi contrarium in eadem specie deciditur. D. si certum petatur.

Sed adhuc his non obstantibus, præhabita resolutio tenenda est: quia verè his casibus mutuum contrahi intelligitur fictione breuis manus, quæ efficit, ut pecunia ex illis speciebus æstimatis redacta vel redigenda, mihi videatur à te soluta, & iterum tibi à me credita, prout expressè docet dicta. l. singularia. in fine. Nec obstat Africani decisio in dicta. l. qui negocia. per totum principium. quia ultra ea, quæ Doctores communiter tradiderunt in dictis locis, & quæ nouissimè tradunt Ioannes Corasius lib. 6. miscella. cap. 16. & Carolus Molinaus seu Gaspar Caballinus in tractatu de usuris: quæstione. 84. ex nume. 645. ego omnium facillimè & verissimè sic interpretor: & noto verissimum esse illud, quod & ex textu ipso in prædicta l. qui negocia. manifestè patet, & tradit quoque Carol. Molinaus in præallegata quæstione, nume. 646. nempe, principaliter quæsitum dubitatumque esse ab Africano in ea lege, an ex conuentione, de qua ibi, usura conuentæ peti possent: quia de principali sorte pecuniæ nulla poterat esse dubitatio, quin hac vel illa actione deberetur, atque ita non nisi de nomine actionis dubitaretur: tamen, quia ea principalis: usurarum quæstio ad Iurisconsultum delata principa-

liter

liter & omnino pendebat ab ea quæstione, an in prædicta specie mutua pecunia esset, necne: etenim si non esset mutua, sed ex mandato debita, rectè tanquam in bonæ fidei contractu ex nuda pactione usura deberetur, re adhuc integra, prout in deposito debetur in l. Publia. §. Lucius. D. depositi. & diximus supra. nu. 9. etiam si ex post facto conuentionio illa adijceretur, ut in l. cum dos. D. de pactis dotalibus. vbi pactio patris filiam dantis, qui ex interuallo & post dotem datam paciscitur, nuda non est, sed ad agendum efficax, quia adhæret obligationi restituendæ dotis matrimonio soluto, quatenus ea obligatio cõmunis est patri & filia. l. 2. §. q. si in patris. D. soluto mat. si verò mutua pecunia esset, usura illæ citra stipulationis vinculum non deberentur, nec peti poterant, iuxta l. quamuis. cum notatis. C. de usuris. ideo principaliter quæ sit Africanus, an ex ea causa pecunia ut credita deberetur: & respondens ait, ut creditam peti non posse: alioquin, inquit, dicendum fore, ex omni contractu nuda pactione creditam posse pecuniam fieri. Sed hic obstat textus in dicta. l. singularia. in fine. vbi in eadem facti specie contrarium statuitur.

In qua difficultate Ioannes Corasius vbi supra, solum aduertit aliquas esse qualitates in specie dicta. l. qui negocia. quæ in dicta. l. singularia. non interueniunt: nec satis exprimit realem ac substantialem earum effectum, ut diuersum ius statueretur. & Caro. Molinaus late resoluens in dicta quæstio. 84. in effectu eò

cludit, & vult, quod in dicta. l. qui negocia. necdum mutuum est, sed quod & mandati actio superest, eo quod mutuatarius generalis esset procurator, cuius actionis & obligationis fomento usurarum pactio vestiretur, iuxta l. si remunerandi. §. apud Iulianum. in fine. D. mandati. Sed certè si hoc vellet Iurisconsultus in dicta. l. qui negocia. non ita absolute negasset, ut creditam pecuniam peti posse: nec tam longo tractatu opus erat, ut illud præcipere: nec secundum hunc sensum bene applicatur ratio & argumentum Iurisconsulti, ibi. *Alioquin dicendum*. Sed & ex alijs plurimis admitti non potest hæc interpretatio, non moror, alij viderint.

Ego sic planè explico: quod si in dicta. l. singularia. in principio & in fine. mutua pecunia est: id quidem singulare est, & contra naturam & substantiam mutui, ex dicta. l. 2. §. appellata. ut fateatur Iurisconsultus in dicta. l. singularia. atque benigne esse receptum omnes agnoscunt, ut ait Africanus in dicta. l. qui negocia. versic. item quod. D. mandati. cum ex fictione breuis manus fiat, ut iam dixi, de qua in l. 3. §. fina. D. de donatio. inter viros. idque mutuantis fauore, l. certi conditio. §. si nummos. D. si cert. pet. prout ibi, & in dicta. l. singularia. Bartolus num. 5. & vbi que omnes doctores consentiunt. Hic autem fauor in specie dictæ. l. qui negocia. locum habere non potuit, quia potius si ex fauore mutuantis creditam pecuniam esse diceremus, in odium eius obseruarem hoc ipsam, cui vobis

luissemus consulere, contra. l. quod favore. D. de legibus. eo quod, si credita ea pecunia sit, vsuras promissas non posset creditor petere, vt dixi ex dicta. l. quamuis. C. de vsuris. qui tamen aliter procuratore absente, cum quo volebat contrahere, non potuisset sibi per stipulationem consulere, ex. §. item verborum. In situ. de inutili. stipulatio. igitur de stricto iure mutui disputandum fuit Africano, an credita pecunia esset in dicta. l. qui negocia. & creditam non esse recte respōdit ea ratione, quia nuda pactio, id est, sine re & facti ministerio, prout optimè ea verba explicat Caro. Molinæus vbi supra, num. 650. pecunia credita fieri nō potest. Est enim mutuum ex contractibus, qui re cōtrahuntur, textus in princip. In situ. quibus modis re contrahi. obliga.

Nec ob stare Iurisconsultus ait, quod si pecuniam depositā conuenit simplici pacto, vt creditam habeas, credita fiat, vt constat ex. l. certi conditio. §. de posui. D. si cert. pet. quia tunc nummi, qui erant mei, tui fiunt iuxta textum in. §. interdum. In situ. de rerū diuisione. & sic obseruatur regula dict. l. 2. §. appellata. Nec præterea ob stare, quod si a debitor meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat, ex dicta. l. singularia. in princ. quāuis ea pecunia mea nō est: quia, inquit, benignè id receptum esse. idemq; euenire ait in versi. his argumentū. cum quis mutuam pecuniam dare volens, argentum vēdendum dedisset: quia nihilo magis ea pecunia vt credita peti poterit, sci-

licet quā in præcedenti specie, in qua benignè receptum diximus, vt mutuum fieret, prout in hoc puncto rectè interpretatur & explicat eum textum Carolus Molinæus vbi supra num. 652. Nec ex his casibus veretur Africanus, quod replices, cur non & in principali quoque specie, de qua in ea. l. qui negocia. benignè illud recipiatur, vt credita pecunia sit, cum eadem sit iuris ratio, vt ait dicta. l. singularia. versicu. quod igitur. quia apertum omnibus esse intellexit, quod ineptissimum foret in hac specie ex benignitate iuris, & mutuantis favore illud admittere, quod eidem esset damnosum amissis vsuris, ex dict. l. quod favore. D. de legibus. ideoque non explicuit.

Itaq; concludit I. C. eam pecuniam, ex qua conuenit, vt vsuræ aliquæ soluerentur, vt creditam peti nō posse stricto iure mutui inspecto: quāuis aliud benignè esset dicendum, si huiusmodi benignitati & fauori vsurarū exactio non resisteret, vt contingit in. d. l. singularia. & d. l. rogasti. in quibus vsurarum pactio non fuit, vt benè ponderauit Io. Corasius vbi supra, sed non satis explicuit. & contingit quoq; in d. l. si pro mutua. & d. l. pro auro. quia ibi non vsurarum pactio, sed stipulatio fuit, quæ etiam in contractu mutui interponi potest ex dicta l. quamuis. C. de vsuris. sicque illi fauori datus est locus in illis iuribus: qui cum, ex prædictis dari non posset in dicta. l. qui negocia. optimè Africanus negat in sua specie creditam pecuniam fore, & eam creditæ pecuniæ cōuen-

uentionem inutilem esse: exque antiqua mandati obligatione pecuniam debitā manere in specie, de qua ibi, ac propter eam vtile quoque manere vsurarum pactum: sunt enim duo distincta & separabilia; nihil de se commune habentia, conuentio mutui, quæ est inualida tanquam cōtraria iuris regulæ, & pactum vsurarum, quod est validum propter mandati obligationem, quæ superest: ac consequenter vtile per inutile non vitatur, argum. textus optimi in. l. si ita stipulatus. 126. §. Chryfogonus. versicu. sequens. D. de verbo. obligat. Præsertim, quia cum ex voluntate domini ea vtatur pecunia procurator, equum & iustum fuit, vt & nūmi suo periculo essent, quamuis verè non vt creditam, sed ex mandati obligatione pecuniam debeat ex prædictis: & præterea quamuis eius periculo illa pecunia esset, vsuras conuentas debeat, quia verè mutuum non est, sed verus mandati obligatio durat, & ita locum non habet regula dictæ l. quamuis. C. de vsuris. & hoc est, quod tradit dicta. l. qui negocia. in princ. versi. & in proposito. cuius hæc est vera ac genuina interpretatio, & intellectus.

12 Nec huic nostræ resolutioni obstat textus in. l. si remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati. vbi creditæ pecuniæ conuentio cum vsuris, rectè valet, & neutrum vitatur. Nam respondeo, quod ibi generalis procurator fuit, & quamuis pecunia ex mandato debita in creditam transijt, iuxta dictam. l. singularia. in fine. D. si cert. pet. cum ijs quæ di-

cemus infra nu. 24. versi. secundo. adhuc superest generalis mandati obligatio, quæ vel a seipso, sicut a quolibet extraneo debitore, debitam pecuniam tenebatur exigere, cuius obligationis vestimento vsurarum pactio vestiri potuit, quamuis pecunia ex solita benignitate mutua fieret, vt dixi: cessatque ita ratio, quam supra considerauimus ad dictam. l. qui negocia. vbi cum innuat Iurisconsultus, pecunia in creditum abeunte non superesse bonæ fidei obligationem, cuius fomento vsurarum pactio valere posset, vt supra explicauimus: apertum & manifestum manet, quod procurator, de quo in ea lege, non generalem habebat bonorū administrationem, sed particularem duntaxat, ex qua pecunia illa redacta & debita erat: quicquid Carolus Molinæus aliud voluerit vbi supra numero. 649.

13 Nec præterea obstat textus in l. idemque. §. si quis Titio. D. mandati: vbi videtur probari, quod si conuenit, vt pecuniam ex mandato debitam mutuam habeas sub vsuris: vt credita pecunia peti potest, vsuræ autem nullo modo, nisi in stipulationem deductæ fuerint. Atque ita ex ea lege colligendum videtur, quod vt mutuum teneat, vsurarum pactio irritatur: cuius contrarium probari diximus in dicta. l. qui negocia. D. mandati. nempe quod, vt vsurarum pactio teneat, creditæ pecuniæ conuentio inutilis est, prout iam latè explicuimus. Nam respondeo, quod in d. §. si quis Titio. de mutuo duntaxat cōtinentum est, nō de vsuris: atq; ita

dubium non fuit, quin pecunia ex mandato debita in creditam transfret, iuxta dictam. l. singularia. D. si cert. petat. & mandati obligatio spiraret, propter quod inquit I. C. quod cum nulla mandati obligatio supersit, peti non poterunt aliqua usura, quae scilicet in bonae fidei iudicijs & contractibus post moram peti possunt officio iudicis, ut probat. l. Lucius titius. cum notatis. D. de positi. nisi, inquit, in stipulatione deducte fuerint. Nec tetigit casum illum I. C. quid si nudo pacto a principio de usuris conuenisset: quia ille alius & longior tractatus est, quem disputauit Africanus in dicta. l. qui negocia.

Rursus (ut omnem lapidem moueam)* non obstat tex. difficilis in. l. si ex pretio. C. si cert. petat. ubi probatur, quod si nudo pacto conueniat, ut pecunia debita ex pretio venditionis, mutua esset sub usuris, nec mutuū tenet, nec usurarum pactio conseruatur ad iumento obligationis ex vendito, pro ut conseruari diximus propter obligationem mandati in dicta. l. qui negocia. D. mandati. ex traditis supra. num. 11. versi. itaq; concludit. circa quam legē Caro. Molinæus in dicto tract. de usuris. quæstio. 85. ex nu. 661. existimat ex nudo illo pacto, de quo in dicta. l. si ex pretio. versi. si verò. mutuū contrahi, ut in. l. singularia. in fine. supra allegata. sed quod perinde usurarum conuentio nulla est, propter regulam dictæ. l. quamuis. C. de usuris. putatq; etiā præcedentem ex vendito obligationem manere, nisi nouandi animo pactū de credendo fiat per tex. in. l. fina.

C. de nouatio. Idemque esse ait in dicta. l. singularia. in fine. D. si cert. petat. ut quamuis pecunia alias mandati actione debita, credita fiat, tamen & verus mandati actio duret ex dicta. l. si ex pretio. in quibus dictis multipliciter errat Molinæus, ita ut demerer sic lapsum fuisse virū doctissimum & acutissimum: Et primo errat, dum putat veteri obligatione manente, pecuniaque debita in creditum translata, usurarum pactum nullum esse in dicta. l. si ex pretio. cum si ita foret, vel ex mandati aut venditi obligationis causa tenere debuisset usuraria pactio, prout ipse fatetur, & verum est fieri in dicta. l. si remunerandi. §. apud Iulianum. D. mandati. ex traditis supra num. 12. Secundo, quod magis mirandum est, Molinæus errat, dum putat in specie dictæ. l. singularia. in fine. pecunia in creditum translata, veterem quoque mandati obligationem manere: quod est impossibile fieri tam in eo textu, quam in dicta. l. si ex pretio. versi. si verò. secundum illius intellectum: quia si in creditum pecunia transit in dicta. l. singularia. ex eo est, quod benignè intelligitur fictio breuis manus fieri, ut videaris pecuniam, quam ex mandato. aut ex vendito vel alia quacunque ratione debes, mihi soluere: & rursus à me eam ad te in causam mutui proficisci, ut expressè docet dicta. l. singularia. in fine. ergo planum est, re liberatum manere à præcedenti obligatione, quasi solueris: non minus, quam si quod tibi debeo, voluntate tua Titio soluum, liberatus maneo;

neo: quia videor ego tibi, & tu illi dare. l. 3. §. fina. D. de donatio. inter virum. & ferè in propria specie dictæ. l. singularia. in fine. ea ratione primam obligationem solui, expressè tradit textus in. l. si mulier debitori. 77. D. de iure dot. atque ita consequitur ijs casibus solam mutui obligationem manere posse, ut expressè docet textus in dicta. l. idemque. §. si quis Titio. ibi: *Mandati eum non acturum.* quæ verba sic debent intelligi. D. mandati. Ex quo iam tertio errare Molinæum constat circa dictam. l. si ex pretio. versi. si verò. dum putat pecuniam ex pretio venditionis debitam, creditam per pactum fieri, iuxta dictam. l. singularia. in fine. quia immò, cum textus ille dicat huiusmodi placitum nihil de præcedenti mutasse obligatione, sicque expressum sit, pristinam ex vendito obligationem durare, impossibile est, eam debitam quantitatem creditam factam esse: quia fictio breuis manus, quæ mutuū induceret, necessario tolleret priorem obligationem, ut in dicto. §. si quis Titio. & supradictis.

Vnde verius & necessariū est intelligere, quod in dicta. l. si ex pretio. versi. si verò. pacto illo nudo mutuū non contrahitur, nec usurarum pactio tenet, nec aliquid ex præcedenti mutatur obligatione, ut expressè ait ille textus in fine. & ibi glossa, Baldus & Salycetus, & omnes intelligunt communiter: ea vera & præcisa ratione, quia contrahentes non voluerunt pecuniā, quæ ex pretio venditionis debebatur, in mutuam transferre fi-


ctione breuis manus, de qua in dicta. l. singularia. D. si cert. petat. aut in dicta. l. qui negocia. D. mandati. quia tunc proculdubio ibi statueretur, quod in prædictis legibus statutum est, iuxta ea, quæ late resoluimus num. 11. sed voluerunt potius priorem illam obligationem nouare, & in secundam transfundere, iuxta. l. 1. & per totum. D. de nouatio. id autem nudo pacto citra stipulationis solennia fieri non potuit, quia nouatio stipulationem requirit, ut notat glossa. in. l. cum dos. verbo. conuētum. D. de patris dotali. iuxta. l. auia. C. de iure doti. & resoluit Andreas ab Exea de pactis. num. 468. fallentia. 45. atq; ita quidquid eo modo actum est in dicta. l. si ex pretio. nullius momenti esse dignoscitur. Et hic est verus illius legis intellectus: cum quibus satis explicatus manet hic articulus.

Cæterum pro complemento istius materiæ * dubitari potest, cum quis in rem actione proposita litis æstimationem recipit, an quasi venditor regali decime obligetur, iuxta. l. & ex diuerso. §. fina. & l. eius rei. D. de rei vendicat. cum. l. 2. §. fina. & l. 3. D. pro emptore. & l. si propter. D. rerum amotarum. ubi Bartolus, & doctores notant, & quod tradit Baldus in. l. si culpa. num. 3. D. de rei vend. dicens, quod actor accipiendo litis æstimationem, contraxisse videtur, nam ubi est pretium, ibi intelligitur esse venditio. l. fina. C. de prædij curiali. lib. 10. ut resoluit Alex. in. l. si quis ante. nu. 9. D. de acqui. posse. & diximus supra capit. 1. nu. 39. Atqui Io. Parlad-

rius dicto lib. rerum quotidiana. cap. 3. §. 2. num. 31. resolutè ait, ex huiusmodi litis æstimatione vectigal non deberi, quia nõ pro priè venditio est: Sed cum mani festa quædam in solutum datio sit, obseruari debet distinctio, de qua supra cap. 7. ex nu. 49.

Quod & ad illam quæstionẽ 16 extẽdi potest: * qd si genere mutuo dato, non illud, sed æstima tio reddatur propter moram de bitoris, iuxta notata in l. vinum. D. si cert. pet. & l. 8. titu. 1. part. 5. an regalis decima debeat: Sed putem quod non, quia ea æstima tio non ex mutuo consen su debitoris & creditoris, sed ex natura contractus mutui profi ciscitur, & soluitur, vt ex eis iuri bus satis apparet. Quod fanè sic obseruandum erit, nisi fraus ali qua occultandæ venditionis eo mutui colore, ex aliquibus con iecturis detegatur: quia tunc id, quod verè actum erit, obserua bitur ex l. 11. titu. 17. lib. 9. Reco pilationis.

Summa capituli duodecimi.

- 1  *Vi ex aliena materia spe ciem facit, & sibi acquirit, quamuis domino ma teria æstimationem seu pretium soluat, decimam non de bet.*
- 2 *Declaratur veterum Iurisconsulto rum contrarietas, & cuiusque sen tentiæ ratio, de qua in l. adeo. §. cum quis. D. de acquiren. rerum dominio.*
- 3 *Exponitur textus in l. seruum filij. §. si pocula. delegat. 1. cum l. lana. de-*

- 4 *Traditur vera ratio decidendi ad tex tum in l. qui vsum fructum. D. de vsum fructu.*
- 5 *Declaratur qualiter picta tabula pi ctura cedat.*
- 6 *Exponitur. l. in re actio. §. sed id quod. D. de rei vendicat.*
- 7 *Tabula non cedit incisioni, cum ad antiquam materiam & formam reuer ti potest, licet pictura ce dat.*
- 8 *Ratio differentia inter figuram inci sam & pictam, eleganter exponi tur: & quid iure Regio statutum sit.*
- 9 *Qui alienam materiam corrumpit, non fit eius dominus, nisi aliam specie m fecerit: quod bonis exemplis decla ratur ad praxim.*
- 10 *Exponitur. l. de eo. §. si quis. D. ad ex hibendum.*
- 11 *Exponitur textus in. §. cum ex alie na. ibi. frumentum. Instit. de re rum diuisione.*
- 12 *Improbatur Pauli Castrensis intel lectus ad l. morino boue. in princ. delegatis. 2.*
- 13 *Qui habet gabellas bestiarum, qua venduntur, non habebit gabellam eius bestia, qua mortua vedita fue rit.*
- 14 *Refertur alius intellectus ad dictam l. mortuo boue.*
- 15 *Improbatur communis ratio assigna ta ad text. in l. si grege. in fine. dele gatis. 1.*
- 16 *Verè exponitur textus in dicta. l. mortuo boue.*
- 17 *Decisio textus in princip. Instit. de inutili. stipulat. procedit quoque in equo aut boue.*
- 18 *Exponuntur. l. lana. delegatis. 3. & l. quod in rerum. §. fina. delega tis. 1.*

Siquis

Siquis ex aliena ma teria speciem sibi facit, & pretium soluit, an decimæ locus fiat.

CAPVT XII.



Andè vt om nes ca sus ab solua m⁹, in quib⁹ nõ in iuste dubitari potest, an aliqua vendi tio sit propter decimam, illa quo que elegans & iucunda quæstio se offert: * an si cum quis bonæ fi dei possessor ex aliena materia speciem facit, ac propterea eius domin⁹ fiat, iuxta tex. in l. adeo. §. cum quis. D. de acquir. reru do mi. & §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuis. quicq; ad pretium ma teriæ tenetur antiquo domino in factum actione, ex l. in rem a ctio. la. 1. §. item quæcunq; D. de rei vendicat. & notat glo. in di cto. §. cum ex aliena. verbo. vel spicas. quæ communiter à Do ctoribus approbatur, vt ait Iason ibi, in additione ad Porcium, a liqua videatur venditio contra hi soluto pretio, sic vt Regali de cimæ locus fiat iuxta generalem decisionem. l. 1. titu. 17. lib. 9. Re copilat. & breuiter ac verissimè resoluè, nullam venditionem fie ri, eo quod venditio mutuo con sensu peragitur. l. 1. D. de rerum permut. Atqui in hac specie bo nę fidei possessor cū domino rei

nullum negotium habuit, vt pa tet: sed cum is naturali ratione dominus fieret eius rei, quam fa cit, iniquūq; esset, cum cum alie na iactura locupletari, ad mate riæ pretium obligatur, non ad rem: & sic, quamuis pretium nec rem soluat, nulla rei emptio ac venditio considerari potest, sed interesse solutio ex equitate. l. si me & Titium. cum notatis. D. si cert. pet. immò nec in solutum datio dici potest, vt locū habeat notata in l. si prædium. C. de eui ctio. & quæ resoluimus supra ca pit. 7. verum tamē, vt quæstio hæc in sua principia pro vero & exa cto eius, & aliquorum iurium in relectu resoluatur, ratio illa na turalis, propter quam possessor ille rei alienę dominus fiat, expli canda est, & tota materia resoluè da, quamuis magnus rei breui as suatur calceus.

Atqui scire oportet, * qd si quis ex aliena materia speciem sibi fe cisset, dubium fuit aptud veteres, vter speciei futurus esset domin⁹ iure naturali, is ne, qui materiam in speciẽ verterit, an verò is, qui materiæ dominus fuerit: & Cas sius hunc, Proculus illum defen debat: præualuit tamē media sen tentia rectè existimantium, si spe cies facta ad antiquam materiã reuer ti possit, verius esse qd Cas sius existimauit: si non possit re uerti, verius esse quod Proculo placuit, vt ex varijs exẽplis char rat Gaius l. C. in d. l. adeo. §. cum quis. & Imperator in d. §. cum ex aliena. Proculi verò ea elegans & vera ratio fuit, quod cū ex a lienâ materia quis speciem facit, antiqua illa res sumens nouū ef se ex noua forma, quæ dat esse rei

l. si is

l. si is qui. 80. §. quædam. D. ad legem Falcid. videtur consumi, & alia res esse incipere, quæ antea nullius fuerit, vt exprimitur in d. §. cum quis. ibi: *quia quod factum est, antea nullius fuerat.* nam mutata forma propè interimit substantiam rei, vt in alia materia tradit textus in l. Iulianus. §. si quis rem. D. ad exhib. ideoq; merito antiquus dominus desinit ius habere, quasi illa res cuius dominus erat, iam non extet, sed extra naturam sit ex Sabini & Pedij sententia, qui res abesse dixerunt, quarum corpus manet, forma mutata est. l. mulieris. 13. D. de verb. sign. & quasi rei nouæ, quæ nullus est, nouam speciem faciens eamq; possidens, dominus esse incipit naturali ratione, quæ quæ nullius est, occupanti concedit. §. fere. Instit. de rerum diu. vt bene adnotat Lafson in additione ad Christoph. Porcium in d. §. cum ex aliena. hinc est, vt suo nomine eum facere necessarium sit, vt sibi adquirat, vt exprimit textus in dicto. §. cum quis. vbi glo. verb. suo nomine. & l. quidquid. §. vbi. D. de adquir. rerum do. immo & bona fide, ne dolus ei patrocinetur, l. de eo. §. si quis. vbi glo. & doctores notant. D. ad exhiben.

Cæterum, quia ea cõsumptio, & mutatio rei non potest ita necessario intelligi, cum noua species facta ad antiquam suam materiam, & formam reuerti potest: eo casu magis obtinuit cõtraria Cassij sententia, quæ habet, cum esse dominum speciei, qui materię dominus fuerit. l. in omnibus. D. de adquiren. rerum domi. sub illa enim specie, antiqua materia & forma implicita

esse intelligitur, ad quam species illa facile reuerti potest: nunquamque ita materię potentiã victa est, vt specres facta illius vires effugiat, quin potius illa preualet, vt tradit textus in l. quæsitum. §. illud. delegat. 3. Ex qua eleganti rerum & materiarum differentia factum est, vt legato argento, poculum ex eo factum legato cedat: & legatum poculum, etiam si ad eandem materiam, vel ad aliam speciem reducat, nihilominus debeatur, ex l. seruum filij. §. si pocula. delegatis. 1. quia scilicet adhuc prioris rei & materię legatæ potentia durat. Secus autem obseruatur, si lana legetur, quia vestis ex ea facta legato non cedit, l. lana. 88. delegatis. 3. ea vera ratione, quia cum talis vestis ad antiquam materiam legatam reuerti nequeat, nihil ex re legata manere visum est ex ratione Proculij, de qua supra: * ita vt planè reijciendum sit Iuliani exemplum, de quo in dicto. §. si pocula. ibi. *item si lana.* fuit enim ille Iulianus Cassij successor, vt refertur in l. 2. in fine. D. de origin. iuris. cuius antiqua & generalis sententia erat, vt noua forma nihil de iure prioris materię immutaret, vt supra retulimus ex dicto. §. cum quis. atque ideo eius responsum exponens Ulpianus in dicto. §. si pocula. mediæ illius sententiæ mentionem non fecit, quin potius interim obseruatis Iuliani principijs, totam vim iuris in duratione vel mutatione voluntatis testatoris cõstituit: & hunc puto esse verum illius textus intellectum præter ea, quæ glossæ & doctores ad-

notarant, distinguentes an viuo, vel mortuo testatore vestis facta esset. Quin immo eadem rerum distinctio obseruatur in re pignorat, l. si conuenerit. §. si quis. vbi Bartolus nume. 4. bene explicat. D. de pigno. actione. * Secus verò in usufructu: nam quomodocunque res mutatur, siue talis sit, quæ ad antiquam formam reuerti potest, siue non, usufructus perit. l. qui usufructum. D. de usufructu. cuius ea vera & elegans ratio est, quia licet in poculo facta materia esse videatur, cuius usufructus datus est ex prædictis, tamen alius est usus & fructus huius poculi, alius materię, vel poculi prioris.

Itaque ex prædictis satis constat, quod si in aliena tabula figuram incidero, & de figuræ dominio quærat, distinguendum est, qualis materia tabulæ fuerit: vt si talis sit, quæ post incisionem ad antiquam formam vel ruditer reuerti non possit, dominus tabulæ ipse sim: quod si reuerti queat, prioris domini ius maneat: Sed bellè dubitari potest, an & in hoc vltimo casu ius artificis præualere debeat, ex eo quod de figura picta traditum est: * Nam licet longa inter veteres disputatio fuit, an qui in aliena tabula figuram pinxit, dominus tabulæ pictæ fieret: an is, cuius tabula esset, picturæ quoque dominus remaneret, vt refert textus in d. §. si quis in aliena. Instit. de rerum diu. magis placuit tabulam picturæ cedere, vt tradit Gaius Iuriconsultus in l. quæ ratione. §. sed non vti. D. de adquir. rerum domi. ita vt manifestum appareat, falso ei aliud impo-

ni in lib. 2. Instit. titu. 1. versi. quod & de tabula. & ratio fuit, quia olim ars ista pictoria plurimi habebatur: atque ideo ridiculum videbatur, picturam Apellis, vel Parrasij in accessionem vilissimæ tabulæ cedere, vt inquit Iustinianus in dicto. §. si quis. id quod sine rerum & materiarum distinctione admissum est, vt bene notat Azo apud glo. in dicto. §. sed non vti. verbo. placuit. & probat generalitas. l. 37. titu. 28. part. 3. quod priuilegium non malè in illius artis pictoriæ laudem retulisset Tiraquellus de nobilitate capit. 34. * Nec obstat textus in l. in rem actio. 23. §. sed id quod. D. de rei vend. vbi ita ait Paulus Iuriconsultus: *Sed id quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur, statim meum fit: licet de pictura quidam contra senserint propter pretium picturæ: sed necesse est, ei rei cedi, quod sine illa esse non potest.* Nam ex ijs verbis nõ contrariari Iustiniano Paulum existimo: quin potius recepta admissaque ea picturæ exceptione, generalem regulam constituere dicentem, quod licet illud de pictura ita sit, tamè generaliter necessarium est, vnũ quodq; ei rei cedi, sine qua esse nõ potest. Vnde ex prædictis videtur dicendum, eum qui incidit, dominum quoque tabulæ fieri, siue quidem ænea, siue lignea sit, non seruata distinctione, de qua supra: eadem enim vtriusq; videtur ratio, nam & ridiculum quoque videtur, vilissimæ æris tabulæ Lysippi incisionem cedere, propter cuius celebre artificij Alexander Magnus Rex Mæcedonum Aristotele præceptore dignissimus, edicto vetuit, ne quis

quis se præter Appellem pingeret, aut alius Lysippo duceret aræ, quæ faciem Regis simularent, ut refert Horatius lib. 2. epist. 1.

7 Nihilominus autem verè intelligo, * dominum rasæ tabulæ, quæ ad antiquam materiã reueri possit, incisæ quoq; figuræ dominium cõsequi, quamuis aliud in pictura cautum sit, quia alia in cõfessionis ratio est, alia picturæ: nẽpẽ, in pictura datur & est quid corporeum à tabula abstractum vel intellectũ ipsõ, cui possit tabula cedere. l. si imaginem. 12. D. de auro & arg. leg. sunt enim emblemata, siue incrustationes ille penicillis factæ, quibus tabula cedit propter maius pretiũ figuræ, arguitur in l. quidquid. 5. cum partes. D. de adqui. rerũ do.

8 At * verò in incisione figuræ, nulla rei additio seu impositio est: quia forma illa à natura tabulæ initiũ sumit, eo quod in ea ultra antiquam tabulã nihil aliud est, quam partium separatio. Etenim cælator, qui figuram incidit, cælaturam non facit, sicut pictor e contrario picturam facit, aliquid addens de suo: sed cælo distinguit & explicat, quod alias ex natura sua in tabula erat, ita ut iam ex artificis operã visu & oculis percipi possit, quod antea erat ex partium cõfusione obnubilatum & occultum: itaque in incisione nihil corporeum est, cui tabula ipsa cedat, nam quidquid corporeum est, tabula ipsa est. Sed quæstio hæc tra disputatio nis gratia & pro verã huius materiæ cognitione, iure subtili dictum fuerit, contrariũ deciditur in l. 36. ibi, *debuisset, o enallasse.* quod est Latine incidere vel ex-

cidere. titulo. 28. Partita. 3. 7
9 Rursum adnotandum est, * quod dicitur, cum qui speciem fecerit ex aliena materia, quæ ad antiquam ruditatem reuerti nõ queat, dominũ fieri: non ea sola ratione niti, quod res antiqua non extet, sed & in ea, quod alia ac noua res esse incipiat, ut supra explicuim⁹ nu. 2. & clarè sentit I. C. in d. l. adeo. 5. cum quis. vers. videntur. ibi: *non nouam speciem facit.* quod verbum rem perfectam & consummatam significat, non ceptam, ut alias dicitur in l. 1. 5. si. D. quod quisque iuris. & notat Iason ex Fulgosi sententia in dicto. 5. cum ex aliena. in additione ad Christoph. Porciũ ibi, super glossã, verbo. facta. quæ iuste ab eisdem reprobat. alias enim, si solũ ea, quæ rei antiquæ essent (quamuis res antiqua non extaret) superfuerint, nec noua species facta sit, dubiũ non est, quin adhuc domini prioris ius maneat. ex l. soluna. 5. meum est. D. de rei vendicat. Ita que si alienas vias quis expresse rit bona fide, & nondum vitium factũ sit, nec noua substantia producta ex facientis opera, sed solũ mustum expressum extaret, quod tortinum appellat Coelius Rhodiginus lib. 28. Alecti quantiqua. cap. 37. id quod à presura prima vinaceorum circum casopede exprimitur, proculdubio mustum illud, & reliqua omnia, quæ ex vuis superfuerint, apud antiquum dominum remanerebunt, nec exprimentis fient. Idẽque erit, si aliquas oliuas ex bona fide a smarra in olea autiueris, & nondum calidis aquis oleum cõfeceris: quia nunc oliuarũ dũs ius suum retinet, & vendicare pot-

poterit, ita ut quãuis post litem contestatam, quæ te in mala fide constitueret iuxta notata in l. si post acceptum. & l. si à bonæ fidei. D. de rei vendicat. noua species olei, vel vini perfecta sit, tua non erit, ac perinde non in pretio, sed in re ipsa cõdemnaberis.

10 Nec * obstat tex. in l. de eo. 5. si quis. D. ad exhiben. vbi à contrario sensu videtur probari, mustũ fieri eius, qui bona fide alienas vias expresse rit. nam respõdeo, quod verbum illud, mustũ, necessariò accipiendum est pro vino, propter verbum fecerit: nam qui vias exprimit, mustum non facit, sed elicit, sicut & qui excurit spicas, frumentum non facit, sed detegit, ut ait tex. in dicto. 5. cum quis. vers. videntur.

11 Cuius * verissima exceptio addenda est Iustiano in dicto. 5. cum ex aliena. qui simpliciter retulit verba Gaii I. C. de quibus in dicto. 5. cum quis. nec peruenit ad exceptionem, de qua in dicto. vers. videntur. eo quod satis in legibus Digestorum exprimeretur.

12 Nec * etiã obstat tex. in l. mortuo boue. in prin. de lega. 2. vbi si legatus bos moriatur, atq; ita non extet, nec corium nec caro debetur legatario, quamuis ex re sua vel sibi debita superfuerint. & Paulus de Castro ait, quod is tex. loquitur in actione ex testamento, quæ est stricti iuris. 5. actionum. Instit. de actio. atque ideo conuenire, quod si bos legatus moriatur sine facto & culpa heredis, nihil peti queat, eo quod verè & realiter bos mortuus, bos non est. * Vnde recte dixit Bartolus in l. cum de lanio

nis. in prin. D. de fundo. instr. quod qui bestiarum gabellas habuerit, nihil eo nomine habiturus est, si mortua bestia vendatur: quod hodiè poterit esse vtile propter diuersã gabellarũ membra, quæ in vnoquoq; loco esse solent. secus autem inquit fore in actione ex empto, quæ est bonæ fidei, nam & coriũ & Caro, & omnia quæ supersunt, mortuo boue peti poterunt. l. venditor. in fine. D. de hered. vel actio vend. & l. tenetur. 5. 1. in fine. D. de actio. empt. Sed certe ego nõ satis video, quia iustaratione, qui legitimè stipulatus est bouem, si q; sine culpa & mora promissoris moriatur, nõ possit reliquias petere etiam actione ex stipulatu, seu certi conditione, quæ est stricti iuris.

14 Vnde alij voluerũt, * quod bos ille mortuus est viuo testatore, ita ut cõcessurus erat legati dies, iã bos, & ita res legata, non extaret, idcõ q; merito legatũ nõ tenere, ut reliquie peti possint: secus autẽ fore, si post mortẽ testatoris, & diẽ legati cedẽtem moreretur, quia tũc, cum legatarius factus esset dominus legati bouis ex notatis in l. a titio. D. de fur. tis. & l. si ita sit. delegatis. 1. & illius quoq; erunt, quæ superfuerint iuxta dictam l. solum. 5. meum est. D. de rei vendicat. ita glo. in d. l. mortuo boue. & in l. lana verb. facta. delega. 3. Sed certè cõtra primũ & secũdũ istum intellectum est text. elegãs in l. si grege. in fine. delega. 1. vbi in l. la legata, si cõbusta esset, area vendicari potest actione ex testamento, quãuis in cõdium viuo testatore, & antequam dies legati ce-

deret, contigisset. cui textui respondent Baldus & Paulus in dicta l. mortuo boue. ex coillu procedere, quod principalior pars insulae vel domus super fuerit scilicet area: sicut & Carina nauis in l. quod in rerum. §. fina. de Lega. 1. & l. Minicius. D. de rei vendi. corium autem & caro non est principalior pars bouis, sed anima sensitua, quae cum corpore extincta est. * Verum contra hanc responsionem allego tex. bellissimum in §. si grex Insti. de lega. ubi si grex legatus fuerit, & quandoque siue viuo siue mortuo testatore ad vnam ouem peruenit, quod super fuerit, vendicari potest. scilicet nedum ouis aut bos superstes, ut ait tex. in dicta l. si grege. de lega. 1. sed & coria & carnes ceterarum ouium, quae perierunt, ut aperte probat verbum illud neutrum & generale, quod super fuerit vendicari potest, de quo in praedicto. §. si grex. nam si sola ouis superstes vendicanda foret, non diceret Iustinianus, quod super fuerit, sed potius quae super fuerit vendicari potest, solam ouem superstitem ac vendicandam referendo.

Vnde ego in hac generali sententia sum, * quod siue bos vendatur, siue promissus, siue legatus sit, isque postea quandoque sine debitoris facto perierit, & corium & Caro creditori, emptori, & legatario debetur, ex dicto §. si grex, & l. venditor. & l. tenetur. supra allegatis. eo quod ex re sua, vel sibi debita super fuerint. Nec obstat dicta l. mortuo boue. in princip. de legatis 2. quia licet eius verba sic omnes adusque perceperint: mor-

tuo boue, qui legatus est: scilicet si mortuus sit bos, qui antea legatus est ego contra iustitiam que magis, nec minus obseruato recto latinitatis sermone sic accipio: id est, si mortuus fuerit bos, qui postea legatus est: quasi dixerit, si bos mortuus legatur, nec corium nec caro debetur, quamuis extent apud heredem. quod & in stipulatione quoque obseruatur, ut probat tex. expressus in prin. Insti. de inutili stipulat. ubi si quis rem, quae in rerum natura non est, aut esse non potest, dari sibi stipulatus fuerit, veluti stichum qui mortuus est, quem viuere credebar, aut hypocentaurum, qui esse non potest, inutilis stipulatio est, quae si impossibilis l. si homo. 69. & l. inter stipulantem. §. pe. D. de verbo. obligat. * Nec vlla ratio est, cur non idem sit in boue mortuo, quod in sticho, cuius corpus posset quoque esse utile propter artem medicam, vel anatomiam: praeterquam cum serui mortui Caro & ossa eiusdem domini maneant, cuius & seruus ipse erat: quamuis propter haec principaliter de statu defuncti agi non possit iuxta textum in l. 13. & quae ibi glossa & Baldus notant. C. de liberali causa. atque ita aequè in utroque (scilicet tam in boue mortuo, quam in sticho) loquitur l. 2. r. tit. 11. part. 5. quicquid glossa in l. in act. onibus. verb. plane. D. de in litem iura.

18 Nec * praedictis obstat l. lanae. ver. naue. de lega. 3. ubi naue legata dissoluta, quod superest non debetur: quia testator dissolvens videtur a legato recedere.

recedere, arg. textu in §. si rem suam. Insti. de legatis. Nec iterum obstat l. quod in rerum. §. fina. de lega. 1. ubi si nauis legatario debetur: nam respondeo quod refectanauis non debetur, quia alia est, quam quae legata fuerit: trabes autem, quae ex prima nauis legata superfuerint, ego non dubito, quin debeantur legatario ex suprascriptis, quicquid l. C. ibi non exprimat aliud agens.

Summa capituli. decimi tertij.

- 1 **N** duplex decima debetur in specie. l. quotiens. C. de rei vendicat.
- 2 **Ex** vna & eadem re scilicet vendita, non nisi semel gabella debetur iure communi.
- 3 **Secus** est de iure Regio, quia totiens decima debetur, quotiens etiam vna & eadem res vendita fuerit: & ratio assignatur.
- 4 **Si** de promissione de vendendo soluta est gabella, non debetur iterum ex venditione secuta.
- 5 **A**ssignatur eius dicti ratio.
- 6 **Soluta** gabella de venditione, an debetur de cessione iuxta statutum ut ex omni contractu gabella solvatur.
- 7 **Resoluitur** questio, de qua supra numero. 1.
- 8 **Qui** semel vendidit, & ratione aliqua a venditione discedens iterum vendiderit eandem rem, duplicem gabellam debet.
- 9 **Refertur** iudicialis sententia auctoris in casu valde frequenti.
- 10 **Ex** rehibitione nona gabella non de-

betur.

- 11 **An** renovata vel reformata venditione, duplex decima debeat, cum eleganti distinctione resoluitur.
- 12 **Traditur** elegans adnotatio.
- 13 **Qui** emit triticum & postea tradidit Seio recepto pretio, quod emerit declarans se illius nomine emisse a principio: an videatur reuendere contra leges Regias, & an nouam decimam debeat.
- 14 **Exponitur** textus in l. 19. tit. 11. lib. 5 Recopil.
- 15 **Resoluitur** questio de qua supra numero. 13. cum tribus declarationibus traditis numero. 16. 17. & 18.
- 19 **Si** in iudiciali venditione bonorum debitoris, emptor cesserit rem emptam creditori, prout quotidie fit, an noua decima ex ea cessione debeatur.
- 20 **Resoluitur** ea questio cum eleganti distinctione.
- 21 **Declaratur** praxis quedam obseruata in cessione illa, de qua supra numero. 19. & eius effectus ostenditur.
- 22 **An** ex retractu consanguinei, vel socij, aut alius, noua gabella debeatur.
- 23 **Inanis** dubitatio est eorum, qui quaerunt, an rescissa venditione per retractum, tota gabella a fisco repetatur.
- 24 **An** ex intermediis venditionibus, quae inter primam venditionem & retractum celebratae fuerint, gabella debeatur.
- 25 **Resoluitur** recte deberi ac peti posse.
- 26 **Idem** est in terminis l. 2. C. de pactis inter empto.
- 27 **Si** res legata sub conditione, interim ab herede vendatur, gabella debetur, quamuis impleta conditione legati, venditio videatur rescindi: & ratio assignatur.

28 Si emptor rei patrimonialis, rem ipsam vendiderit consanguineo, qui poterat retrahere: an alia decima sit soluenda.

29 Late traditur Caroli Molinai resolutio in ea specie.

30 Traditur auctoris animaduersio.

An ex vna & eadem re
sæpius vendita, multi-
plex decima de-
beatur.

CAPVT. XIII.



Dicitur quã in superioribus capitibus accurate egimus ex quacunque vera venditione decimam pretij deberi: illud que etiam inquisuimus, in quibus contractibus vel patens, vel occulta venditio sit, nẽ modo aliquo istius modi gabellæ debitum ignoretur: * appositè quæri potest circa speciem textus in l. quotiens. C. de rei uend. cum duobus in solidum & separatim vna ac eadem res ab vno & eodem domino venditur: de qua re agit Ant. Gomecius. 2. tomo varia. resolu. cap. 2. num. 20. & Couarr. lib. 2. varia cap. 19. & est text. in l. 50. tit. 5. part. 5. an duplex decima debeat ex venditione duplici, quæ in ea specie geritur. Et videtur quidem id non esse admittendum. arg. tex. in l. interdum. §. quotiens. D. de publica. & quæ tra-

dunt glossã. in verbo. veterana. Bart. & Doctores, ac præcipue Angelus ibi: * dum dicunt, quod ex re semel gabellata, non debet iterum gabella solui, licet pluries vendatur, ne nimis grauentur subiecti sæpius præstando vectigal pro eisdem rebus sæpius venditis: & notauit quoque Aufrerius in quæstio Tholosa. 451. Sed profectò istud argumentum in efficax est ad propositum, cum plusquam certissimũ sit iure nostro Regio, * ex quacunque re tot decimas deberi, quot venditiones illius inter fuerint, vt cõsuetudo ipsa & quotidiana praxis demonstrat, ac insinuat l. 10. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi specialifauore statuitur, quod ex reb' bello captis pro prima earũ rerũ venditione decima Regalis nõ debeat. Et ratio illius praxis est, quia nostra decima non est tributũ rebus impositũ, sed ipsi contractui venditionis: ac proinde non inspicimus, an vendatur ea res, quæ nõquam vanierit, an quæ sæpius venalis fuerit, prout alias in tributo reb' imposito rectè cõsiderat glo. Bar. & doctores in dict. §. quoties. sed quotiescũ que verũ fuerit, me vendidisse, necessariò gabellæ obligationi subiicior ex generalitate. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. nullo rei venditæ respectu habito, vt alias dicemus infra cap. 20. num. 1.

Illud verò proculdubio verissimum est, ex vna re & vno eodẽq; contractu venditionis non nisi vnicam gabellã deberi, nec amplius peti posse, vt resoluit Cornelius consilio. 106. numero. 4. volumi. 4. & disponit. l. 73. in quater. gabella. At in specie, qua

speciei qua de agimus, circa dictam l. quotiens. C. de rei vend. Nec istud quadrare potest, quia due verè ac perfecte venditiones sunt, & sic nimirum videtur si duplex decima debeat ex præhabita doctrina.

Vnde commodior videtur alia decisio Bartoli in dicta l. interdum. §. quotiens. in finalibus verbis. D. de publicã. vbi expressus videtur dubitationem nostram dissoluere, dum ait: * quod si promissi rem vendere, & de promissione soluta est gabella, nõn debet iterum ex venditione solui. sed & istud valde diuersum est à nostra specie: * Etenim ex eò procedit, quia quamuis in statuto, de quo loquitur Bartolus, ex quocunque contractu gabella debeat, & promissio de vendendo, ac venditio ipsa postea secuta duo contractus sint. l. in bonæ fidei. ver. si tamen & ibi glo. iuxta literam, condueuram. D. de eo quod certo loco. & quidem nimium diuersi, vt quoad nostram gabellam dicemus infra cap. 17. nu. 41. Tamen quia in eã quæstione promissio de vendendo est quid accessorium & præambulum quoddam venditioni cohærens, quæ postea secuta fuit, vnica gabella quasi ex vno contractu merito debetur, vt colligitur ex traditis per Bertachi. de gabellis. 5. parte prin. num. 3. cum traditis numer. 12. & 14. sicut & alias, eodem statuti Themate retento, si soluta sit gabella venditionis, & queratur an excessione quoque soluenda sit, doctores ita distinguunt: * Aut cessio est executio siue exercitium illius cõtra-

ctus venditionis, vt quando procurator cedit domino, & nõ soluitur noua gabella: aut est cõtractus de perse non oriens ex priori, & tunc noua gabella debetur, quia vbi nouum factum, ibi noua obligatio, sed vbi vnum & idem factum, non dicitur noua obligatio, ita Baldus in l. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi. cui subscribit Bertachinus vbi supra quæst. 12. & refert ac sequitur glossã Peregrina. verb. vectigal. quæstione. 1. & Io. Parladorius lib. rerum quotid. cap. 3. §. 2. num. 27. At in nostra specie prædictæ l. quotiens. C. de rei vend. non vnum factum est, sed duplex, & vnaqueque principalis venditio.

Sed adhuc quidem existimo, quod * quamuis in ea specie verè subtili iure dici possit, ac debeat duplicem venditionem cõtractã esse, ac proinde quoque videatur duplicem gabellam deberi, scilicet dicendum est: quia lex Gabelaria ita ex venditione vectigal deberi ait, vt iuxta ipsum venditionis pretiũ soluendã effedat, debetur enim decima pretij, vt satis cõstat ex l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. Igitur si in duplici venditione nõ nisi vnum pretium est verè & realiter, vt quia vtraque venditio ad vnicum dũtaxat pretium tedit ac dirigitur, istius pretij decima semel soluta per venditorem, legi regiæ satisfiet: & hoc est mihi efficax & inuitabile argumentum, vt hanc sententiam teneam, quæ facile videri meo in praxi recipietur: etenim qui bis cõtrahit in specie dictæ l. quotiens. vnicam vnus rei alienationem & vnicam pretium

quærit, non duplex, licet emptorem mutauerit, alterum decipiens. Putem autem regulam esse decimam iuxta pretium venditionis, quæ cum effectu tenuerit ex decisione illius. l. quotiens C. de rei vend. cum notatis per Doctores ibi, & in præallegatis locis.

Diffimilis verò est ille casus, cum quis * rem suam vendit certo pretio, & postea à priori ista venditione discedens mutuo contrahentium consensu vel alia ratione, iterum rem illam vendit eidem vel alteri emptori ex nouo contractu: quia isto quidem casu duplex proculdubio gabella debetur: Prima ex priori venditione, ex qua cum semel fuerit ius fisco questum, non potuit per contrarium venditoris consensum aut iudiciale venditionis rescissionem ei auferri, per notata in l. ab emptione. D. de pactis. & in l. debet. D. de ædil. edict. & quæ dicimus infra cap. 14. num. 7. & n. 10. Altera ex secunda venditione, quæ secuta est, est enim vtraque vera ac distincta venditio non in idem tendens pro diuersis temporibus, prout alias dicebamus in specie dictæ. l. quotiens. Atque * ita ego sæpe iudicavi in quadam feria, vbi vsuuenit persæpe, quod quis vendit mulam aut aliud animal purè certo pretio, & gabellam soluit, remque tradit emptori pretio accepto: statim autem emptor ille agnoscens venditum animal vitiosum esse, iudicem ad eundem redhibet venditori pretio repetito, quo casu soluta gabella non repetitur, immò non soluta re-

ctè per gabellarium exigitur ex dicta. l. debet. & quæ notabimus in dicto cap. 14. num. 10. his actis, ille venditor mulæq; dominus, aut alterius cuiusvis animalis, accedit iterum ad locum publicum rem illam redhibitam venalem exponens, & factio pretio alij vendit: quærebatur, an iterum decima deberetur ex reuenditione illius animalis redhibiti, cuius iam semel paulò antea soluta erat: & sæpe iudicavi nouam gabellam deberi, ac soluta est.

Sed quia redhibitionis mentionem feci, notandum est: * quod licet redhibita re ex iusta causa, gabella soluta non repetitur, vt dixi, ex ipsa quidem redhibitione alia noua decima non debetur: quia licet is, qui redhibet, retrouendere intelligitur, vt probat. l. si duobus ibi. *hunc enim perinde haberi, ac si retrorsus homo mihi vanisset.* D. de diuer. & temp. præscript. & tradit glos. in l. qui fudum §. qui bona fide. verb. emptor. D. pro emptore. proprie venditio non est, vt probat. l. si hominem. in fine. ibi. *quonia venditio proprie dici non potest.* D. de vñ capio. per quem text. ita expressè decidit Angelus ibi num. 1. Quod si de qualibet venditione debet gabella solui, ex redhibitione non debetur, quia, vt dixi, nõ est proprie venditio: quod refert & sequitur Tiraque. de retra. conuent. §. 6. glos. 2 num. 17.

Rursus in materia istius capituli elegans quæstio est: * an duplex decima debeat circa speciem text. in l. pacta conuenta in prin. D. de contrah. empt. &

l. 2. D.

l. 2. D. de resc. vend. cum similibus: vbi venditione semel contracta, & re adhuc integra, de augendo, vel minuendo pretio conuenit: quo casu iura illa dicunt, à priori contractu recessum esse, & nouam emptionem & venditionem intercessisse: quod ibi glossa intelligit, cum ex intervallo de minuendo vel augendo pretio actum est, argu. l. nam ad ea. D. de condit. & demonstr. sed illa est communis & vera distinctio: Quod aut prima venditio repetitur pro eodem pretio, nihilo immutato, & tunc secunda venditio nulla est, ex. l. si id quod in prin. D. de resc. vend. ita vt proculdubio noua gabella non debeat, iuxta notata in l. 2. C. de eunuchis. & quæ dicemus infra cap. 14. num. 1. Aut quidem prima venditio alteratur per verba apta ad renouationem contractus, veluti in hoc exemplo: res, quam tibi vendidi pro viginti, vendita sit tibi pro decem, aut è contrario si pretium augetur: & tunc à priori venditione recessum videtur, & noua venditio contrahitur, ita vt ex hac vltima agendum sit, & noua gabella pendi debeat, atque ita euenit in specie dictæ. l. pacta conuenta. & dictæ. l. 2. Aut immutatur prior venditio per verba non apta ad renouationem, sed ad informandum priorem contractum, veluti si cum rem tibi pro decem vendidisses, postea inter nos conuenierit, vt huic pretio aliquid addatur vel minuat: & tunc non est noua venditio, nec noua gabella debetur, sed prior contractus manet per posterius pa-

ctum reformatus, iuxta textum in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. quid si non vt totum. D. de pactis. vbi ita tradit glos. ver. immiueret. & distinguunt Bart. & Angelus in l. iuris gentium. §. adeo D. de pactis. & sequitur Alexander ibi. expresse ponderantes necessariam esse hanc doctrinam & distinctionem ad effectum gabelle, qua de agimus: & cum eis transit Io. Parladorius dict. cap. 3. §. 5. num. 41. & sequitur Tiraque. de retra. conuent. ad finem tituli. quæstio. 38. nu. 168.

Ego vero quotiens is casus in praxim veniet, * nempè quod venditione semel contracta pretium alteretur: semper intelligam ita factum esse, vt prior venditio reformetur, non vt noua contrahatur: quia cum vere nolint partes in totum à venditione recedere, sed vel pretium augere vel minuire, verisimilius est hoc solum eos effecisse, nec nouam venditionem superfluo contrahere. Ita vt animaduertendum sit, quod si per posterius pactum prius pretium minuat, id fisco & gabellario non noceat, quia iam fuit eis à principio ius questum, & ita iuxta prius pretium decima computabitur, argu. eorum quæ in alia quæstione notat Tiraque. de retra. ligna. §. 1 glo. 18. ex numer. 50. per totam quæstionem. Quod si auctum sit fisco proderit, quia vere tati res venditur, atque ita locum habet verba dictæ. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. ibi. *de todo el precio por que vendieren.* iuxta ea, quæ dicemus infra cap. 14. num. 17.

Insuper quæri potest de hac quæstione quotidiana, & valde

13 necessaria: * Titius à Gaio emit fundum, vel rem aliam mobilē simpliciter vel expressē suo nomine: deinde rem illam tradidit Seio recepto eodem pretio, declarando tamē, quod ex illius mandato emerat, & ad eiusdem Sei commodum & utilitatem, & quod ei tradebat agnoscendo bonam fidem ex causa mandati: ecce gabellarius petit decimam à Gaio primo venditore, & de hac nullum est dubium: & iterum aliam decimam vult à Titio consequi, quasi secundo vendiderit, & de hac est nostra quaestio: Atqui istud milles euenit, & semel in factō habui circa materiam reuenditionis tritici, de qua in l. 19. tit. 11. lib. 5. Recopilat. emerat enim quidam ducenas fanecas tritici certo pretio infra modum pragmaticae illud moderantis: ac deinde tradidit & cessit Petro centum fanecas eodem met pretio, quo ipse emerat: & accusatus est, quod emisset, & reuendisset contra prohibitionem dictae legis Regiae: atqui etiam ex eadem ratione accusari poterat, quod gabellam non soluisset, & eam occultasset contra prohibitionem l. 31. tit. 19. lib. 9. Recop. Nec excusabat eum, quod nihil in reuenditione lucratus esset, quia amplius & simulatē accepisse eum in secreto allegabat accusator: 14 Praesertim, * quia generaliter reuenditio prohibita est in dict. l. 19 non expectato eo, an lucrosa damnosa uel fuerit venditori, prout videtur sentire Auendanius respo. 33. num. 4. ver. octaua. nam & solus animus reuendendi locum facit dispositioni

illius legis, ex eodem Auendanius. & Io. Matientio in praedicta l. 19. glo. 2. num. 3. illa ergo allegatione maximē inuabatur accusatus, quod diceret ex mandato Petri centum illas fanecas tritici emisse ad illius commodum & utilitatem: atque ita illas ei tradidisse recepta sua pecunia, non reuendendo, sed bonam fidem agnoscendo, ut in priori quaestione dixi: & quidē vtraque quaestio ab vna & eadem resolutione pendet, quae petenda est à Carolo Molinæo in consuet. Paris tit. 1. §. 23. quaestio. 52 numero. 21.

15 Ex cuius autoris dictis, & iis quae ipse addam, sic resoluo: * quod ex praedicto facto fundatam habet intentionem suam tam gabellarius ad decimam in priori quaestione, quam denunciator ad poenam in secunda: quia verè nullo alio inspecto & inuestigato, datio tritici fundi uel est pro pecunia, ac proinde necessariū, ut venditionem contrahi asserueremus iuxta l. naturalis. §. & si quidem. D. de praescrip. verbis Nec obstat protestatio seu declaratio Titij, quia facta ex intervallo postquam iam ipse sibi emerat, & sit à persona suspecta, & subsistente materia fraudis aut simulationis, praetextu agnitionis bonae & debite fidei ex simulata causa mandati, cum sit noua ac vera venditio, argu. eorum quae notantur in l. qui testamentum. D. de probatio. & quae resoluit Didac. Peretius in l. 1. tit. 7. lib. 5. ordinaria. pag. 207. colu. 1. & notat glossa in l. si donatione. verbo postulas. C. de collat. Menochius de arb. iudi. quaestio. casu. 132. &

Auen-

Auend. de exequen. mandatis. 2. parte. cap. 29.

16 Poterit autem Titius dupliciter se excusare tam à solutione decimae, quam à poena reuenditoris: * Primo si legitimē prober mandatum sibi factum praecessisse ad emendū fundū, tritici uel pro scio vel sei nomine: quia nunc quamuis Titius emerit de sua pecunia, concipiens verba in sua persona, & suppresso tacitoque Sei nomine: quo casu & ipse Titius obligatur, & sibi soli obligationem acquirit tam iure communi, quam Regio, etiā siate l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. quae est l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. ut optime notat Greg. Lupus in l. 8. verb. le entregue. tit. 11. part. 5. & dicemus infra cap. 15. num. 4. adhuc si eam rem emptam Seio restituat tanta pecunia recepta, in effectu non est nisi vnica venditio: nam restitutio rei, quam Titius in Seium facit, reuenditio non est, sed liberatio debite fidei, siue implementum & satisfactio suscepti mandati, ideoque noua decima non debetur, nec committeretur poena reuenditoris: ad quod faciunt quae tradit Baldus in l. cum per eos. & Salycetus ibi num. 2. C. si quis alteri uel sibi. & nos retulimus supra num. 6. Praesertim, quia licet in actu, quem gerit procurator, non dicat se facere procuratorio nomine, tamen propter mandatum praecedens intelligitur facere eo nomine, secundum Dynū & Bal. in l. post dotem. D. soluto mat. Bart. & Angel. in l. qui in aliena. §. is qui putauit. D. de adqui. hered. & Bart. in l. qui seruū per. tex. ibi. D. de interro. actio.

17 Secundo excusabitur Titius, si prober * se à principio nomine Sei emisse: quia tunc, quamuis de pecunia propria emerit, nec aliter constet de precedente mandato Sei, vnica venditio erit, non duplex: & sequens restitutio facta Seio pretium à Titio expensum reddenti, non erit reuenditio, sed restitutio rei vero suo domino, quia ex traditione facta Titio, nihil ei, sed totum Seio quaesitum fuit, cuius nomine facta est. l. si procurator D. de adqui. rerum do. l. per procuratorem. C. de adqui. posse. Immo licet eo casu actio & obligatio ex empto non Seio, sed ipsi Titio acquireretur de iure communi, saltem directa, quae alteri per alterum acquiri non potest eo iure, sed tantum utilis mediāte cessione, ut probat. l. possessio. §. fina. D. de adqui. posse. & aliquando sine cessione, ut probat l. Iulianus. §. si procuratori. D. de actio. empti. & l. si procuratori. vbi gloss. & doctores, D. de verb. obligat. & bene notat Caro. Molinæus vbi supra. n. 22. tamen hodie nostro iure Regio in hac secunda specie, vbi Titius expresse nomine Sei emerit, tam dominium ut commune ius est ex dicta l. si procurator. quam directa actio & obligatio ipsi soli Seio acquireretur ex dicta l. 3. ordina. quae hodie expressior est in dicta l. 2. tit. 16 lib. 5. Recop. ut benè notat Grego. Lupus in l. 7. gloss. 1. titu. 11 part. 5. atque ita eo secundo casu nulla dubitatio esse potest, quin ex restitutione illius rei Seio facta, nulla venditio resultet, nullaque decima debeat, aut

com-

committatur poena dicta l. 19. tit. 11. lib. 5. Recopilat.

18 Si vero,* vt propositam quaestionem omnino resoluam, Titius ille emerit fundum, triticum ve nomine suo proprio vel simpliciter, & postea declarans nomine Sei emisse ac de eius pecunia, praedicto Sei tradiderit, nec appareat de aliqua secunda numeratione pretij, nec etiam de precedenti mandato: dicendum est, quod cum de pretio aliquo non constet in hac rei traditione, nulla venditio esse dici potest, quae & rem & pretium requirit. §. pretium. Instit. de emp. & vend. & l. 2. D. eo. tit. & ita ex hac restitutione & declaratione non habebit gabellarius aut denunciator fundatam intentionem suam, nisi ex aliquibus coniecturis probare queat, pretium occulte & simulate intercessisse vel rem aliam datam esse, ita vt venditio aut permutatio aliqua detegatur, ex quibus decima soluenda sit, iuxta ea quae diximus supra in scholijs ad l. 1. verb. *pre* *ij.* tit. 17. lib. 9. Recopil. ne fraudi locus fiat.

19 Sed quid erit in hac quotidiana specie, de qua non male dubitatur? scitum est, ex iudiciali venditione bonorum, in quibus facta est executio, Regiam decimam deberi, vt resoluimus supra cap. 7. num. 54. sed ferè semper contingit, vt postquam emptor licitationem fecerit, & ei vt maiori licitanti per iudiciale decretum res addicta est, cedat omne ius suum creditori, qui eum supposuerat, vt est quotidiana praxis, & tradit Couarr. lib. 2. varia. resolut. cap. 11. numer. 3. &

tunc dubitatio non leuis esse potest, an ex ista cessione altera gabella debeat: Et prima facie inanis videbitur quaestio, nisi diligenter animaduertas, quod in ea cessione latens & occulta est venditio illius iuris & actionis, quam emptor ille habet ad perfectionem rei emptae, ex qua iuris venditione gabellam deberi satis constat ex traditis supra cap. 9. sed dices vbi est pretium? quia iste cedens nihil recipit, nullaque pecuniae numeratio est, & venditio sine pretio non consistit l. 2. D. de contra. emp.* hro
20 intelligentia vero nota, quod iste emptor non simpliciter cedit ius suum creditori, ita vt eam actionem sibi competentem cedat absque villo onere, quo casu apertum esset nullam venditionem contrahi sine pretio: sed cedit quidem eo onere & pacto, vt pretium a se debitum rei domino propter emptionem, cessionarius ipse soluat, vel in partem debiti sui compenset & computet: quo casu, cum cedens emptor ab obligatione sua liberetur facta cessionarij, tantam pecuniam videtur breui manu recipere pro actione cessa, quantum ipse esset soluturus ex causa emptionis pro rei pretio, argu. textus in l. mortis causa. in fine. D. de donat. causa mortis. & quae tradidimus supra cap. 10. ex num. 16. ex quibus manifestè apparet, quod talis est contractus, vt rem a me emptam accipias & habeas, cessa a me tibi actione, & debitum meum ex priori emptione ortum soluas: quo genere contractus venditionem fieri aperte probat. l. fina. §. Titius

D. de

D. de condict. indeb. & notauimus supra dicto cap. num. 25. altera ergo decima debetur ex praedicta cessione, quia venditionem habet ex praedictis. Igitur dubitationem istam resoluendo faciendo argumentum: existimo enim sic se habere veritatem, vt dixi.

Sed ne resolutio haec decipiat eos, qui rem attentius non considerauerint, animaduerto: quod cessio huiusmodi vt plurimum fieri solet ab emptore, qui in emptione & licitatione ipsa fuerat protestatus sic dicens: dare se pro bonis executioni subiectis tantam pecuniam cum cessionis beneficio *con beneficio de traspasso* vulgò dicitur: atque ita post finalem rei additionem voce preconis factam in actis processibus, emptor ille extraneus cedit creditori ius suum, vt supra diximus: * & saepe numero dubitaueram, quid operaretur adiectio illa verborum, *con beneficio de traspasso*: Sed intellige effectum illius praxis eum esse, quod emptor sic emit, vt delegando alterum idoneum suo loco, ipse maneat liberatus ipso iure nouata obligatione, qua delegationem alias neutiquam posset facere inuito venditore, reique domino per textum in l. si mandato meo. 45. §. item si. ibi. *aut si nolit creditor obligationem mutare.* D. mandati. facta ergo praedicta cessione & delegatione in specie supra dicta, cum cessionarius in se directam actionem suscipiat, qua cedens tenebatur ad pretium, idque ipso iure virtute nouationis fiat iuxta totum titulum. D. de notat. quauis ipse pretium rei ex prio

ri emptione debitum soluerit, nihil poterit videri breuis manus fictione ad emptorem cedentem peruenire, qui non ex solutione debiti, sed ex obligationis suae nouatione manet liberatus: cessat que ita consideratio desumpta ex dicta l. mortis causa. in fine. D. de donat. mortis causa. & restat solum esse in ea conuentione simplicem quandam cessionem illius actionis ex empto competentis emptori ad rem, & delegationem quandam obligationis suae ad pretium soluendum: Ex quibus causis decimam non deberi perspicuum est, quia nulla venditio permutatio ve est, vt diximus supra cap. 7. num. 4. Magni ergo effectus est illa adiectio, *con beneficio de traspasso*, quia alias cedendo emptor ipse non remaneret liberatus, sed adhuc obligatus ad pretium, donec cessionarius solueret, vel in partem debiti compensaret: & praeterea ex ea cessione noua decima deberetur, quia resultaret secunda venditio ex supra resolutis, quae sunt verissima & passim obuia, nota ergo illa iuxta consilium I. C. in l. legauit. D. de libe. lega.

22 Ceterum queri potest, * si quis vendat rem patrimonialem & sui generis, quam possit consanguineus retrahere ex l. 13. tit. 10. lib. 3. fori. quae est hodie l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. vel vendat rem communem, in qua socius retractum habet, iuxta l. 55. tit. 5. part. 5. quam declarat l. 14. dicti tit. 11. lib. 5. Recop. & vltra Greg. Lupum in dicta l. 55. partit. agit de ea re Couarr. lib. 3. varia. resolut. cap. 14. num. 6.

verli,

versic. primo. in fine. & Segura in l. filius dum in ciuitate. in fine. D. de verb. obligat. & glossatores omnes in l. 70. tauri. an ijs casibus facto retractu duplex decima debeat, quasi duplex venditio sit: nempe prima in extraneum, & secunda in retrahentem. Atqui resolutiue dicendum est, non nisi vnicam gabellam deberi: vt bene tradit Montanus in l. 61. glos. vnica. in fine. tit. 5. part. 5. quia ille retractus non est resolutio, annullatio vè contractus prioris, & eiusdem repetitio: sed potius est in prioris emptoris locum, alterius subrogatio per legem inducta, sine nouo veditoris aut primi emptoris contractu & consensu, vt bene tradit Ant. Gometius in dicta. l. 70. tauri. num. 30. atque ita vnus est & idem contractus venditionis, sola emptoris persona mutata: propter quod translatoriam esse dicit legem retractus Carolus Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. glos. 5. num. 33. proindeque non nisi vnica gabella deberi potest ex doctrina Baldi in l. cum dotem nu. 4. C. de iure dot. vbi inquit, supposito statuto, quod de quo liber contractu soluat gabella, si vnus contractus in alium transfusus & translatus sit, vnicam gabellam deberi, non duplicem: quem ad materiam retractus refert & sequitur Tiraque. de retra. ligna. §. 29. glos. 1. num. 3. & in specie nostre decimæ Regalis, resoluit Io. Matientius in dicta. l. 7. Recopilat. glos. 3. num. 17. Quamuis aliud in materia feudali nõ rectè voluerint Boetius relatus per Tiraquel. vbi su-

pra. num. 4. & Ludo. à Peghera de feudis. versic. 1. ampliat. 16. nu. 91. qui allegat text. impertinentem in l. si seruus. §. cum igitur. D. de euictio. * Quo fit, cum per retractum non annulletur, vel rescindatur prior venditio, sed eius effectus in retrahentem beneficio legis transferatur, & in omnem euentum res vendita maneat, vt inanis dubitatio sit, qua quæritur, an eius venditionis decima à fisco repetatur quasi indebita, prout in materia feudali dubitarunt Doctores relati per Tiraque. vbi supra numer. 1. & in nostra specie Io. Garfia de expensis & meliorat. cap. 18. num. 48. & Matientius in dicta. l. 7. num. 12. glos. 3.

23 Illa verò iustior dubitatio est in hac specie: * cõstat retractum istum sanguinis locum habere etiam si intra legitimos nouem dies, de quibus in dicta. l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. primus ille emptoralij vendiderit, & alius alij, ita vt per plures manus res vedita trãsserit: nam adhuc proximior iure suo vti potest, & rē consequi intra legitima tempora, ex resolutis per Tiraquel. de retra. ligna. §. 12. glos. 1. ex principio. Sit ergo ita, quod consanguineus rem patrimonij sui cõsequatur oblato pretio, iuxta solennia dictæ. l. 7. Recopilat. & modò ego dubito, an ex omnibus illis vditionibus inter medijs intra tempora retractus celebratis decima debeat: an vnicam sola decima prioris & efficacis venditionis soluenda sit, quasi relique omnes venditiones in hanc vnam consanguinei retrahentis emptionem trãsfundantur.

fundatur, & ea vnica emptio in locum omnium subrogetur autoritate predictæ. l. 7. quæ in quemcunque euentum vult, vt propinquus prioris venditoris rem habeat soluto pretio intra tempus legitimum, vt probatur in ea lege. ibi. si diere el precio porque es vendida la heredad, ayala.

25 - Et certè, licet in hac re longa ac fusa materia pertractanda se offert, breuissimè ita resoluo: * quod iste consanguineus non in locum omnium emptorum succedit, sed in locum illius duntaxat, qui à priori venditore habuit rem patrimoniam, prima enim venditio retractui causam dedit, vt patet ex ipsa lege Regia: ac proinde fit, quod cum per retractum istius consanguinei, ius extranei emptoris resoluatur, & per consequens illis omnibus, qui ab eo causam habuerunt per intermedias venditiones, nullum ius maneat ex regula. l. nemo plus. D. de regu. iuris. & capit. nemo potest. eo. tit. lib. 6. rectè agere possit consanguineus contra quemcunque rei patrimonialis possessorem actione vel conditione ex lege in rem scripta, vt putat Ant. Gometius in dicta. l. 70. tauri. numer. fina. consignato pretio, at illud habeat, qui de iure fuerit habiturus iuxta latè tradita per Tiraquel. in dicto. §. 12. glos. 1. quæ non disputo: & prouenit etiam, quod intermedia illæ venditiones intra tempora retractus factæ non resoluuntur, nec rescinduntur quidem quoad ipsos contrahentes, sed quoad consanguineum duntaxat, qui rem auferat à quocunque possessore, ea ratione, quia tanquam de re alienata

26 cta sunt: ac proinde nulla ratio esse potest, cur ex quacunque intermedia venditione Regalis decima non debeat. Quemadmodum si is, qui emisit cum pacto de retrouendendo, iuxta. l. 2. C. de pactis inter emp. interim, dum re ipsa frui potest nõ oblato pretio, illam alij vendiderit, & alius alij, ita vt per mille manus ambulauerit: & prior veditor ex vi pacti precedentis rem auferat secundo emptori, siue vi actionis in rem, siue ex vi pignoris, nihil enim ad hoc interest, iuxta resoluta per Tiraque. de retra. conuent. §. 3. glos. 1. ex prin. nulla dubitatio esse potest, quin tot decimæ debeantur, quot intermedia venditiones intercesserint vnus & eiusdem rei ex traditis supra. nu. 3. licet ex pacto prioris venditionis omnes illæ ad nihilum reducantur sublata re: quia re vera venditiones illæ interuenerunt, & quidem validæ, nec in præteritum resolute sunt, propter quod succedit regula & doctrina tradita infra cap. 14. nu. 10. cū sequent. quæ valdè notanda est. & vide ibidè dict. cap. 14. n. 54.

27 Quin immo si is, qui emisit cum pacto legis commissorie, vel additionis in diem, alij tertio eandem rem sibi traditam vendiderit idem ius erit: nam licet adueniente pacti conditione ius omne tam prioris emptoris, quàm secundi ipso iure resoluatur iuxta l. si hominè. D. de vsu capio. & explicabimur infra dicto cap. 14. nu. 24. non tamen resoluitur illa intermedia venditio, quæ pura fuit, licet sublata re ad non causam reducat: atque ideo impossibile est, quin ex ea Regalis decima fisco debeat, quamuis ex priori illa venditione

ditione, quæ per commissum patrum ipso iure resoluitur ut dixi, solvenda non sit ex resolutis in dicto capit. 14. numero. 20. & faciunt ea, quæ notat Bartolus in l. fina. §. fin autem sub conditione. C. communia delegatis. dum ait, quod si hæres rem legatam sub conditione, interim dum pendet conditio, alicui vendiderit, quamvis postea impleta legati conditione res illa ab emptore auferatur resoluta ipsius & hæredis iure, adhuc gabella illius venditionis gabellario debetur: & cum eo est communis doctorum sententia, ut tradit Iason in dicta l. finali. §. sed quia nostra. nume. 8. est que verissima, ut explicabimus infra dicto capit. 14. ex numero. 22. ea præcisa & eleganti ratione, quia licet dominium rei venditæ, quod erat apud hæredem & emptorem, ipso iure resoluitur, ut bene explicant Iason & doctores in dicto loco, non resoluitur venditio illius rei inter ipsos contracta, quæ licet de re aliena facta esse fingatur ex dispositione textus in dicto. §. fin autem. bene potuit consistere ex regula l. rem alienam. D. de contrahen. empt.

28 Ultimo non inutilis quæstio est in hac specie: * Sit ita, quod vendita re patrimoniali accidit consanguineus ad emptorem, qui non reliquit ei rem patrimonialem per formam retractus iuxta dictam l. 7. Recopilati. quo casu, si inquam eo modo relinqueret, non nisi unicam decimam deberi diximus: sed reliquit potius per formam spontaneæ venditionis, edicens se illi vendere rem illam, quam tali pretio emerat, & tunc

dubium est, an duplex decima debeat, quasi alia nova & spontanea venditio contrahatur. Quæ quæstionem in materia simili tractat Carolus Molinæus in consuet. parisi. titul. 1. §. 23. quæstio. 12. numero. 40. & quia ille doctissimus iuris autor diligentissimè, prout solet, rem totam disputat, eiusque resolutio consona est iuri nostro Regio decimali, quod vix contingit in omnibus suis commentarijs, prout in epistola proemiali lectorem admonui: breuissimè ego resoluam quæstionem nostram, illius viri doctrinæ adherendo. Sic ergo distinguo: * quod aut hæc secunda venditio fit post tempus retractus elapsum, nempe post novem illos dies, de quibus in dicta l. 7. titulo. 11. lib. 5. Recopilatio. & tunc indistinctè dicendū est, quod quomocunq; siue per viam retractus, siue per viam venditionis emptor ille dimittat rem à se emptam consanguineo, siue pro eodem siue pro diverso pretio, vera est nova ac spontanea venditio & altera decima deberur proculdubio: ita ut quemadmodum ille emptor conveniri non poterat iure retractus à consanguineo propter tempus elapsum, nō possit quoque se ea exceptione tueri, conventus à gabellario pro decima suæ reuenditionis.

Aut vero hæc secunda venditio fit intra tempus retractus, nempe intra novem illos dies, & ei, qui iure proximatis retrahere poterat: & tunc subdistingendum est: quia aut ista secunda venditio fit difformiter, puta maiori vel minori pretio, quam prius fuerat vendita, vel aliis pactis, oneribus, & conditionibus: & tunc absque dubio

dubio dicendum est omnino deberi aliam decimam, quia propter difformitatem pactionum, qualitatum, & formæ, non potest esse nec censerit translatio primæ venditionis: sed necesse est, quod sit profus nova & diversa venditio, per ea quæ in simili notat glossa finalis in capit. hi qui. & ibi Doctores. de præbendis. lib. 6. & alij Doctores allegati à Molinæo vbi supra. Ex quibus habes optimam declarationem ad ea, quæ tradidimus supra hoc eodem capite numero. 22. nempe, quod ita demum verum sit dicere, ex retractu consanguinei decimam non deberi, si modò nihil innouetur mutetur vè ex priori venditione, observata omninò forma text. in dicta l. 7. Recopilat. aliàs enim, si primus emptor & consanguineus aliquid de nouo paciscantur siue in fauorem vnius, siue alterius, alia nova venditio censenda sit, & nova decima debeat ex prædicta ratione: quia cum differat actus prior & posterior, non potest videri vnus in alterum transfusio.

Quod si, ut ad alterum membrum subdistinctionis deveniam, dicta secunda venditio fit eodem pretio & eisdem pactis & conditionibus venditionis prioris: videtur, inquit Molinæus, nouum ius non deberi, quasi in veritate hæc non sit nova & spontanea venditio, sed potius vera retractus agnitio, cum omninò conformetur dimissioni per retractum in pretio & reliquis conditionibus. Sed contrarium tenet prædictus Molinæus, nempe ut aliud nouum ius debeat, quasi ex alia nova venditione, & mouetur his fundamentis: Quia, inquit, intentio

eius, qui illud ius habiturus est, scilicet patroni in sua materia & quæstione, & gabellarij in materia nostra qua de agimus, fundata est in forma contractus, qui est conceptus per modum nouæ & voluntariæ venditionis, & non per modum simplicis agnitionis retractus: & sic apparet, quod non habuerunt contrahentes intentionem practicandi retractum proximitatis, sed de nouo vendendi: & si aliter voluissent, expressissent: & verba adiuuant gabellarium, & contrahentes condemnant: & certum est, quod potuit consanguineus ius suum retractus contemnere, & emere à volente vendere, ut ad sensum patet. Præsertim quia, inquit Molinæus, moueri potuit consanguineus ad emendum magis, quam ad retrahendum ex eo, quia si retraheret, soluisset omnes expensas prioris venditionis, ut verum est ex dicta l. 7. Recopilat. & l. 70. tauri. vbi Doctores nostri latè explicant. Etenim emptor, à quo retrahitur, immunis seu indemnus manere debet: at emendo, non soluet nisi solum pretium, de quo conuenit. Item quia emendo, habebit primum emptorem obligatum de euctione, & etiam venditorem venditoris sui, & vtriusque bona: sed retrahendo, non haberet obligatum, nisi solum priorem venditorem, quia agnoscat retractum in nullo obligatur, sed ab obligatione & contractu eximitur. Ex quibus patet, inquit Caro. Molinæus, quod quantumcunque sub eadem forma, & sub eodem pretio, & qualitate fiat secunda venditio, non potest illa legali retractui conformari, sed

formaliter & effectualiter differt: & ita tenet aliud nouum ius debere, & in hoc residet.

30 Ego * verò maturè considerandum & animaduertendum puto in hac materia & quæstione, nec sic generaliter standum esse Caroli Molinæ sententiæ, & resolutioni, vt omninò verbis contrahentium seruiamus: quia potius, si facta mentione retractus & iuris proximitatis consanguinei rem patrimoniam petentis, emptor illius rei eam cedit consanguineo pro eodem pretio, & eisdem conditionibus & impensis, quibus ipse emit, sic tradens vt erat ex vi legis Regiæ traditurus iuxta l. 7. titulo. 11. lib. 5. Recopilation. & sic recipiens pretium & impensas, vt erat recepturus ex eadem lege nullo inuato & mutato (hæc enim est species, de qua agimus in hoc secundo membro) absque dubio dicendum puto, quod siue per formam & verba sonantia venditionem illud fiat: siue per formam & verba sonantia retractum simplicem, non alia & noua decima debeatur: quia, quidquid à partibus dictum sit, re vera solus retractus peragitur, & istud præualeat ex Rubrica C. plus valere quod agitur. ac per consequens eo casu emptorem illum obligatum non fore de euictione, si fortè res illa patrimonialis vendita non propria venditoris, sed alterius prioris consanguinei eiusdem familiaris esse reperiatur: vel etiam alterius extanei, cui parentes istius consanguinei retrahentis antea legassent, donassent, aut vendidissent cum traditione: quia cum re vera retractus fiat, vt dixi,

non venditio, illius non istius natura inspicienda est; siue profisco, siue contra eum, quidquid partes verbis expresserint ex tractis supra capit. 7. numero. fina. nisi aliud expressim constet facere voluisse contrahentes, vt quia nominatim dixissent malle se emptione vti, quam retractu: vt quia mallet consanguineus ab emptore isto emere, quam retrahere, & causam titulumque & scripturam habere & petere à venditore fortassis sibi inimico & infesto: vel alia ratione constaret ex aliquibus coniecturis, non retractum, sed reuenditionem fieri pro eodem pretio prioris venditionis, vt quia se obligaret emptor iste de euictione: tunc enim cum in aperto sit, quid partes facere voluerint, nempe venditionem contrahere, minime dubitandum existimo, quin vera sit Caro. Molinæ resolutio. Etenim negare non possumus, quin recte possint, si velint, iste consanguineus & emptor nouam illius rei emptionem & venditionem efficere, & retractu legali quantumvis permisso non vti. quod quidem si ab illis actum ita sit, neutiquam quoque dubitari potest nec debet, quin alia ac noua decima fisco debeatur, ex alia nouaque venditione inter illos contracta: & ita teno. Erit autem hoc totum vel discretionem iudicis de causa cognoscentis maxime tribuendum, qui iuxta verborum, personarum, & rerum qualitates, quid in eam re statuendum sit, iudicabit.

Summa

Summa capituli decimi quarti.

- 1 Ex venditione, qua nulla est, Regalis decima non debetur.
- 2 Venditio nulla, non est proprie venditio.
- 3 Traduntur optima exempla venditionis nullæ, quibus materia explicatur.
- 4 Ex venditione simulata & imaginaria, Regalis decima non debetur.
- 5 Si laicus pretio vendiderit ius sepulchri, quod in eade sacra haberet, an decimam debeat.
- 6 Remisso pretio, vel re vendita remissa, quali: er adhuc venditio maneat, nec ne, explicatur.
- 7 Venditione rescissa ex communi partium consensu, etiam cum res esset integra, decima adhuc debetur.
- 8 Quid si traditio rei, vel pretij solutio intercesserit in venditione, ibidem ex optima distinctione resolvitur.
- 9 Declaratur materia textus in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.
- 10 Rescissa venditione per redhibitionem adhuc decima debetur.
- 11 Traditur elegans & necessaria doctrina in hac materia.
- 12 Exponitur. l. debet. D. de adil. edito.
- 13 Rescissa venditione ex remedio l. 2. C. de resc. vendi. decima adhuc debetur.
- 14 In cuius damnum eius decima solutio sit, varia sunt doctorum sententia.
- 15 Resolvitur illud onus semper venditorem sequi, siue ipse lapsus rescissionem petat, siue emptor.
- 16 Si sciens emptor venditorem decipiat, perinde que venditio rescindatur,

damnum decimæ rescire debet venditori.

- 17 Qualiter decima computatio facienda sit suppleto pretio, vel parte eius restituta in materia dicta l. 2. declaratur.
- 18 Qualiter decima solui debeat, nec in specie l. si sponsus §. circa venditionem. D. de donat. inter vir.
- 19 Resoluta venditione: ex pacto directo legis commissoria, & additionis in diem, laudimium ex eam debetur.
- 20 Immo nec Regalis decima debetur eo casu, iuxta communem sententiam.
- 21 Qui grauatus est dare sub conditione, si interim vendat eam rem, decimam debet: quamuis postea existente conditione legati alienatio resoluitur.
- 22 Notatur Antonius Gometius in hac materia.
- 23 Exponitur. l. fina. §. sin autem. C. commu. delega. reprehendo Carolo Molinæ.
- 24 Qualiter pactum legis commissoria & additionis in diem, venditionem resoluat, exponitur.
- 25 Defenditur & declaratur communis sententia, de qua supra numero. 20. ab impugnatione Gometij.
- 26 Resolvitur magna quedam difficultas, qua contra communem posset considerari.
- 27 Declaratur dictum quoddam Pauli Castrensis, quod male contra dictam communem allegat Gometius.
- 28 Limitatur predicta communis sententia.
- 29 Notatur maximus effectus in hac materia decimæ ex eo, quod venditio resoluitur ipso iure, vel quod per iudicem ex præcedenti etiam causa rescindatur.

Y 3 30 Abs

- 30 Absque dubio decima non debetur resoluta venditione iuxta speciem text. in. l. 3. D. de contrah. empt.
- 31 Notatur duplex error Menchaca in hac materia. & exponitur. l. cum qui. in prin. D. de in diem addict.
- 32 Dubitatur & resolvitur circa decimam, cum res maioratus ac restitutioni subiecta venditur,
- 33 Qualiter ex venditione fundi dotalis decima deberi possit, necne: quae doctrina ad res minorum extenditur.
- 34 Contracta venditione contra pactum, de quo in. l. si creditor. §. fina. D. de distra. pigno. an decima debeatur, nec ne.
- 35 An rescissa venditione ex pacto manus iniectionis, decima repetatur.
- 36 Rescissa venditione ex pacto de retrouendendo, siue verbis obliquis, siue directis concepto, iuxta. l. 2. C. de pactis inter empt. soluta decima non repetitur.
- 37 Distracta venditione per illud pactum, noua decima non debetur.
- 38 Traditur illius sententiae ratio ex Carolo Molino.
- 39 Reprehenditur ea Molinaei ratio: & inde elegans quaedam questio in materia decimae resolvitur.
- 40 Traditur vera ratio illius sententiae: & qualiter in dicta. l. 2. ex pacto de retrouendendo noua venditio non fiat, eleganter exponitur.
- 41 Si pactum de retrouendendo sic fiat, ut diuerso pretio res vendita repetatur: noua decima debetur.
- 42 Noua decima debetur in specie. l. si sterilis. §. si tibi fundum. versic. fina. D. de actio. empti.
- 43 Quid si venditio rescindatur ex pacto de retrouendendo, quod ad iugorem diem fuisset prorogatum,

eleganter resolvitur: & ibidem agitur de venditione temporali prorogata.

- 44 Lasus minor in venditione & restitutus, decimam non repetit.
- 45 Si minor rem immobilem vendat sine decreto, vel curatorem habens sine eo quidquam vendiderit, nulla venditio est, & gabella non debetur.
- 46 Quid autem si iuramento firmetur iuxta Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend.
- 47 Si venditio quae nulla est de iure, partium consensu procedat de facto tanquam efficax, bene debetur gabella.
- 48 Elegans quaedam questio proponitur circa decimam.
- 49 Traditur communis Doctorum distinctio circa restitutionem minoris, an scilicet ea prosit aduersario, necne.
- 50 Bernardus diaz tenet contra eam communem.
- 51 Notatur ille autor circa intellectum l. qui res suas. §. huic applicatur. D. de solutio.
- 52 Late agitur de intellectu dicti. §. huic applicatur.
- 53 Si minor in emendo lasus restituatur, ac proinde rescissa venditio sit, nihilominus venditor decimam debet.
- 54 Si minor vendiderit, & emptor alij, & alius alij: ac postea minor ille restitutus rem suam recuperet, nihilominus ex inter medijs venditionibus decima debetur.
- 55 Venditione doli, metus ve causa rescissa, decima adhuc debetur, & dolo imputatur.
- 56 Si dolus dedit causam venditioni, decima non debetur.
- 57 Limitatur nisi is, qui dolum patitur, velit stare venditioni: quo casu cui gabellario debeatur, exponitur.

- 58 Resolvitur cui gabellario decima debeatur ex venditione confirmata iuxta. l. fina. C. si maior factus.
- 59 Vendente aut emente pupillo sine tutore, decima non debetur.
- 60 Si ille pupillus accedente tutoris auctoritate velit stare venditioni, ex nunc debetur gabella, ei quidem gabellario, qui nunc est, non primo.
- 61 Facta venditione bonorum debitoris per decretum iudicis exequentis, si eius sententia per appellationis iudices reuocetur: an decima repetatur a gabellario.
- 62 Qualiter sententia lata super nullitate venditionis inter partes, gabellario prauidetur.
- 63 Pendente lite nullitatis venditionis inter partes, Regalis decima peti non potest.
- 64 Qualiter contra gabellarium de simulatione & nullitate venditionis possit venditor excipere.

Ex venditione nulla, iustis ve causis resoluta, an decima debeatur.

CAPVT. XIII.



Sceda nea est iuperio rib' que stio, & ea quidem tam vtilis, quam difficilis: an ex venditione rescissa, vel legitimis de causis resoluta, decima adhuc debeatur: vel si soluta iam sit, repeti possit vt indebita

ex capite conditionis sine causa, eo quod vel ab initio sine causa soluta decima est, vel causa propter quam soluta fuit, iam cessauerit resoluta contractu, iuxta notata in l. si fullo. & toto tit. D. de cond. sine causa.

Ad cuius quaestionis resolutionem supponendum est, * quod ex contractu nullo non debetur gabella, quae alias per statutum aut legem ex contractu debeatur, vt est textus notabilis in l. 2. vbi Baldus & Salycetus expressè notant. C. de Eunuchis. & ex communi sententia resoluit And. Tiraquelus de retractu lignagiet §. 1. glof. fa. 2. numero. 7. ac in terminis nostrae decimae, quae de agimus, tradunt Pe. Auendanius responsio 13. numero. 3. & Gomez Arias in l. 55. Tauri. numero. 14. Montaluis in l. 3. glossa fin. titulo. De las Vendidas lib. 3. Fori. cum quo transit Castellus in l. 70. Tauri. verbo. Y el Alcauala, ac resoluit Did. Peretius in l. 1. titu. 7. lib. 5. Ordina. pag. 196. in fine, cum Dida. Segura in l. 1. §. si vir. numer. 157. versu. nono nemo praesumitur. D. de acqui. posse. & est vera & tenenda sententia ea iuxta ratione, quia verba l. 1. titu. 1. lib. 9. Recopilat. quae de venditoribus loquitur, cum effectu sunt accipienda l. 1. §. haec autem verba. cum notatis. D. quod quisque iuris. * & proprie loquendo, dici non potest venditio illa, quae nulla est, ex bona glossa in l. 1. verbo. contractus C. ne licere habita. lib. 11. de qua re, ultra allegata per Tiraque, vbi supra numero. 6. agit Andr. Alciatus in cap. placuit. numero, 90. de praescriptioni. & in l. Labeo. la. 1. verb. emerit. D. de verb. signi.

Itaque exempli gratia, * si quis emerit rem suam siue sciens, siue ignorans, decima à venditore non debetur, quia ea venditio nulla est. l. suae rei. D. de cõt. emp. ti. & l. 8. tit. 5. part. 5. quod explicat D. Perenius in dicta. l. 1. Ordipag. 193. colu. 2. Item & ex venditione liberi hominis, loci sacri, & religiosi, ac denique cuiusque rei iure inalienabilis, decima non debetur, quia earum rerum nulla venditio est, vt tradit textus in §. fin. Inst. de emp. & vend. & l. 15. titu. 5. part. 5. l. si in emptione. §. omnium. D. de contr. emp. quamuis aliquando propter venditoris dolum, ex eo contractu, qui nullus in effectu est, actio ex empto comperat, iuxta distinctionem textus in l. 4. cum duabus seq. D. de cont. empt. agit Gomezius. 2. tomo varia. reso. cap. 2. numero. & nè singulos casus prosequamur, illud pro regula statuere sufficiat, vt quotiescunque alicuius rei venditio fiet, si eam de iure tenere intelligas, decima debeat: secus si ea venditio iure non substat lege vel natura prohibita, siue ratione rei venditæ vt in prædictis: siue ex defectu solennitatis, vt in l. lex que tutores. C. de admittuto. & dicemus infra numer. 45. siue ex defectu autoritatis requisita, vt in venditione facta per uxorem sine licentia mariti. l. 2. titu. 3. lib. 5. Recop. cum notatis per doctores Hispanos in l. 55. tauri. siue propter incapacitatem personæ, vt in furioso & prodigo, cui bonis interdictum est. l. is cui. D. de verbo. obliga. siue propter dolum dantem causam venditioni, vt dicemus infra numero 56. siue ex fraude in legem commissa

l. si libertus minorem. D. de iur. re patro. siue propter simulationem, * quæ efficit, vt nulla venditio sit, & tanquam corpus sine anima, vt dixit Baldus in l. 1. C. plus valere quod agitur. Vnde imaginaria venditio dicitur, ex communi sententia. l. nuda. D. de cont. empt. & l. imaginaria. D. de reg. iuris. resoluit Pinel. in l. 2. C. de res. vend. 1. parte. cap. 2. numero. 28. atque ideo nullus est illius venditionis effectus quoad decimam, sicut nec quod ad alia, vt tradit Tiraque. in dicto §. 1. glo. 2. ex numero. 12. & dicemus infra numero. fina.

Hinc * ex facto consultus Iq. Parladorius lib. re. quotid. cap. 3. §. 3. numero. 36. cum laicus quidam sepulchrum, quod in ædificra habebat, pretio vendidisset, decimam non deberi respondit: quia, inquit, nullus esset contractus omni iure, ex textu in capi. abolendæ. de sepulturis. l. locum. C. de religiosis & sump. fun. & l. 1. titu. 13. partita. 1. Verum illud in hoc Parladorij responso dubitationem facit, quod ex eo inquirunt illa iura, sepulchrum vendi non posse, quia cum sit terra sacra vel religiosa, in nullius bonis est, atque ideo commercium eius haberi nequit ex dicto. §. fina. & dicta. l. 15. partite. At videmus istud procedere quoad proprietatem sepulchri duntaxat, secus quoad vsum, quem bene potest habere laicus in bonis suis, ad hoc vt nullus præter eum sepeliri possit eo in loco, vt ex aliis tradit Abbas in dicto capit. abolendæ numer. 5. & Syluester in summa verb. sepultura. numer. 3. & Arrcharr. consil. 113. numero. 3. quorum re-

rum resolutionem ea iusta ratione fundari intelligo, quia illud ius vtendi proprietatem rei non ledit, ex aliis resolutis per doctores præcipue Paul. Castren. in l. 4. nume. 2. D. de seruituti. dum reddit rationem, quare vñsfructus ad tempus constitui possit, non autem aliæ seruitutes. atque ideo in nostro casu nullum inconueniens est, vt quis cum vñsfructum habeat in re sacra & religiosa: præcipue quia ille vñsfructus, quem doctores dicunt apud Abbatem in dicto capit. abolendæ. nu. 5. & Syluestrum vbi supra, non est proprie accipiendus, vt seruitus formalis esse intelligatur, de qua in titu. Inst. de vñsfructu & habitat. quia nulla quidem seruitus esse potest in ijs rebus, quæ in nullius bonis sunt, vt tradit textus in l. 1. & doctores vbi que. D. de vñsfructu & vñsfructu. lega. & expresse in re sacra & religiosa exemplificat eam legem Io. Longoual. lius in Reperitio. l. imperium. 4. parte. folio. 54. D. de iurisdic. omnium iudi. sed accipiendus est potius pro facultate & commoditate vtendi, quæ differt à vera seruitute vñsfructus, vt satis colligitur ex dicta l. 1. & ex l. necessario. §. final. D. de pericu. & commo. rei vend. & l. si vñsfructus. in fine. D. de iudotium. Si igitur (ad superiora & tantam difficultatem redeundo) hæc facultas vtendi capella & loco sacro in persona laici esse potest, quia à re ipsa sacra differt, & ipsam non ledit aut tangit: videretur quod & ipsa vtendi facultas nihil in sereligionis & spiritualitatis habeat, ac proinde in aliam tertium ab ipso domino absque labe Simonie cedi queat pro pecunia, & venditio valeat, ac de-

cima debeat. Etenim cum hæc facultas, & ius istud, sepeliendi vel sedendi in eo loco, licite & absque labe simoniae laico ab ecclesia vendatur, eo quod non quid sacrum aut religiosum vñsfructus, sed ius quoddam honorificum & temporale illic potius, quam illic sepeliendi, vt explicat Do. Soto lib. 9. de iustit. & iure quæst. 7. art. 1. in responsione ad 3. argu. non video, cur non & iste laicus possit ius illud à se pecunia emptum alij quoque vendere pro pecunia, sicut & gratis dare & in aliū transferre potest. Nec obstat textus in dicto cap. abolendæ cum alijs, quia expresse loquuntur cum res ipsa sacra & locus sacer venderetur, quod aperte fieri nequit. sed vide Molinam lib. 1. de primog. Hispan. cap. 24. numero. 40. Carterum vbi de simoniaca alieque ius rei sacre & religiose venditione constiterit, quamuis de facto procedat iure cesso in emptorem, & pretio à venditore retento, ex vtriusque partis consensu: ac per inde videatur Regalem decimam deberi ex eleganti doctrina, quam trademus infra numero. 47. Secus se res habet: quia licet ea doctrina vera sit, tamen in isto casu, quo de agimus, non procedet ex eo, quod cum ista venditio sit turpis & simoniaca, ac proinde pretium receptum teneatur venditor restituere ex resolutis per Domi. Soto. vbi supra. quæstio. 8. artic. 1. ne utique poterit Rex, nec qui ab eo causam habet, partem illius pretij accipere ex doctrina Beati Thomæ in epistola ad Ducissam Brauantia, quem refert & sequitur Syluester in sum-

In summa. verb. Iudæus. numer. 13. vbi ait, quod non possunt domini exactionem alicuius tributi facere in iudæos, qui nihil habent præter vsuras: quia cum iudæi ipsi licitè retinere nequeant, quæ eodem modo turpiter adquisierunt, consequenter nec domini recipientes collectas à talibus, licite retinere possunt. & facit, quod de rebus illicitis nulla est societas & diuisio l. ceteræ. vers. sed & si quid. D. fam. erci. & l. 2. vbi Grego. verb. vsura. titulo. 15. partit. 6. & vide quæ dicam infra capit. 17. numero. 18.

Atque in proposito venditionis nullæ, quæri potest: * Quid si venditio rectè contrahatur, pretium autem remiserit venditor, aut emptor rem: & quidem si ea remissio ex interuallo fiat, venditio adhuc manet & tenet, ac proinde decima debetur, argu. textus in l. si tibi habitationem. D. locati. secus si in continenti remissio fiat, quia nulla videbitur venditio contracta ex l. cum in venditione. D. de contr. empt. prout explicat Tiraquellus de ret. lig. §. 1. glossa. 14. numero. 123. sed certè etiam eo casu, quo in continenti remissio fiat, eleganter aduertit Caro. Molinaus in Consuetud. Parisiens. titu. 13. questio. 13. numero. 55. venditionem manere posse. Veluti, si cum animam habere donandi tibi non prædium, sed pretium ipsius, prædium tibi vendidi, & pretium statim remisisti: tunc enim manet venditio prædij, quantum in continenti pretium donationis causa remissero, quia non cadit donatio nisi super pretio, nec habet locum dicta l. cum in venditione.

Idque, inquit Molinaus, frequenter vsu venire potest: puta, si donator non vult excludere propinquos suos à retractu, sed pretium donare vult emptori: quo casu locum habebit iustitiale, & nostra quoque decima, sicut ex vera venditione, debetur. Atqui ego huic Caroli Molinaus considerationi consentio, quamuis non omninò eum probare videatur Tiraquellus vbi supra: pro quo alio lego textum expressum & elegantem in l. si sponsas. versicul. circa venditionem. D. de donation. inter vir. vbi similiter distinguit Iuris Consultus, an maritus vendiderit uxori eo solo animo, vt donaret rem: quo casu siue toto pretio, siue in parte remisso, venditionem nullam esse ait, quasi tota venditio donatio sit: An verò animum vendendi habuerit, & incidenter partem pretij, vel totum pretium uxori remiserit, & tunc quia animus donandi in pretio fuit, non in ipsa re, venditio rei tenet, & pretij donatio reuocatur. Effectus est maximus in proposito illius distinctionis, quod primo casu tanquam de venditione nulla, decima non debetur ex supra resolutis: secus autem in secundo, quia ipsa venditio tenet: qualiter autem in ea secunda specie decima computari debeat, dicemus infra num. 18.

His ergo suppositis, succedit questio nostra principalis, quid iuris erit, si à principio venditio tenet, postea verò ex aliqua iusta causa rescindatur, aut resoluatur: an adhuc ius decimæ integrum maneat, nec ne? in qua questione plurimi casus sunt, ijque diuersi, ideo sigillatim vnusquisque resoluendus

vendendus est, tam vt res ipsa, qua de agitur, melius cognoscatur, quam vt cuiusque resolutionis ratio hac in re intelligi & doceri queat.

7 Et primo, * cum dubium non sit, quin ab emptione & venditione, integris omnibus, consensu eorum, qui inter se obligati sunt, recedi possit, vt notat I. C. in l. ab emptione. D. de pactis. l. prout quidq; D. de solut. etenim quod consensu contractum est, contrariæ voluntatis adminiculo dissoluitur, vt tradit text. in l. 1. C. quantum liceat ab empt. non iniuste dubitabitur, an ex ea venditione per contrarium consensum dissoluta, decima non debeatur. In qua re communis & vera resolutio est ex sententia Baldi, & Pauli Castren. in dicta l. ab emptione num. 4. vt resoluit Iosephus Ludouicus decisione Perusina. 113. quod cum semel fuerit contractus venditionis perfectus, & propterea ius quæsitum fisco, & gabellario ex l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilatio. iunctis ijs, quæ tradidimus supra capit. 3. in principio, non poterunt partes ab eo recedere in præiudicium fisci, ex regula. l. ius nostrum. D. de regul. iuris & l. quod nostrum. eo. titu. & in specie nostre decimæ resoluit quoque Dida. Peretius in dicta l. 2. titu. 7. lib. 5. ordi. pag. 196. col. 1. vers. sed dubium est. & voluit Montalius in repertorio legum regni verb. vectigal. versic. nota quod licet, quicquid ipse aliud tenere videatur in l. 2. gloss. fina. titu. 10. lib. 3. Fori.

8 Si verò non integris omnibus (vt in casu præcedenti) a venditione partes discesserint, sed postquam

ad traditionem rei vel pretij solutionem transfissent, magnopere dubitatur, quid iuris erit? non quidem propter vnicam gabellam, quæ ex prædicta resolutione & in hoc quoque casu deberi constat: sed propter duplicem, quasi distractus ille noua quadam reuenditio videatur: & certè si ita venditionem resoluere, vt actus priori similis retrò agens venditionem intercesserit, iuxta text. in dicta l. 1. & quæ ibi notantur, & statim subiiciam, C. quando liceat ab empt. disce. non nisi vnicam gabellam deberi dicendum est, vt in casu priori rei integra, de quo supra numer. 7. eadem enim ratio est. Si verò actus prior dissimilis intercesserit, veluti cum tibi decem aureis vendidisses, & rem tradidisses, postea id egerimus, vt datis à me tibi duobus aureis ultra decem, quibus vendidi, vel fortè duobus mihi reventis & à te deperditis, rem venditam reciperem: non tam prior rem venditionem resoluere, quam nouam contraxisse videbimur, ex l. 1. & l. 2. D. de rescind. vendit. ita vt alia noua decima quasi ex altera noua venditione soluenda sit, iuxta pretium secundo loco definitum: de qua re videndus est Tiraquellus de retra. ligna. §. 1. gloss. 2. numer. 41. & de retra. conuentio. §. 6. gloss. 2. cuius sane & aliorum Doctorum resolutio cum hoc distinctionis sale accipienda est: in eundemque modum intelligi debet resolutio Pineli in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. parte. capit. 3. numer. 36. versic. secus in resolutione. & quod tradit in materia feudali Ludouicus à Peguera de feudis versic.

1. ampliatio. 13. numero. 89.

Illud autē in hac re attentius animaduerte, * quod distinctio predicta inter actus retrosimiles, & dissimiles, iuxta dictam l. 1. C. quando liceat ab empt. non est generaliter intelligenda in quacunque venditione re non integra: etenim dumtaxat procedit in ea venditione, quæ nec omnino perfecta est omni perfectione, nec omnino in ea est res integra: veluti cū vel ex altera parte impletus est contractus re tradita, vel pretio soluto: quocumque enim horum casu locum habet illa doctrina actus retrosimilis, iuxta dict. l. 1. Codi. Scelus verò, si vtrumque factum sit, nempe & res tradita, & pretium solutum: quia isto casu siue contrahentes discesserint per modum & formam distractus, & per actus retrosimiles, siue alio modo, verè est secunda ac nona venditio, manente prima: quia post eius ultimam perfectionem non potest haberi pro infecta ex dicta. l. 2. & l. 3. D. de resc. venditi. ac proinde isto casu ultimo, quomodocunque & quibuscunque verbis (quibus lex imponenda non est, sed rebus) contrahentes distraxerint, nouam decimam debiturus est reuenditor, ex optimè resolutis & traditis per Car. Molinæum, qui sic videtur ea iura intelligere & conciliare in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. nume. 19. & 20. & bene nota, quia elegantissima hæc distinctio est, communi sensui & legali equitati predictorum iurium valde consona, & ad praxim apprime utilis & necessaria.

10 Præterea sciendum, * quod si res parè vendatur alicui certo pretio, & postea emptor propter

iustam causam rem emptam reddiderit venditori iuxta ædilitium edictum, de quo. D. de ædil. edicto. & in l. 63. cum seque. tit. 5. partit. 5. adhuc rescissa venditione gabella debetur, nec repetetur soluta, vt notat glossa Pergrina. verbo. venditio. quæstio. 7. in gloss. verbo. mens. versu. sed an facta. & alij relati per Ioan. Parladorium lib. rerum quotid. capit. 3. §. 5. in princip. quos ipse sequitur: Cuius resolutionis ratio procedit ex culpa venditoris, qui rem morbosam vendidit. l. 1. §. causa. D. de ædil. edicto. prout ex l. debet. D. eo. titulo. notant doctores, præcipue Cepola in tractatu de simulatione contractuum in 6. præsumpt. apud Tiraquellum de retract. conue. §. 6. glos. 2. numero. 2. vbi numero. 1. allegat Baldum pro illa sententia in l. si prædium. numero. 6. C. de ædilitijs actio. quem sequitur Gregorius Lupus in l. 85. verbo. Tornar. tit. 5. partit. 5. Ego vero animaduerto, fundamentalem rationem huius decisionis, & totius materiam istius capituli, eam esse: quod lex statuens Regiam decimam ex quacunque venditione deberi, simplicem actum venditionis concernit, vt aperte constat ex l. 1. quæ ita disponit, tit. 17. lib. 9. Recopil. & ex late resolutis supra cap. 3. atqui verum est in questione proposita venditionem semel fuisse contractam, ex qua quæsitum est ius fisci ad decimam, licet illa postea ex aliqua iusta causa obintere sit alicuius ex contractibus per iudicem retrò rescindatur, & ad non causam reducat, vt probat l. cū autem. §. Iulianus ait. & l. facta. D. de ædil. edicto: vnde gabella debetur

beri non desinit: quia sufficit semel legis Regiæ conditionem extitisse, licet non duret, argument. l. si quis. C. de institut. & subst. quod in simili statuto Doctores notant apud Tiraquellum de retract. ligna. §. 29. glossa. 2. nume. 1. Itaque cum verum sit, venditionem semel ac verè fuisse contractam in hac specie redemptionis, de qua agimus, licet postea per iudicem rescindatur, nec duret, adhuc verissimum manet impletam esse legis Regiæ conditionem, quæ de venditionis decima lata est: præcipue cum in rescissione nulla fisci aut gabellarij culpa interuenerit, argumento eorum, quæ notantur ab Alexand. in dicta. l. si quis. num. 2. Hoc tamen non erit verum, nec procedet, vbi semel contracta venditio ex aliquo pacto resolutio sic resolveretur, vt retrò intelligeremus nullam fuisse vquam venditionem: quia isto casu decima non debetur ex eo, quod verè & omnino venditio deficit, sic vt iam dici queat, nedum non durasse, sed & impletam non fuisse legis conditionem; nunquamque venditionem fuisse contractam, vt latè inferius dicam hoc eodem capite num. 24.

11 Illud ergo ad totius materiam intellectum in summam nota, * quod nescunque verum sit dicere, venditionem de iure extitisse, nec ipso iure resoluti, decimam eius pretij gabellario deberi ex dicta l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilationis. licet postea rescindatur, nec duret, & per iudicis rescissionem ad non causam retrò reducat: quia sufficit semel datum esse le-

gi gabellariæ locum, ex notatis in dicta. l. si quis. C. de institutio. & substitutio. idque, siue culpa venditoris in rescissione contractus interuenerit, siue non: quia vtcunque sit, verum est dicere venditionem valde & purè fuisse contractam, proindeque Regiam decimam deberi incipisse, quæ nullo casu, absque ipsius voluntate & consensu, auferri poterit gabellario, dict. l. quod nostrum. D. de regu. iuris. Nec obitat * rextus in dicta. l. debet. D. de ædilitio edicto. vbi ad hoc, quod gabella soluat a venditore post venditionem eo iure rescissam, illa venditoris culpa ponderatur, quod rem morbosam vendiderit, vt præcipue inter alios notat Cepola vbi supra: quia pro illius legis intellectu duo mecum notanda sunt: Primum, quod ex ea venditione, de qua in dicta. l. debet. ficalis gabella ab emptore debetur: Secundum, quod ipse emptor gabellam a se solutam consequitur a venditore: & primi notabilis ea quidem ratio est, quia sic eo iure euenit, vt gabella deberetur ab emptore, quod ita præsupponit Iuriconsultus in ipsa l. debet. in fine. versiculo. *Quod emptorem forte sequeretur.* & dicemus infra cap. 15. numero. 2. & quamuis venditio rescindatur, adhuc eam quoque debet, qui verè est valde emisse ex supradictis. Alterius autem notabilis ea est ratio, quia venditor fuit in culpa, quod rem morbosam vendiderit, ac proinde ne emptor in damno sit, ei tenetur restituere nedum pretium quod ab eo recepit, sed & ea omnia, quæ emptionis causa dependit emptor: & hoc est, quod

tradit dicta. l. debet. in fine. ibi: *Indemnis enim emptor debet discedere.* D. de ædili. edicto. & quod tradunt doctores ibi, & alii in locis, ponderantes culpam venditoris, non quidem ad hoc, ut gabella solueretur gabellario, etenim ut ea debeatur, id sufficit, quod venditio quandoque contracta fuerit, licet non daretur ex culpa, vel sine culpa venditoris, ut dixi: sed ad hoc, ut quam gabellario debitam gabellam emptor soluerit, ab ipso venditore consequeretur. & hic est proprius ac verus intellectus illius legis, quem bene nota, quia proderit ad multa hæc resolutio.

Ex qua quidem (ut ad alia transeamus) iam illud quoque sine controversia verissimum manet, * in venditione rescissa ex remedio. l. 2. C. de res. vendit. decimam deberi adhuc à venditore, nec solutam gabellario repeti posse: quia cum ea venditio non ipso iure resoluitur, sed actione personali per læsum intentata rescindatur, nulla ratio est, cur ius semel quæsitum gabellario auferatur, prout in rehibitione diximus, & expressè resoluit in terminis Pinelus in dicta l. 2. in 2. parte. cap. 3. ex num. 35. C. de rescind. vendit. & doctores, qui aliud tenuerunt, loquuntur non in iure debito ratione simplicis actus venditionis, prout nos loquimur ex notatis supra cap. 3. sed in iuribus feudilibus, quæ principaliter respiciunt translationem feudi & mutationem vassalli, & vnum iuxta aliud regulatur, ut se ipsum explicat Carolus Molinæus in Consuetu. Parisien. titu. 1. §. 22. nu. 40. quod nota, ne te doctores illi decipiant.

Quo supposito, in hac specie rescissionis iuxta dictam. l. 2. vel illud maxime dubitatur, * in cuius damnus gabellæ solutio sit, emptoris an venditoris: & Pinelus in dicto loco num. 38. ad hoc controuertit, & obscurè tractat eam rem, ut vix iudicare queas, cui sententiæ magis adhæreat: in eam verò potius inclinat, quod rei conuenti detrimentum sit propter culpam læsionis: cum quo videtur transire Ioannes Garzia de expen. & meliorat. cap. 18. num. 54. Parladorius autem lib. rerum quorid. cap. 3. §. 5. num. 40. verius esse existimat, talem iacturam ad actorem, qui contractus rescissionem postulat, spectare. Sed profecto nulla mihi vnquam probabit ratio, quod si emptor petat rescissionem contractus, eo quod læsus esset in pretio, iuxta dictam. l. 2. C. de rescin. vendit. æquum iustumque sit rescissio contractus, quæ is emptor, qui dolum sibi factum conatur repellere, non alij iniuriam facere, teneatur venditori refundere gabellam & tributum, quæ ipse venditor de iure debet ratione venditionis. l. 1. ibi: *Que los vendedores.* titu. 17. lib. 9. Recopilationis. * Vnde neutra mihi sententia placet Pineli, aut Parladorii vbi supra, illius quidem ex his, quæ statim dicam: istius autem ex resoluendis infra num. 16. versu. quod si. Quin potius intelligo, quod onus decimæ venditorum, sequatur etiam in hac questione, prout alias de iure est ex dicta. l. 1. Recopi. quod quam verum sit, vel apertissimè & facillimè intelliges, si ad particulares casus deuenias, nec rem in nube disputes, ut viri illi fecerunt, & disputarunt, nam

nam potissimum est, quod ad speciem dirigitur. l. in toto. la. 1. D. de regulis iur. Sit ergo ita, quod ipse venditor læsus agit ex remedio dictæ. l. 2. & tunc, cum non in hoc læsus fuerit, quod vendidit, sed quod minori pretio, quam oportuerat, rem suam dederit: & indubitabile sit, quod ratione illius venditionis perfectæ Regia decima debeat à venditore, ut iam diximus: nulla ratio est (quid cur non ipsemet venditor solutionis damnus patiatur, qui de iure debet, & emptori imputetur, qui legi satisfacit supplendo pretium iustum, aut rem emptam restituendo ex dicta. l. 2. C. de rescindenda venditione. & l. 1. titu. 11. lib. 5. Recopilationis. eo præsertim casu, quo bona fide emerit, existimans, credensque non amplius valere rem emptam, quam quo pretio ipse emerit: quo quidem casu nulla emptoris culpa considerari potest in contrahendo, nec in distrahendo, restituta re emptam, pretio non suppleto: cum vel forè, nisi eo paruo pretio, non esset rem illam empturus, ut quia ampliorem pecuniam non haberet, vel si haberet, nollet expendere in ea re: quod ex euentu sanè liquebit satis, cum maluerit à venditore conuentus rem potius restituere, quam iustum rei pretium supplere, & vsu euenire potest quotidie. * Etenim si è contratio probari queat, scientem rei valorem vilius emisse data opera, ut satis apertè eueniet in aurifice, qui à rustico vel alio quoquam ignorante paruo pretio lapillum pretiosum emerit: ego non dubito, quin ultra re-

stitutionem rei reneatur quoque emptor conuentus gabellæ damnus venditori soluere: & ita procedet opinio Pineli vbi supra ex legali æquitate desumpta ex textu in prædicta. l. debet. D. de ædili. edicto. cum his quæ supra diximus numero. 12. Nam sicut in ea lege venditor decipiens soluit onus legale emptori decepto impositum, ita & in hac specie soluendum erit ab emptore decipiente legale illud onus, quod venditori decepto impositum est: eadem quippe est vtriusque casus iustitia per locum à correlatiuis, nam quod æquum est emptori in specie dicta. l. debet. debet etiam è conuerso casu æquum esse venditori in terminis dicta. l. 2. C. de rescindenda venditio. argumen. textus cum notatis. in. l. penult. C. de solutionibus: & in. l. 2. C. de Cupressis. libr. 11. Quod tamen intellige, cum emptor decipiens rei emptæ restitutionem elegerit iuxta decisionem prædicta. l. 2. C. de rescindenda venditio. Scelus autem si verum pretium suppleat: quia tunc, cum solum in hoc venditor læsus fuisse appareat, quod minori pretio vendiderit, quam oportuerat, & damnus illud per iustum pretij supplementum resarciatur, nulla sanè ratio superest, propter quam & gabellæ quoque damnus alias ex venditione ipsa debita, ei emptor restituatur.

Quod si, ut ad alterum casum deueniam, emptor læsus est ultra dimidiam iusti pretij: tunc si, ut sibi prospiciat in tam graui damno, legali remedio æquitatis & summæ iustitiæ pleno uti velit iuxta dictam. l. 2. Codicis. & dictam. l. 1.

Recopilationis. Nulla iusta ratio dari potest, ut dixi, propter quam iste emptor, qui sibi in damno prospicere, non alij iniuriam parat, puniri debeat: & decimam, quæ ab ipso venditore lædente debetur de iure, læso emptori imputemus. Nec me mouent Ioannis Parladorij rationes, dum culpam emptorem, qui à placitis & contracta venditione recedit, & excusat venditorem, cui naturaliter licuit in pretio emptorem decipere: nam ut ego aduerto, nec illa emptoris culpa inculanda est, quando ex tam iusta causa à contractu recedit: nec illa naturalis deceptio, quam ille considerat, venditori permessa est in tam graui damno, quale est illud ultra dimidiam, ut patet ex remedio prædictæ l. 2. C. de rescind. vendit. & prudenter declarat Caro. Molinæus in tractatu de vsuris. quæst. 14. num. 171.

Sed & illud in hac materia prætereundum non est, * qualiter sci-
17 licet lata sententia iuxta remediū dictæ l. 2. C. de rescind. vendit. pretij decima computanda sit: Et primum aio, quod quando venditor læsus fuerit in venditione, distinguere oportet: quia aut emptor lædens pretium rei supplet, & gabellarius habebit decimam nedum pretij à principio inter partes conuenti, sed & supplementi quoque postea soluti: quoniam verè ex nouo vtriusque consensu rei pretium augetur: & regulare est, quod supplementum sequatur naturam illius pecuniæ, quæ suppletur. l. inter socerum. §. cum inter. ibi: *Nec separabitur portio, que data est additamenti causa.* D. de pactis dota. l. etiam. C. de iure

dot. & Auth. æqualitas. ibi: *Augmentum quoque.* C. de pactis conuent. aut emptor mauult rem restituere, quam pretium supplere, & tunc iam dixi non obesse gabellario, quominus decimam habeat ex ea venditione: soluetur tamē ea iuxta pretium conuentū duntaxat nō computato eo, quod alias supplendum foret, si rem habere mallet: quia verè pro illo solo priore pretio vendita res est, & ita in eo solo conueniunt verba dictæ l. 1. titulo. 17. libr. 9. Recopilationis, ibi: *De todo el precio por que vendieren.*

Cæterum si emptor læsus fuerit in venditione, maior dubitatio esse potest & est, quam ita resoluo: quia aut venditor vult rem suam accipere restituto pretio, quo casu iam diximus decimam adhuc deberi gabellario: & tunc cōputanda & soluenda erit gabella iuxta totum pretiū conuentum sine deductione iniqui excessus: quia verè pro illo integro pretio venditio fuit celebrata, & conueniunt relata verba dictæ l. 1. Recopilatio. siue quidem iustum, siue iniustum, siue paruum siue magnum pretium fuerit, lex enim non distinguit. Nec hoc aliquam iniquitatem habet, quia gabella ista, ut sæpè admonuimus, non ratione rei venditæ, aut ratione pretij recepti, vel dati, siue iusti, debetur: sed ratione contractus venditionis, iuxta quantitatem verò pretij conuenti, ut satis constat ex dicta l. 1. Recopilationis. atque ideo siue apud venditorem maneat pretium, siue non, & siue iustum, siue iniustum fuerit tam propter paruitatem, quam propter excessum, nihil ad fiscum attinet,

attinet, quin immò iis casibus ius Regalis decimæ illæsum manet: & siue venditio contracta duret, siue non, modò verum sit semel eam contracta esse tali pretio, ut adnotauimus supra in scholio prædictæ l. 1. verb. *Vendiderint.* quæ licet dura hoc casu aliquatenus videatur, ita scripta est, immò ius illud ita concessum est ex traditis in præfatione supra num. 19. atque ideo obseruari debet ex l. prospexit. D. qui & à quibus. Quod valdè nota, ut intelligas idem quoque iuris dicendum fore vbi venditor ille, cum mallet adhuc venditioni stare, non totum pretium reddita sibi re vendita restituisset, sed illud tantum, quod ultra iustum rei valorem accepisset: erit enim & isto casu decimam totius pretij conuenti soluturus ex prædictis. Quibus veram huius materiæ resolutionem habes, ut cauere debeas, & possis à Carolo Molingo in Consuetu. Parisien. titul. 1. §. 22. quæstione. 9. num. 44. vbi contrarium tenet in sua consuetudine: loquitur enim de iure fœdali soluendo patrono ratione inuestituræ, ac proinde nimirum si onus qualificetur iuxta actum, propter quem penditur: immò & eo casu ait, nullum ius fœdale deberi patrono venditione rescissâ ex remedio dictæ l. 2. C. de rescind. vendit. idque ex prædicta ratione, prout iam admonui supra num. 13. quod tamen nemo nostrum dixit in hoc iure Regio decimali, de quo agimus, ut constat ex Pinelo, & ipso Molinæo vbi supra in præallegatis locis.

Ultimò in hac materia nota, quod dixi, decimam Regalem deberi tam ex pretio conuento, quàm ex eo, quod postea emptor soluit

eligens rem habere, & pretium supplere: sic intelligendum fore, si modò ut pretium rei soluatur iuxta terminos dictæ l. 2. * Secus autem si alio iure & ratione, veluti in terminis textus in l. si sponsus. §. circa venditionem. D. de donatio. inter virum. vbi maritus vxori vendidit rem quindecim pro quinque: quo casu duo habet remedia, Primum ex dicta l. 2. C. de rescind. venditio. ut res restituatur, vel suppleatur iustum pretium: quod si fiat, dubium non est, quin & ex supplemento quoque illo decima soluenda sit ex supra resolutis: Aliud, ut tanquam donatum reuocetur ex prohibitione illius tituli: quod si fiat, decima pecuniæ sic restitutæ non soluetur gabellario, quia illa quidem tanquam malè donata reuocatur, non tanquam rei pretiū restituitur. Quod nota, quia elegantissimum est pro expositione textus in dicto versu. circa venditionem. in proposito materiæ nostræ.

18 Illa autem difficilior quæstio est in materia istius capituli, quid iuris erit, si venditio resoluatur ex pacto directo legis commissoria, & additionis in diem, ut in titulis. D. de in diem additione. & de lege commissoria. vel alio quocunque pacto resolutio, ut in specie. l. 3. D. de contrahenda emptione? * Atqui ut isto casu laudimium non soluatur in fœdalis, Carolus Molinæus ait se fecisse iudicare in Consuetu. Parisien. titu. 2. §. 55. glossa. 1. num. 162. & resoluit in titu. 1. §. 23. num. 9. & vide Tiraquel. de retract. conuentio. §. 6. glo. 2. * Immò quod iis casibus nec gabella soluatur, tenent plures relati ab Antonio

Gometio. 2. tomo. varia. cap. 2. num. 31. & communem sententiã esse tradit Parladorius dicto cap. 3. §. 4. sed contrarium tenet Gometius dicto num. 31. hoc præcipuo fundamẽto: quod, vt inquit Bartolus in. l. fina. §. sin autem. C. commu. delega. * si grauatus rem dare sub conditione, eam vëdat interim conditione pëdente, alienatio valet, & debetur gabella, quamuis postea veniente conditione, contractus & alienatio resoluatur ex dicto. §. sin autẽ. vbi omnes doctores notant, prout refert Tiraquel. de retract. ligna. §. 29. glo. 1. num. 2. cui difficultati Parladorius communis sententiã sequax non satis facit.

Sed profecto Antonius Gometius non mouetur bono argumento contra communem: * quia in prædicto casu, quo loquitur Bartolus, non resoluatur contractus & vëditio, quæ rei alienæ esse potest, l. rem alienam. D. de contrah. emptio. sed solum resoluatur dominiũ rei in persona emptoris, ac si nõquam fuisset in eum à vëditore grauato translatum, & semper res illa legata ab initio fuisset legatarij ex morte defuncti, qui eã sub conditione legauerat, ac proinde nunquam fuisset in dominio hæredis venditoris. l. seruo legato. §. 1. de lega. 1. * & eo pacto intelligi debet tex. in dicta. l. fina. §. sin autem, vt scilicet alienatio dominiij interim facta sic reuocetur impleta cõditione legati, ac si nunquam fuisset celebrata, quia sic interest legatarij: quin autem venditionis contractus teneat quoad ipsos contractantes, vt ad interesse inter eos agatur iuxta notata in. l. 1. D. de actio. empti. nulla dubitatio est: nec esse

etiam potest, quin decima & quæcunque gabella debeatur ex ea vëditione, vt inquit Bartolus: quia verè ipsa venditio manet, & non resoluatur, cum in ea re etiã à principio aliena potuerit cõsistere ex dicta. l. rem alienam. Atqui re aliena vendita gabellam deberi, sicut si propria venderetur, manifestum est, cum venditio similiter valeat, vt diximus supra in scholio ad l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. & infra capit. 15. nu. 6. in fine. iuxta quod intelligo tex. in dicto. §. sin autem. & accipiendam puto prædictam Bartoli & doctorum sententiã circa gabellam: Quicquid aliter nec benè explicet Caro. Molinæus in Consuet. Paris. titu. 1. §. 22. quæst. 39. num. 116. existimans in eo. §. sin autem. non rescindi dominiũ hæredis pro tẽpore præterito, sed in futurum: quod multis nominibus falsissimum est, non moror. Diuersum * est ergo in vëditione, quade agimus, per pactum legis commissoriæ, vel aliud pactum resoluta: quia cum illa pacta insint contractui iuxta tradita in. l. in bonæ fidei. C. de pactis. & .l. iuris gẽtium. §. quin immò. D. eo. tit. sunt enim pars contractus. l. fundi partem. cū notatis. D. de contrah. empt. consequitur, quod resolutio conditio nalis ex illis pactis resolutiuis perinde habeatur impleta conditione, ac si facta fuerit tempore ipsius contractus per retrotractionẽ iuxta regulam. l. si filius familiars. D. de verb. obligat. & l. potior. D. qui potiores. de qua regula latissimè egimus supra cap. 5. creditq; ita lex venditionem nõquam fuisse factã, l. si hominem. D. de vsucapio. l. si quis hac lege. D. de rei vindicat. & tradit latè Couarru. lib. 3. variarum

rum. capite. 8. in principio.

Vnde non obstantibus his, quæ in contrarium allegat Anton. Gometius vbi supra, * communi doctorum sententiã adherẽo, à qua vix est, qui discedat, præter illum, & Ferdin. Menchacam, qui neglectim & nemine relato loquitur, libro. 1. controuersia. vsufrequen. capit. 11. nu. 21. & tenendum dicendumq; ita existimo: quod contracta venditio cum pacto legis commissoriæ vel additiõis in diem, vel alio pacto resolutiuo, pura vëditio est à principio iuxta tradita per I. C. in. l. 2. D. de in diem additiõ. ac proinde necessariò statim nascitur actio & obligatio ex eo cõtractu, iuxta textum & notata in principio. Institui. de emptio. & vëdit. & consequenter statim quoq; decimæ obligatio fisco queritur ex traditis supra cap. 3. in princ. tam vtrumque ius tam quæsitum partibus, quàm fisco, resolubile est sub conditione illa, si pretium in termino non soluatur, vel si alius meliorem conditionem attulerit: ita vt si pacti conditio non cõmittatur, nulla dubitatio esse potest, quin venditio persistat, & incommutabiliter decima debeatur, & de hoc non queritur. Si vero pacti cõditio impleatur, vt quia pretium in termino solutum non fit, vel cõditio melior allata fuerit venditori, ac proinde rem inemptam fieri velit iuxta l. 2. D. de lege commissoria. & l. 38. titu. 5. part. 5. sic vëditio illa pura resoluatur, ac si à principio conditionaliter fuisset contracta, & apposita conditio deficeret, quo casu dubium non est decimam nõ deberi, vt latè tradidimus supra cap. 5. num. 1. ita probat dicta. l. 2. D. de in diem additiõ. ra-

tio vera est, quam supra assignaui nu. 24. atque ita retrò deficientevëditione ipso iure, impossibile est, vt decima debeatur, quæ ex vera & reali venditione soluenda est. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopila. & diximus supra hoc eodem capite in principio.

Nec obstat noua ista ratio, si cõsideres: * quod impleta conditione resolutionis ex his pactis, non statim contractus resolutio fit, sed sic demum, si venditor maluerit pacti conditione vti, quàm venditio ni stare, vt superius dixi ex dicta l. 2. D. de lege commissio. & l. 38. tit. 5. part. 5. videaturque fieri, pacti resolutiui conditione electa, vt venditor facto suo priuet fiscum iure iam quæsito, contra regulam. l. id quod nostrum. D. de reg. iuris. cum notatis in. l. potior. in princ. D. qui potiores. per tex. ibi. iunctis ijs, quæ tradidimus supra cap. 5. nu. 18. nõ sciendum est, illud procedere quando ex interuallo aliquid fieret contra ius plenè quæsitum fisco, aut alij tertio: At nos loquimur in facto permisso venditori ex antecedenti causa, & pacto inexistenti ipsi vëditioni: atq; ita quæri non potest fisco, si eo iure vtatur venditor, sub quo contraxit aliter non contracturus. Nec dici potest iure aliquo priuari fisco isto casu, quia licet quæsita ei esset à principio actio ad decimã, vt dixi, quæsita quidem fuit non simpliciter, sed cum eo pacto & onere resolutionis, sicut & emptori quæsita est actio ad rē, & tamẽ eodem modo ei inuito aufertur resoluta venditione: & sicut hic iuste nõ queritur, nec fisco quidem, prout latissimè prosequitur & declarat Caro. Molinæus in Consuet. Paris. titu. 1. §. 23. nu. 9.

vbi nu. 12. doctissime resoluit quādo ista pacta resoluant ipso iure venditionem.

27 Igitur, *quod dicitur, non posse contrahentium pacto & voluntate fiscum priuari iure suo iuxta notata per doctores in. l. ab emptione. D. de pactis. & diximus supra hoc eodem capite. nu. 5. intelligendum est, quando ius est plenè quæsitum fisco, vt quia purè absque vilo pacto & conditione contractū est, secus aliās: quia contrahentiū voluntas ab initio venditionis expressa obseruanda est: cū nemo cogatur vendere, sed eatenus legi gabellariæ locus fiat, quatenus partes sine fraude cōtraxerint, vt diximus supra. cap. 6. nu. 16. Vnde etiam cōsequitur, quod si resolutio sic fiat, vt nondum fisco ius quæsitum sit, decima non debetur proculdubio: veluti cum venditur à principio sub conditione suspensua, nā licet deficiat conditio ex venditoris voluntate, vt quia sic vendidi tibi si Capitolium ascendero, vel si aliquid aliud fecero, iuxta ea quæ tradidimus supra cap. 10. numero 37. & noluerim Capitolium ascendere, vel illud adiectum facere, decima non debetur: quia pendente venditionis conditione nullum ius fisco quæsitum est, vt diximus supra dicto cap. 5. & hoc est, quod voluit Paulus Castre. in l. 1. num. fina. C. quando liceat ab emptione. quicquid Anto. Gometius vbi supra eum alleget in contrarium pro prædicta sua sententia.

28 Illud autem aduerte, *quod diximus cum communi, resoluta venditione per pactum legis commissoria & additionis in diem, decimam quoque resolui. & repeti: intelligendum esse, cū à principio

in ipsius venditionis contractu adiectum est illud pactum: illo enim casu procedunt rationes prædictæ pro communi sententia allegatæ: secus autem erit, si ex postfacto renouata venditione appositum sit pactum illud: quia tūc, cū semel & incommutabiliter quæsitum sit ius fisco ad decimam, noua cōtrahentium voluntate controuerti nō potest ex regula dictæ. l. id quod nostrum. D. de regu. iuris. & notatis per doctores in dicta. l. ab emptione. D. de pactis. & l. perfecta. C. de donatio. quæ sub modo.

29 Item aduerte, * quod quamuis Carolus Molinaeus in prædicto. §. 23. nu. 15. in proposito consuetudinis suæ æquiparet casum directæ resolutionis ipso iure factæ per verba directa apposita in illis pactis: & casū oblique resolutionis, quando propter verba obliqua pacto adiecta, non ipso iure fit resolutio contractus, sed per sententiā iudicis: Apud nos quidem in proposito nostræ legis gabellariæ longa differentia est inter eos casus: quia primo modo resoluta venditio, sic resoluitur & ad nō causam reducitur, vt verè dici queat nullā venditionem fuisse vnquam, vt est textus in l. si hominem. D. de vfucapio. & l. si quis hac lege. D. de rei vindicat. ac proinde iustissime dictum est, decimam non deberi eo casu, & solutam repeti posse. At in secundo, venditio semper manet iure ipso, prout fatetur omnes doctores, & cōstat ex traditis per Couarr. lib. 3. varia. cap. 8. num. 1. & vide Menchacam lib. 3. controuers. vsufrequent. cap. 69. ac proinde necessarium fit, vt orta semel obligatio ad decimam à principio, vt dixi supra num. 8. vita & efficax

sem-

semper maneat: quia semper verum est dicere, fuisse venditionem, quod sufficit, vt decima exigatur. & nihil ad Rhombum, quod ex veteri causa ipsi contractui inexistenti venditio rescindatur: quia cum simplex actus veræ venditionis inspiciatur à lege quoad solutionem decimæ, nihil interest ex qua causa deficiat & non persistat venditio, ex traditis supra num. 9. Sed & iterum nota, prædictam communem sententiam circa resolutionem venditionis ex prædictis pactis, vt ea resolutione secuta decima non debeatur, * maxime & sine scrupulo procedere in specie. l. 3. D. de contrah. emptio. quia sine culpa venditoris eo casu resoluitur. Ex quo illud collige, quod si quis vendiderit rem suam ad beneplacitum emptoris, *A contento* vulgò dicimus, & post contractam venditionem res emptori displiceat, sine dubio decima non debetur ex ea venditione, siue eo modo conditionalem venditionem contractam esse intelligas, vt in specie textus in. §. emptio. Instit. de empt. & vendit. siue sub conditione resolui existimes, vt in dicta. l. 3. D. de contrah. empt. vtroque enim casu idem erit dicendum tam ex his, quæ modo dixi, quàm ex traditis supra capit. 5. Vnde magnoperè animaduerte, quod ea venditio, si placuerit, vel nisi displicuerit: arbitrio boni viri commissā intelligitur ex Bartolo in consilio. 166. num. 2. & consi. 168. num. 3. & Abbate in cap. 1. nu. 22. ad fi. de iudicijs. & facit. l. Thais. §. sorore. D. de fidei. libert. sic, vt si absque vlla ratione discesserit emptor à venditione, & venditor consenserit, nō

tam ex vi pacti aut conditionis resoluta videatur venditio, quàm ex mutuo vtriusque consensu, argu. l. cum emptor. D. de rescin. vend. quod fisco non præiudicat ex supra resolutis: atque ideo decima adhuc debetur. Sed & iterum nota, quod si indeterminatè ita vendatur, si tibi placet: statim placere debet, nec sufficit die sequenti, vt per Gregor. Lupum in. l. 8. glo. fina. titu. 11. part. 3. si vero sine præfinitione quoque temporis dictū sit ita: nisi tibi displicuerit: intra sexaginta dies displicere debet. l. quod si nolit. §. si quid ita. D. de edil. edicto. & notat Anto. Gometius dicto: 2. tomò variar. cap. 2. num. 19.

31 Vltimò ac tandem nota, *cauendum esse à Menchaca dicto lib. 1. controuers. vsufrequent. cap. 11. num. 21. qui in hac materia dupliciter errat: Primò cum Gometio vbi supra, sed eo non relato, vt diximus supra num. 23. dum putat resoluta venditione ex his pactis resolutiuis decimam deberi adhuc, quod vt teneat, arguit de morte hominis: sed certè ea mors nō operatur in præteritum & retrò, sicut resolutio contractus, vt ex l. si hominem. D. de vfucapio. supra explicuimus latè: atque ita fallax esse illius viri argumentum aperte conuincitur, vt ampliori resolutione non indigeat. Secundò errat, dum ait, quod in materia pacti additionis in diem, admissa meliori conditione per venditorè, non contrahitur noua venditio, sed prior & eadem transfertur in secundum emptorem ex l. eū qui. in prin. ibi: *Antequam venditio transferatur.* D. de in diem additio. atque ideo noua decima non debetur

tur ex resolutis supra cap. 13. nu. 22. Sed fallitur quidē, quia potius dicendum est, quod eo casu prior venditio resoluitur, & verē secunda ac noua cōtrahitur, ex l. 4. §. 1. ibi. *Et ideo hic discendi à priore emptio ne, & ad secundam perueniri.* D. de in diem addictio. nec obstat dicta. l. cum qui. quia de effectu loquitur: id enim sit, quod totus effectus primæ venditionis in aliam secundā & nouam venditionem transfērat: quemadmodum cum nouantur actiones & obligationes, vnā in aliam transfundi dicimus, & tamen prima perimitur, & noua cōtrahitur. l. 1. D. de nouatio. & textus elegans in §. præterea. Instit. quibus modis tolli. obligat. Nec simile est quod diximus supra in dicto cap. 13. nu. 22. quia in retractu consanguinei vel aliās, absque nouo venditoris consensu venditio prior & vnica transfertur in secundum emptorem, qui succedit loco prioris absque mutatione pretij, vt ibi diximus. At in casu, quo loquitur Menchaca, nouus consensus interuenit venditoris acceptantis meliorem conditionem, vt constat ex l. 2. D. de leg. commisi. & nouum pretium deducitur meliori conditione allata, ex quibus impossibile est, quin noua atque alia vēditio resultet, & prior resoluitur, vt expressē ait dicta. l. 4. §. 1. D. de in diem addictio.

Effectus verō huius disputationis ille est, quod si tempore venditionis à principio contractæ vnus gabellarius sit, & tempore melioris conditionis allatæ & receptæ alius esse reperiat: decima huic ultimo debetur quasi ex noua venditione suo tempore contracta: non primo, quia vēditio, quæ suo

tempore contracta est sub eo pacto resolutio, fuit postea impleta conditione ipso iure resoluta, & ita locum habent in eo, quæ tūc didimus supra isto capite. nu. 23.

Insuper ex ijs, quæ supra dixim⁹ hoc eodem capite. num. 20. circa expositionem doctrinæ Bartoli & communis in l. fina. §. fin autē. C. commu. delega. eleganter ac vtiliter inferitur, * quid dicendum sit de gabella, si res maioratus absque Regia facultate vendatur: nā si ex prædicta facultate vel alijs modis à iure permissis res illa vendetur, cum dubium non sit, & alienationem & venditionem valere iuxta notata per Molinam lib. 4. de primog. Hispan. cap. 3. cum sequentib⁹. nulla dubitatio esse potest, quin ex ea venditione aut permutatione Regalis decima solui debeat. Vtilis ergo disputatio est inquirere, quid futurum sit, vbi sine facultate Regia rem illam maioratus, ac restitutioni subiectam vendi contigerit. Qua in re distinguere oportet, quia aut illa res nō est expressē prohibita alienari per institutorem maioratus, sed est duntaxat restitutioni & fideicommissio subiecta in fauorem proximioris consanguinei secundum institutoris vocationes: & tunc licet alienatio rei non nisi pro vta venditoris possessorisq; maioratus durare queat, iuxta ea, quæ inter tacitam & expressam prohibitionem alienandi tradit Molina lib. 1. de primog. Hispan. cap. 16. num. 33. tamen, quia venditio ipsa valet, quicumque eam contraxerit, gabellam debet ex doctrina Bartoli & communi in dicto. §. fin autem. cum ijs quæ superius diximus dicto nu. 20. Aut res illa expressē

expressē per maioratus institutorem alienari prohibetur, iuxta l. filius fami §. diui. delegatis. 1. & l. cum pater §. libertis. cum vtrobiq; notatis. deleg. 2. & tunc si possessor maioratus, qui prohibitus est, vendiderit, nulla venditio erit, & per consequens nullus decimæ fiet locus: si verò alius tertius & extraneus vendiderit, proculdubio valebit venditio, sicut cuiusque alterius rei aliena. l. rem alienam. D. de contrah. empti. ac proinde Regalis decimæ solutioni subicietur, argu. eorum quæ circa fundi dotalis alienationē Doctores notant, præcipue Bartolus in l. cū lex. nu. 2. D. de fideiussio. * vbi ait, quod si mulier vendiderit fundū dotalem contra prohibitionem legis Iulie absque iuramento, nulla venditio est, quia ipsa alienare prohibetur, & si ad contractum teneretur ex personali actione, ad alienationem quoque rei obligaretur contra ipsius legis prohibitionem, cum sit domina, ex notatis in l. cum manu facta. D. de contrah. empti. At vero si maritus, vel quicumque alius extraneus fundū illum dotalem vendiderit, venditio tenet, sicut cuiusque rei aliena ex dicta. l. rem alienam. quia, inquit Bartolus, sola fundi dotalis alienatio prohibita est lege Iulia, non venditio aut quicumque alius contractus, qui super re aliena contrahi possit, vt constat ex l. 4. & toto titu. D. de fundo dotali. & sequitur Abbas, & doctores communiter in cap. cum contingat. num. 2. de iure iurandi soluit Anton. Gomezus in l. 5. 3. Tauri. nu. 1. & Ioan. Gutierrez de iura. consuet. p. 1. cap. 1. nu. 94. ac idem dicitur per doctores de re

immobili, quæ sit minoris, quia si ab ipso minore vendatur sine decreto, de quo in Authen. res quæ: C. de adm. tuto. nulla vēditio est, ac proinde nulla ex ea venditione gabella debetur, vt infra explicabitur nu. 45. At si ab ipso tutore curatoreve, aut alio extraneo vendita sit, absque decreto & solennitate aliqua tenet venditio, & Regali decimæ locus fiet, ita constat ex traditis per doctores in l. & si is. C. de præd. mino. & glo. in l. 4. verbo. Porrazon. titu. 12. par. 5. & resoluit Gometius vbi supra num. 60.

34 Ex quibus etiā inferitur, * quod si postquam pactum fuerit per creditorem in quocunque contractu, ne liceat debitori rem specialiter hypothecatam alienare, quæ quidem pactio tenet & valet iuxta. l. si creditor. §. fina. D. de distr. pig. & resoluta per Anto. Gomez. in l. 40. Tauri. ex nu. 18. & latissimè per Ioan. Gutier. in repet. l. nemo potest. in princ. ex num. 28. delegatis. i. debitor ille vendiderit eam rem, nulla venditio erit, ne cum sit dominus rei, alienare quoque teneatur, si ex eo contractu adstringeretur, prout expressē tradit text. sic intelligendus in dicta. l. si creditor. §. fina. ibi. *Nullam esse venditionem, vt pactio situr.* & concordat l. fina. titu. 5. par. 5. At vero si quicumque alius possessor rem illam vendidisset, proculdubio valebit venditio sicut cuiusque rei aliena: quia certe illa res non est prohibita vendi, sed alienari ex prædictis. Et erit effectus maximus, quod ex prima venditione tanquam nulla, decima Regalis non debetur, secus ex secunda, quæ valida est: atque ita debet intelligi & declarari quod de gab

de gabella tradit Auendanius re-
sponso. 13. num. 2. & 3.

Prædictis autem pactis legis cō-
missoria, & addictionis in diem,
31 dissimile* est pactum manus inie-
ctionis, cum in contractu reserua-
tur venditori facultas capiēdi ser-
uum venditum, qui contra legem
contractus fuisset profuturus, aut
non exportatus, iux. l. 1. & l. 2. C.
si seruus export. veni. & l. 1. C. si
mancip. veni. ne prof. & l. si quis
sub hoc pacto. D. de contrah. em-
ptio. & l. 1. C. de seruis expor. & l.
47. titul. 5. part. 5. quia licet domi-
nium transferatur in venditorem
per manus iniectionem, vel antea
ipso iure, secundum varias docto-
rum sententias relatas per Franc.
de Caldas Lusitanum in. l. si cura-
torem. verbo. sua facilitate. nu.
57. C. de in integ. restit. mi. illud
constat, venditionem ipsam non
resolui, sicut ex prædictis pactis,
sed potius rem venditam velut in
commissum incidere propter fidē
contractus non obseruatam. Atq;
ita nulla dubitatio esse potest,
quin debita semel gabella ex eavē-
ditione, quamuis pactū commis-
sum sit & manus iniectio facta, nō
reperatur: quia adhuc verum est,
venditionem esse contractam,
quamuis res vendita propter pa-
ctum non obseruatam à vendito-
re vendicerur.

36 His consequētur quæri potest
de pacto* retrouēden di iuxta ter-
minos. l. 2. C. de pactis inter em-
ptorem. an scilicet restituta re ex
lege venditionis, sic venditio illa
semel perfecta retrō rescindatur,
vt decima solui non debeat, vel
soluta repeti possit: & absque du-
bio, dicendum est, quod decima
debeat, nec soluta repeti possit,

secundum quod rectē resoluunt
Tiraquel. de retra. conue. §. 6. glo.
2. num. 19. & Aton. Gometius. 2.
tomo. varia. cap. 2. num. 31. & in
l. 70. Tauri. num. 30. & Pinelus in
l. 2. C. de rescin. vendi. 2. part. cap.
3. num. 36. & glossator in. l. 7. ti-
tu. 11. lib. 5. Recopilat. glossa. 3.
num. 14. quod ex eo manifestum
fit, quia talis venditio pura est &
perfecta, & omnibus numeris ab-
soluta, non obstante pacto retro-
uendendi, vt tradit Tiraquel. vbi
supra. §. 1. glossa vnica. num. 34.
& ex eo pacto non resoluitur, aut
reducitur ipso iure ad nō causam
de præterito, sed duntaxat ex nūc
pro tempore futuro distrahitur, e-
tiam si illud pactum verbis dire-
ctis conciperetur, iuxta commu-
nionem sentētiā Bartoli, de qua
per Couarru. lib. 3. varia. resolu-
tio. cap. 8. num. 2. quam interim
in hac materia amplector, vtpote
quæ rei actæ magis cōsona videat-
ur: nam cum vēditor pretio fru-
atur, & emptor rem venditam ha-
beat permultos fortasse annos, ri-
diculum videtur eos posse agere,
vt restituto postea pretio solus si-
scus remaneret inanis, cū illi ple-
nissimē venditione fruerentur,
quicquid dubitet Parladorius lib.
rerum quotid. cap. 3. §. 4. ante nu-
me. 38.

37 Sed & illa quæstio proponi so-
let, * an rescissa venditione ex præ-
dicto pacto retrouēden di, alia no-
ua decima debeat, & Anto. Go-
metius vbi supra dicto cap. 2. nu-
31. resoluit non deberi, quia, in-
quit, hæc resolutio distractus est
prioris venditionis, non noua vē-
ditio. Idemque tenet Pinelus vbi
supra. & Dida. Pererius in Rub. tit.
tu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 33. col. 2.
ad fi.

ad fi. §. pag. 41. col. 2. estque in ea-
dem sententia circa quæstionem
huic nostræ materiæ similem Ca-
ro. Molineus in Consuet. Paris. ti.
38 1. §. 22. nu. 15. *Eam verò rationē
esse ait, quia quomodocunq; ista
reueñditio fiat ex præhabito pacto
retrouendendi, siue (inquam) per
viam simplicis distractus, siue sub
forma noui contractus, prout ta-
bellio contrahentes vè maluerint,
illud constat, quod cum non cau-
setur à noua causa & cōsensu, sed
à causa antiqua & necessaria ine-
xistenti primæ vēditioni, eiusmodi
resolutio, seu reueñditio pars
primæ venditionis est, & illius e-
xecutio: ita vt consequens neces-
sarium fiat, vt ex ea noua gabella
non debeat, sed sufficiat sol-
ui ex venditione prima, in qua
ista fuit à principio inclusa tan-
quam eius pars: nec ex vna & ea-
dem vēditione duplex decima de-
beri potest, iuxta tradita supra ca-
pit. 13. nu. 3. vers. illud verò pro-
culdubio.

39 Ego verò animaduerto, * qd li-
cet hæc Caro. Molinæ ratio ele-
gans, & concludens videatur, fal-
sa est: etenim si supponimus, pro-
ut ille vir videtur supponere, ex
pacto retrouendendi nouam ven-
ditionem fieri oblato pretio à vē-
ditore: impossibile est, quin noua
decima debeat, licet ex vi pacti
præcedentis priori vēditioni adie-
cti, & non ex noua causa & cōsen-
su fiat. Quemadmodum si tibi vēdi-
dissent domum meā mille aureis,
eo adiecto pacto, vt quodocunq;
tibi dederō centum aureos pro vi-
nea tua Tusculana, cam mihi des
eo pretio: quis dubitat? quin eo
postea facto, decimam pretij ex il-
lius vineæ venditione sis debitu-

rus: quicquid non ex noua causa
& consensu, sed ex vi pacti præce-
dentis, & antiqua causa inexistenti
priori vēditioni domus meæ, ista
secunda venditio vineæ cōtraha-
tur. Nec oberit dicere, quod ista
secunda venditio iudicari debet
pars primæ vēditionis, ex qua iam
decima soluta est, nec ex vna & ea-
dem venditione duplex decima
deberi potest, vt dixi: quoniam ad-
uertendum est, quod licet verum
sit, illud pactum adiectum de se-
cunda venditione, iudicari & ef-
fe partem pretij prioris venditio-
nis domus meæ, iuxta textum &
notata in. l. fundi partem. D. de
contrahen. emptio. & quæ dice-
mus infra capit. 15. Ac proinde
computari debeat in pretio prio-
ris venditionis ad deducendam
decimam illius: tamen non sic
deducitur, vt ex pretio secundæ
venditionis prior decima com-
putetur & augetur, quia alius est
venditor in prima, & alius in se-
cunda: sed solum computatur &
augetur ex interesse, quod prio-
rem venditorem tangit ex adie-
ctione illius pacti, prout compu-
tatur quidem & æstimatur ad de-
ductionem Falcidie in. l. & si æ-
quo. delegatis. 1. iuxta ea, quæ
infra resoluam capite. 16. nume-
27. id quod aliquando poterit
esse multum, aliquando erit nul-
lum, secundum quod mea inter-
est vineam illam eo pretio em-
ptam habere, ex notatis in dicta
l. & si æquo. Itaque aliter dedu-
citur ista secunda venditio ad
computationem gabellæ prio-
ris, & aliter exigitur decima
ex ipsa venditione secunda: quia
in priori quidē computatur quan-
tum interfit mea, sic vineā emere,

& exinde pretium & gabella augetur: in secunda autem vectigal deducitur ex toto pretio conuen-
to, iuxta l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. Item priorem decimam ego soluo, qui domum vendidi: tu autem secundam, quia verum est, te mihi vendere vineam tuam, siue ex vi pacti, siue ex vi promissionis aut legati id facere tenearis, iuxta terminos dictæ l. & si æquo. delegatis. 1. & quæ de pacto de vendendo dicemus infra cap. 17. nume. 41. cauendum ergo est à ratione Caroli Molinæ in dicto loco.

40 Vera * igitur est prædictorum Hispanorum ratio, Gometij, Pireli, & Peretij vbi supra: dicentium, ideò ex reuenditione illa, de qua in dicta l. 2. C. de pactis inter emptorem. nouam decimam nõ deberi, quia verè & realiter nulla noua venditio aut reuenditio est, sed distractus quidam prioris venditionis contractæ: ex distractu autem decimam non deberi constat ex traditis supra capit. 10. nume. 23. Verùm huic rationi fortissimè obstat, quod cum iam prior illa venditio semel perfecta fuerit re tradita & pretio soluto, impossibile videtur, vt locus distractui fiat sine nouo contractu, ex ijs, quæ diximus supra isto capite num. 6. & 7. circa l. 1. C. quando liceat ab empt. dis. Hanc verò difficultatem diluere videtur resolutio Ioannis Corasij lib. 3. miscella. cap. 9. num. 1. vbi ait: quod in specie dictæ l. 2. C. de pactis inter. nullum verbum est de reuendendo, sed tantum de restituenda re vendita oblato pretio: quæ pacta inter se distant, eo quod primum nudum factum venditionis

continet, l. consilio. §. fina. D. de curato. furio. ideoque emptor ad ad reuendendum præcisè cogi nõ possit, sed id, quod interest, præstare, vt in alijs factis. l. si quis ab alio. §. fina. D. de re iudica. secundum verò de restituenda re oblato pretio, causam bonorum continet. l. in conuentionalibus. §. 1. D. de verbo. obligatio: quò circa, inquit, non omninò malè dixisse Aretinum consilio. 6. colum. 2. ex oblatione pretij in dicta. l. 2. nullam de nouo emptorem contrahi. ideoque non noua ex empto actione agitur, sed ex vendito prioris venditionis. Tamen quicquid hæc Corasij resolutio elegans sit, adhuc nostram difficultatem non eneruat: scilicet qualiter post rem omnem secutam in priori venditione, fieri possit, vt re iterum data & accepto pretio, nouus venditionis contractus non contrahatur ex traditis supra dicto nume. 6. & 7. Nec obstat, quod partes non dixerint reuendere, sed rem oblato pretio restituere: quia cum factum idem sit in substantia, nihil est de verbis curandum: & dubium non est, quod si nulla alia conuentione præcedente, rem meam tibi dederò pro pecunia, vera venditio contrahatur, quãuis nullum verbum venditionis intercesserit, vt constat ex l. naturalis. §. & si quidem. D. de præ. verbis. licet enim hoc pactum de re danda pro pretio, aperte distet à nuda promissione de vendendo certo pretio, ex traditis per Corasium vbi supra: negari non potest, quin & in hoc pacto vera ac perfecta venditio sit resecuta, ex dicto. §. & si quidem.

Vnde

Vnde ego propositæ difficultati respondeo, quod licet verum sit, quod si iste distractus fieret ex noua voluntate contrahentium, nõ ex vi prioris pacti inexistentis venditioni, vt fit in dicta. l. 2. minimè fieri possit etiam per actus retro similes; quod non noua venditio esset, sed distractus, siue de reuendendo, siue de re restituenda caueretur, quia venditio semel perfecta resecuta ex vtraque parte, nullatenus distrahi potest ex traditis supra dicto nume. 6. & 7. Tamen id intelligendum & limirandum est, nisi ita à principio inter partes venditio contracta sit eo pacto & lege, vt postea post omnem consummationem retroacta venditio ipsa distrahatur: tunc enim, vt pacta bonæ fidei contractus obseruentur, distrahi poterit: & hæc est species textus sic intelligendi in dicta. l. 2. C. de pactis inter emptor.

41 Ex qua resolutione consequitur, * quod si pactum dictæ l. 2. sic fieret, vt pro maiore aut minore pretio, quàm quo res ipsa à principio venierit, restituatur: cum isto casu considerari nequeat prioris venditionis distractus alterato pretio, ex traditis supra nume. 6. proculdubio dicendum erit, re postea restituta pro illo conueno pretio, nouam venditionem contrahi; ac proinde aliam decimam deberi: licet verum sit hanc secundam venditionem ex antiqua & necessaria causa fieri, non ex noua nouoque contrahentium consensu: & licet sic à principio contrahentibus placuerit distrahere: quia potius noua venditio est nouo pretio statuto: & nihil interest ex qua causa procedat

iuxta tradita supra nume. 39.

42 Illud verò nota, * quod resolutio præhabita supra nume. 37. intelligenda est, quando pactum adiectum præcisè obligat emptorem ad reuendendum, iuxta terminos dictæ l. 2. C. de pactis inter empto. Secus autem, si solum ita conueniret, quod si voluerit vendere, teneatur illum, à quo accepit, præferre: vel vt nulli alij eam rem, quàm suo venditori venderet, iuxta terminos. l. si sterilis. §. si tibi fundum. versic. fina. D. de actio. empti. Huiusmodi enim conuentionio non obligat ad reuendendum sed solum ad præferendum: unde semper est secunda venditio libera, & noua decima debetur fisco, sicut ex qualibet alia venditione, vt bene notat Carolus Molineus in Consuetu. Parisien. titu. 1. §. 22. num. 18. versiculi. hanc conclusionem. Quod intelligo siue idem pretium, quod in venditione priori interuenit, in hac prælatione restituatur, siue aliud maius aut minus.

Sed & adhuc in materia dictæ l. 2. C. de pactis inter empt. elegans illa quæstio est, & nimium contingibilis: quis vendidit fundum certo pretio, & sub pacto retrouendendi vsq; ad sex annos: deinde accedente fine sexti anni, hæc facultas prorogata est ad alios sex, pauciores, vel plures annos. * Quæritur modò, vtrū ex redēptione postea secuta noua decima debeatur: & videtur, quod si ante finitum tempus termini prioris facta prorogatio est, idem de tempore prorogato, quod de priore tempore dicendum sit: & ita, quod redempta re intra additum prorogatumque tempus, nulla Regalis decima debeatur.

Aa 2 tur;

tur, sicut nec intra priorem terminum redemptione facta deberetur ex supra resolutis: Secus autem si post finitum primum terminum prorogatio fiat, tunc enim noua facultas est, & libera ac noua reuenditio, argumento textus in l. & si manente. D. de precario. ac proinde necessarium fit, vt noua decima debeatur. Sed adhuc contrarium dico, immo, quod quomocūque terminus prorogetur, si postea redemptio in vim temporis prorogati fiat, non in vim prioris termini, quia transactus est, indistincte dicendum sit nouam venditionem fieri, nouamque decimam deberi: quia verum est non distrahi ex vi pacti inhærentis à principio, sed ex concessione postea secuta: hæc autem nullatenus potuit venditionis semel perfectæ, & ex omni parte consummatæ distractum inducere iuxta tradita supra nume. 7. & nume. 40. & cessat ratio, quæ ibidem assignauimus, cur retroacta venditione ex retrouendendi pacto noua decima non debeatur: quia scilicet pactum à principio adiectum de distrahendo, id efficit, vt quamuis ea venditio omni ex parte consummetur, adhuc distrahi queat, sine nouo contractu, per actus retrò similes: quæ admodum possent, si vel ex altera parte res integra foret, quamuis pactum non præcederet, iuxta textum in l. 1. C. quando liceat ab emptio. disce.

Nec obstat textus in dicta. l. & si manente. D. de precario. quia intelligendum est, vnum & idem esse illud tempus, quoad ipsos contrahentes attinet, secus quoad tertium, qualis est fiscus, per tex-

tum in l. si cum Hermes. C. de locato. prout latius resoluit hanc quæstionem Carolus Molinæus dicto titu. 1. de Consuet. Parisien. §. 22. quæstione. 14. nume. 44. & plura congerit Tiraquellus de retract. conuent. §. 1. glossa. 7. ex nume. 24. & præcipue nume. 35. vbi ait: Quod si statuto caueatur, quod ex locatione soluatur gabella, & ego locaui tibi fundum ad vnum annum, & deinde prorogavi eam locationem ad alium annum: soluenda est duplex gabella, scilicet ex priori locatione, atque etiam ex illa prorogatione: quia licet quantum ad prorogantes vna eademque locatio & conductio sit, quantum ad alios tamen duplex esse censetur ex Baldo in l. Acmilis. §. notabili. D. de minori. quem sequitur Decius consilio. 93.

Quam elegantem resolutionem vtiliter applicare poteris ad temporales venditiones, ex quibus sicut ex perpetuis decimam deberi dubium non est, ex traditis supra capit. 10. nume. 41. vt si venditio contracta fuerit ad vnum annum, vel alium certum terminum qui postea prorogetur, duplex decima debeatur, quasi duplex venditio sit quoad fiscum ex prædictis.

Sed & ad alios casus resolutionis transeundo, illud bellè dubitatur: * an minor vendens & circumscriptus, & propterea aduersus venditionem restitutus, decimam possit repetere à gabellario: & Parladorius dicto lib. rerum quoti. cap. 3. §. 5. nume. 41. existimat, minorem restitutum aduersus venditionem, posse quoque decimam solutam repetere, vel non solutam reti-

retinere, ea ratione, quia restitutio omnia in pristinum statum redigit, l. quod si minor. §. restitutio. D. de minori. etiam aduersus tertiam personam. l. 1. C. de reputati. Sed istud fallum mihi est sine dubio: etenim licet minor vendens restituatur aduersus emptorem ex eo, quod vel in hoc læsus est, quod vendidit, cum magis expediret ei rem venditam sibi habere: vel ex eo, quod minoris vendidit quam oportuerat, iuxta l. 1. & per totum. C. si aduersus venditionem. & l. 5. titu. final. parti. 6. & distinctionem glossæ in l. siquidem. C. de prædijs minor. de cuius veritate agit Pinelus in l. 2. C. de rescinden. venditio. 3. parte. cap. 1. nu. 20. tamen postquam vendidit, decimam soluens læsus non est, nec circumscriptus in hoc dici potest, qui iure communi vsus est. l. non videtur. C. de integ. restitutio. minor. & l. 6. in fine. titu. 19. part. 6. & textus optimus in l. inter eos. §. cum inter. D. de fideiussor. quem explicat Tiraquellus de retract. ligna. ad finem tituli. numer. 54. quod ita teneo ea sola ratione subnixus: quicquid in contrarium sit elegantissima Caroli Molinæi resolutio in Consuetu. Parisien. titu. 1. §. 22. nume. 35. in 6. quæstione. vbi hanc nostram doctissimè tractat, verum illam rationem, qua ego præcipue moueor, dereliquit.

Prædictam autem resolutionem intellige, * vbi minor validam de iure venditionem contracterit, vt quia curatorem non habens rem mobilem vendidit: quo casu rectè tenet & valet venditio, sed læsus in pretio vel alio modo,

restitui potest intra legitima tempora, iuxta textum in l. si curatorem. & quæ ibi doctores notant C. de in integ. restit. minor. Ceterum si rem immobilem vendat non seruata solennitate legis alter rerum minoris venditionem irritantis, vt in l. lex quæ tutores. C. de adm. tutorum. & l. 18. titu. 16. part. 6. venditio nulla est de iure, quia lex ei resistit. l. cum lex venditionibus. & quæ ibi notantur. D. de fideiussor. quemadmodum quoque & nulla est, si curatorem habens minor sine eo vendiderit qualemcunque rem etiam mobilem, iuxta doctrinam prædicti textus in dicta. l. si curatorem. vnde consequitur, quod istis casibus nulla decima debetur, quam ex venditione nulla non deberi supra resoluimus numero. 1.

Sed illud hic optimè dubitatur, * quid iuris erit, vbi minor venditiones illas, quas nullas esse diximus, iurauerit obseruare, iuxta textum in Authent. sacramenta puberum. C. si aduersus venditio. & certè ista dubitatio pendet ab ea celebri quæstione Doctorum, quæ habet, an in materia textus in dicta Authent. sacramenta. iuramentum minoris duntaxat iubeatur & debeat obseruari: an verò & contractus quoque ipse, qui aliàs erat inualidus, confirmetur, & robur validitatemque accipiat ex iuramento. Effectus ille est maximus, quod si iuramentum duntaxat obseruandum sit, contractus autem remaneat in sua inualiditate, prout fuit Christophori Porcij sententia in §. extraneis. in fin. Instit. de hered. qualit. vbi additio Iasonis latè differit, & sequuntur

plures, quos refert Ioā. Gutierrez in dicta Authen. sacramenta puberum. nu. 24. cum sequentibus. dicendum erit, ex tali venditione etiam iurata gabellam non deberi, ea ratione, quia si contractum venditionis inspicias, inuenies eum nullum esse, & succedit regula supra tradita nu. 1. & nu. præced. Si verò iuramentum interpositum attendatur, scitum est ex eo iuramento decimam peti non posse, quæ non nisi ex venditione & permutatione deberetur, vt diximus supra cap. 1. num. 35. Quod si nedum iuramentum obseruari iubeatur in dicta Authentica, sed & contractus ipsi ex iuramento ita firmantur, ac si nulla eis obstaret civilis dispositio, firmique ita sint, prout est verior & praxi receptior sententia Martini Doctoris antiqui, quem communiter omnes sequuntur ex latè resolutis per Couarru. in capit. quauis pactum. 2. parte. §. 1. ex num. 7. de pactis. lib. 6. & Ioan. Gutierrez vbi supra num. 20. minime dubitare licet, quin Regalis decima debeat ex tali venditione iurata, non minus quam ex quacunque alia validissima, prout in specie tenet Didacus à Segura in. l. 1. §. si vir. num. 157. versic. nonò, nemo præsumitur. D. de acquiren. possess. ex quibus obiter notabis alium & hominum effectum, qui resultat ex prædictarum opinionum diuersitate, præter alios, quos prædicti Doctores considerant apud Couarru. in dicto loco. & Ioan. Gutierrez vbi supra num. 26.

Igitur generaliter teneo ex prædicta illa communi opinione, quod ex quacunque venditione per minorem contracta iuxta ma-

teriam & confirmationem textus in dicta Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. decima soluenda est gabellario. Præcipue, quia licet vera esset illa Portij sententia, a qua communiter magis disceditur, vt dixi, adhuc quidem quo casu ea venditio saltem de facto procederet propter vim iuramenti obseruari, decima soluenda foret, ex regula iuris, quæ habet, 47 quod* si aliquid de iure nõ tenet, & ex facto feruatur, perinde est iudicandum, ac si de iure fieret, prout ex glo. in. l. 1. verbo. noui iuris. in fine. D. quod quisque iuris. & alijs, tradit Cassaneus in Consuet. Burgun. Rubr. 4. verbo. la femme foit. §. 1. glo. ne aüssi par testamēt. fol. 130. col. 1. quæ est elegans doctrina, & proderit ad multa in hac materia.

Sed & in proposito optima illa est & elegans quæstio: * quid si minor vendidit eo pacto, vt emptor gabellam solueret: & postquam emptor soluisset iuxta nota infra cap. 15. num. 11. minor ipse restituatur aduersus venditionem, an emptori resarcire debeat damnum gabellæ solutæ? cuius quæstionis resolutio pendere videtur ab ea communi distinctione Doctorum,* quæ habet, quod 49 quando minori conceditur restitutio, sic demum & aduersarij ius in pristinum quoque statum reponitur, si sui facilitate læsus appareat minor: atque ita procedere regulam. l. vnica. C. de reput. quod si dolo aduersarij fuerit circumscriptus, minori duntaxat restitutio prodest, non aduersario, prout ex l. qui res suas. §. huic applicatur. D. de solutio. colligunt Baldus, Paulus, & Alexander, quos refert

refert Bernardus Diaz regula. 219. versi. tertius est. iuxta quam communem distinctionem satis apparere videtur, quid dicendum sit in hac quæstione: * Sed certe ea 50 communis doctrina valde iniqua visa est Bernardo Diaz vbi supra, & maxime restringit regulam dictæ. l. vnica. C. de reputatio. Vnde ipse contrarium tenet esse verius: immò quod, vt cunque minor siue sui facilitate, siue dolo aduersarij læsus sit, petita ab eo restitutio omnia in pristinum statum reponat, & vnusquisque ius suum recipiat, vt dicit dicta. l. quod si minor. §. restitutio. D. de minorib. nec obstare textum existimat in dicta. l. qui res suas. §. huic applicatur: quia, inquit, speciale est ibi in datione in solutum, vt re minori restituta, creditor, qui minorem circumscriptus, debitum non recipiat, & ratione differentie conatur assignare. Ego* autem minime percipio, quæ 51 sufficiens ratio mouere posset Iurisconsultum Paulum in dicto. §. huic applicatur. vt debitum suum denegaret creditori, & pretium emptori concederet in dicto. §. restitutio. ea enim, quæ Bernardus considerat vbi supra, parum mouent, licet verè concludant dationem in solutum non omnino veram venditionem esse, de qua re egimus supra cap. 7. tamen si verum est, quod si ego emptor minorem decipio, vt vendat rem suam mihi paruo pretio, quod ei soluo, minore postea restituto ipse recuperò pretium, & rem restituo. in dicto. §. restitutio. qui fieri potest, quod si decipio illum, vt pro paruo debito, quo erat mihi obligatus, rem maioris pretij

soluat: eo restituto aduersus solutionem, & re sua minori reddita, non ego quoque meum debitum percipiam? quod si dicis, vt videtur velle Bernardus, quod in isto casu posteriori minor dedit rem ex necessitate, & sic quasi coactus magis faueri debet: insufficientis est dictum hoc, quia id procederet quando ex sententia iudicis soluisset minor facta executione in illa re: & tunc nullus esset creditoris dolo, qui auctore prætoris ageret & possideret, & sic essemus extra terminos textus in dicto. §. huic applicatur. Secus verò cum ipse minor sponte sua soluit, dolo tamen creditoris circumscriptus: quo casu non magis ex necessitate soluere dici potest, cum rem indebitam pro debita soluit, quam cum rem vendit. Atque ita quoad rem, de qua agitur, nullam putò dari posse sufficientem rationem differentie inter minorem vendentem ex dolo emptoris, & minorem soluentem rem pro debito ex dolo creditoris: vnde si verum est, quod in casu textus in dicto. §. restitutio. emptor recuperat pretium suum quamuis ex dolo eiusdem minor vendiderit: dubium mihi esse non potest, quin & in casu dicti. §. huic applicatur. restituendus quoque sit creditor ad suum debitum reddita re; quæ a minore fuerat soluta. Et quod textus in dicto. §. restitutio. procedat etiam quando minor fuit dolo emptoris circumuentus; ego planissimum putò cum Bernardo Diaz vbi supra: prout satis denotat generalitas textus in dicto. §. restitutio. & regula dictæ. l. vnica. C. de reputatio. & aperte conuincitur

tur ex illo verbo, circumscribitur, de quo in dicto. §. restitutio. quod per translationem alterius doli, fallaciam, & machinationem significat, non minoris facilitatem duntaxat, ut constat ex Calepino in dictionario.

Hoc ergo ut verissimo supposito tam ad iudicandum, quam ad consulendum, quia sic ius & equitas suggerit, * Reliquum est respondere ad textum difficilem in dicta. l. qui res suas. §. huic applicatur. D. de solution. per quem Doctores omnes contrarium tenuerunt: & nec ipse Bernardus negare potuit communem sententiam procedere in speciali casu illius legis: ego autem statim ac intentum Iurisconsulti Pauli à principio legis consideravi, intellexi doctores omnes multum aberrasse in acceptione illius textus in dicto. §. huic applicatur. Nec Iurisconsulti mentem satis intellexisse. Igitur ut intelligas, animaduerrere debes, quod Paulus Iurisconsultus à principio legis agit & disputat, quando contingat obligationis liberatio resoluta, sic ut obligatio finiatur ac pereat: & inquit, quod si rem debeas, * eam talem soluis, quod in certum sit, an remanebit perpetuo efficaciterque apud creditorem, liberatio non contingit à principio, & sic si res soluta creditori auferatur, illi remanet pristina actio ad rem debitam, quasi nunquam fuerit extincta: idque contingit, quando soluta est res alij sub conditione legata, vel statuliber, vel res alia, quæ prius alteri obligata esset. Sed prosequens materiam Iurisconsultus, inquit diuersum esse, si res libera & prout esse debet,

creditori soluat: quia cum tunc obligationis liberatio contingat re bene ac rite soluta, non remanet illi vlla actio, quæ semel per debiti solutionem extincta & perempta fuit, quamuis ex accidenti res illa soluta auferatur creditori: quod contingit in specie casus, quem ponit I. C. in §. diuersum. eiusdem legis. Item addit, quod huic ultimæ speciei ille casus applicatur, cum scilicet minor rem maioris pretij creditori suo soluit pro minore debito: quia tunc, cum statim contingat obligationis liberatio re bona & libera volenti creditori soluta, ex regula textus in Princip. Instit. quibus modis tolli. obliga. quamuis minor propter læsionem in integrum restituatur aduersus solutionem, nulla remanet pristina actio creditori ad suum debitum, quæ iam semel extincta fuit ex regula textus in eadē l. qui res suas. §. arcam. ibi. *In perpetuum enim.* Quin autem per restitutionem ius suum creditori conferuetur ex alia regula dictæ. l. vnica. C. de reputatio. nec negat, nec agit ibi Iurisconsultus tanquam impertinens ad suum intentum: nec ego dubito, aut vllus doctorum dubitare debuisset: quia in dicto §. huic applicatur. & tota ea lege solum agit Iurisconsultus de stricto iure, & viribus prioris actionis post solutionem factam: & in hoc solum concludit, quod semel actio extincta est, & minimè potest renasci eadem, quicquid restitutio concedatur minori, & per eam ius suum recuperet creditor ex dicta. l. i. C. de reputatio. Atqui postquam hæc iam diu scripseram nullo verbo addito vel

to vel diminuto, vidi elegantem commentarium Francisci de Caldas Lusitani in l. si curatorem. C. de integr. restitutio. minor. verbo. implorandum: ex principio. ex cuius docta resolutione hæc nostra magnopere comprobatur, licet non omnino satis explicuerit textum in dicto. §. huic applicatur: Igitur, ad propositam quæstionem redeundo, dicendum est, quod cum illud, quod decimæ nomine emptor soluit ex pacto venditionis: pars pretij sit, ut dicemus infra capite. 15. per totum. istud cum reliquo rei pretio restituet minor, eiusque damno illa decima imputabitur, prout alias de iure est ex supra resolutis.

Illud autem dubitare non licet, * quod si minor in emendo fuerit circumscribitur, & in integrum restitutus, reddita re venditori, pretium suum consequatur iuxta superius tradita, adhuc decima à venditore debeat, nec soluta condici possit: quia rescissa quidem per iudicem vi restitutionis, non ipso iure resoluta venditio est, prout in simili venditione per redhibitoriam, vel remedio læsionis ultra dimidiam rescissa, diximus supra hoc eodem capite nu. 10. & 13.

54 Immo * si, dum è conuerso minor in vendendo circumscribitur, contingat, illum emptorem alij vendere, sic ut per plures personas illius rei emptio ambulauerit, & per mille manus transierit: ac propterea minor restitutus contra vltimum possessorem, venditiones omnes rescindat, remque ipsam consequatur, iuxta notata in l. in causa. §. fina. D. de minor.

ribus. cum ijs, quæ tradit Pinelus in. l. 2. in. 2. parte. capit. 1. nume. 33. & 34. C. de rescinden. vendi. minimè dubium est, quin tot decimæ debeantur, quot illius rei venditiones intercesserint: quia verè illæ omnes venditiones valuerunt, quod sufficit gabellario, licet postea rescindantur ex prædicta ratione: & tunc quilibet emptor, qui alij vendidit, præter primum, ad autorem suum reuertetur, ut docet Iurisconsultus in l. sed vbi restitutio. D. de minori, gradatimque ita fiet, ut damnum totius gabellarum summæ ad priorem emptorem, qui minorem circumuenit, conuertatur, totumque ipse luat ex toto titulo. D. de euictioni. cum materia: quod est vtile animaduerrere: & faciunt quæ resoluimus supra capite. 13. ex numero. 24. circa retractum sanguinis.

Præterea tractatum huius capituli prosequendo, norandum est quod * bene tradit Ioannes Parladorius dicto libro rerum quotid. capite. 3. §. 5. nume. 41. scilicet, quod si venditio aut permutatio doli mali metusve causa rescissa fuerit, adhuc Regia gabella debetur: sed eum respicere illud onus, qui metum dolumve dedit & fecit: etenim eæ actiones totum factum in pristinum statum reducant. l. illud verum est. D. de eo, quod metus causa: & l. arbitrio. D. de dolo. Quod autem decima ex ea venditione sic per dolum aut metum contracta debeat, satis aperte constat: licet Parladorius non explicet, & licet contrarium tenuerit Montanus in. l. 3. glos. fina. titu. 10. libr. 3. Fori. constat (inquam) quia, quamuis si libet

liber esset venditor, non vendisset, tamen coactus verè vendidit, & venditio tenet, vt satis probatur ex l. si mulier. §. si metu. D. quod metus causa. vbi glossa tradit, quod voluntas coacta voluntas est: de quo vide. l. fina. titu. 1. 1. parti. 3. & Gregorium Lup. in l. 28. titu. 1. 1. part. 5. & qualiter hoc debeat intelligi, tradit Didacus Couarruu. de sponsalibus. 1. parte. capit. 4. nume. 11. & nominatim in venditione per metum facta, quod ipso iure valeat, quamuis rescindenda sit, scripsit glossa in l. 1. C. de rescinden. venditio. & Gregorius Lupus in l. 57. titu. 5. partita. 5.

In quo puncto & materia ad uertere debes, * quod cum ex venditione nulla, gabella non debeatur, prout est omnium communis sententia ex l. 2. C. de Eunuchis. & diximus supra nume. 1. asseuerandum est, quod si talis sit dolus, vt dederit causam contractui, decima non debetur ex ea venditione: & isto casu erit vera sententia Montalini in dicta. l. 3. glossa fina. in fine. titu. 10. libr. 3. Fori. nullumque ita onus ex ea causa ad dolosum pertinebit, prout generaliter & sine distinctione pertinere Parladorius existimauit vbi supra: Etenim eo casu nulla venditio est ipso iure. l. & eleganter. §. hoc enim. D. de dolo. cum qua est dicta. l. 57. vbi Gregorius Lup. titu. 5. part. 5. de qua re vide Iasonem in §. actionum. nume. 32. & ex nume. 36. Instit. de action. Couarruu. in regu. possessor. 2. parte. §. 6. numer. 6. & Bernardū Diaz regu. 200. & Didacū Peretium in Rub. titu. 2. lib. 8. Ordinam. pagi. 30.

57 colum. 1. * Quod intellige verum, nisi is, qui dolum passus est, voluerit stare venditioni, quia tunc & venditio tenet ex resolutis per Peretium vbi supra: & gabella debetur sine dubio, vt ego considero. Illud autem subdifficile est, cui gabellario debeatur decima, si eueniat, quod alius sit eo tempore, quo per dolum contracta venditio est: alius verò, cum circumuentus se stare contractui declarauerit, prout stare potest ex glossa in dicta. l. & eleganter. verbo. nullam. & iam diximus: At qui cum à principio nulla sit venditio, apertissimi iuris est, vt secundo gabellario debeatur decima, quasi eo tempore efficax esse incipiat venditionis contractus: sicque ex eo tempore decimæ obligationem incipere necessarium sit, & non antea ex resolutis supra cap. 3. quod clarius procedet, vbi ipse venditor, qui gabellam daturus est, fuerit circumscriptus: cum ex istius parte magis dici possit, nulla venditio esse, quam ex parte emptoris, qui alterum circumuenit. Quæ omnia mirificè confirmantur ex resolutis per Tiraquellum de retract. ligna. §. 1. glo. 10. quæstio. 14. præcipue num. 70. Idemque erit obseruandum, * quando venditio per minorem nulliter contracta absque solennitate legis, de qua in l. lex quæ tutores. C. de administ. tuto. adueniente maiori ætate per lapsum quinquennij confirmatur iuxta l. fina. & quæ ibi notantur. C. si maior factus. quia cum eo casu vt ex nunc per tacitam rati habitationem venditio illa validetur, præsentis gabellario debetur decima ex resolutis per Franc. de Caldas Lu

sita

stantum in l. si curatorem. verbo. infra legitimum tempus. num. 21. C. de in integ. rest. mi.

59 Ex prædictis eleganter inferri potest, * quod si pupillus emat, aut vendat sine tutoris autoritate, cum eo casu ex pupilli parte dicitur claudicare contractus, quia ipse non obligatur, alter verò obstrictus manet. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. D. de actio. empti. & tex. in prin. Instit. de autor. tuto. statim non debetur decima, quia nulla venditio est, vt notat & resoluit D. Fran. Sarmientus de reditib. Eccles. 1. part. cap. 2. nu. 17. cum venditio sit contractus vtrò citroque obligatorius, iuxta l. labeo. §. contractum. D. de verb. signi. & ipse pupillus efficaciter obligari nequeat, sic vt multi putent, nec naturalem contra eum, etiam pubertati proximum, obligationem nasci, reiecta communi distinctione Bartoli in l. 1. in. 2. lectura. C. de sacros. Eccles. nume. 18. & in l. 1. vbi Paulus & Imola. C. de nouatio. cuius prioris sententiæ est Alciatus in l. pacta, quæ contra. prope finem. C. de pactis. & alij nouiores tenuerunt, de qua re latè disputat Franci. de Caldas in dicta l. si curatorem. verbo. non absimilis. ex num. 25. C. de in integ. rest. mi. ille autem, qui cum pupillo contraxit, in id obligatus manet, vt si ex autoritate tutoris denuò accedente, pupillus velit stare contractui, efficax efficiatur venditio quasi renouata, & modò perfecta fiat etiam sine nouo consensu alterius, vt probat textus elegans in l. si id quod. ibi: *Renouata venditio efficit, vt inuicem obligati sint.* D. de rescinden. venditio. * Igitur si modò accedente nouo pupilli co-

sentu ex autoritate tutoris, claudicans & quæ verè nulla erat, venditio perficitur: modò quoque debetur decima, & huic vltimo gabellario, non primo, si diuersi fuerint pro diuersis temporibus gabellarij seu domini: in quam rem optimè facit quod tradidimus supra cap. 3. & apertius procedet, vbi pupillus fuisset venditor: quia cum sine autoritate tutoris minime obligari poterit, & ita ex sua parte claudicaret venditio, dicta l. Iulianus. §. si quis à pupillo: quis dubitabit vnquam, quin decimam non debeat, donec ex nouo consensu efficaciter obligetur ad venditionem: quod est perutile & elegans.

61 Vltimò illa est utilis, nec omitenda questio: * quis petit coram iudice publici cuiuspiam instrumenti executionem fieri pro certa quantitate in bonis sui debitoris, iuxta formam l. fina. titu. 21. libr. 4. Recopilatio. Ac tandem ab eodem iudice causa cognita ea sententia fertur, quam *De remate* vulgus appellat, à qua reus condemnatus ad superiorem prouocauit, & nihilominus bona eius venduntur in subhastatione publica, vt ex pretio satis fiat creditori, illiusque venditionis decima exacta est per fiscum aut gabellarium ex resolutis supra capite. 7. nume. 54. Caterum cum debitor appellationem suam prosequeretur, factum est, vt priore reuocato iudicio meliorem sententiam fuerit consecutus, & prout fieri solet, ita à superiore iudice pronunciatum, quod prædicta executio ab inferiori facta & sententia ab eodem prolata, nulla, iniusta, ac proinde reuocabilis de-

cla-

claretur, & ita cautum vt omnia bona sua condemnato reo liberè restituantur absq; vllis impensis: quæ situm sæpè est, an prædicta decima, quæ semel gabellario soluta fuit, ab eodem tanquam indebita repetatur per creditorem exequentem, aut debitorem absolutum, quisquis eorum gabellario soluisset. Et istam quæstionē ferè in eisdem terminis disputavit Abbas Panor. consil. 69. incipit, Christi cuiusque matris. lib. 1. consilio. vbi cum statuto Senensi caueretur, vt si quis in iudicio pro executione alicuius debiti rem aliquam immobilem accepisset, gabellam talis rei soluere teneretur, scilicet denarios octo pro libra: & factum esset, vt quis eo modo rem aliquam obtineret per sententiam iudicis exequentis, à qua fuerit prouocatum, & per iudices appellationis sententia inferioris fuerit reuocata, irritantes & annullantes omnia, quæ ab eodem iudice facta fuissent, ac proinde creditor rem illam, quam accepisset, vigore huius vltimæ sententiæ debitori restituisset, prout in nostra quæstione factum esse supponim⁹, quæ situm est, an gabella illa non deberetur, vel soluta esset repetenda: & consuluit Abbas, non deberi, & solutam repetendam esse, ea potissima ratione: quod subsæcuta appellatio effectum latæ sententiæ suspendisset, siue extinxisset, iuxta l. 1. in fin. D. ad Turpillia. & l. furti. D. de his, qui nota. infra. & quæ cõmuniter notat Canoniste in Rub. de appellatio. & in capit. venientes. de iure iura. atque ita ille creditor nunquam cum effectu rē illam immobilem habuisset. q̄ idē tenuit Soci. consil. 76. vol. 1. quem

refert & sequitur Aegydius Bossi in tit. vectigal. pro quibus reb⁹ soluitur. & meminit quoq; Alcia. in l. cepisse. D. de verb. sig. q̄ quidem vel maiori ratione dicendum videtur in nostro casu: etenim sententia illa reuocatoria iure appellationis à superioribus pronūciata sic priorem inferioris sententiam annullauit & extinxit, vt retrorsū nihil iure factum esse intelligatur: nā appellatio reducit causam ad illum pristinum statū, in quo erat causa principalis ante sententiam, vt est tex. & ibi Barto. Bal. & doctores communiter in l. ita demum. C. de procur. & tradit Maranta de ordine iudiciorum. part. 4. dist. 6. num. 25. ac per consequens videtur, venditionem illam bonorum debitoris sic esse retrorsū resolutam, ac si nunquā à principio fuisset contracta: etenim apud quemcunq; possessorem bona illa inueniantur, absoluto reo restituntur, perinde ac si nunquam vendita essent, nec à dominio ei⁹ exiuisissent, iuxta textum in l. cum ex causa iudicati. D. de appellat. & l. Chyrogaphis. §. fina. in fine. vbi benè explicat Bartolus. D. de administrat. tuto. apparetque ita gabellam ex ea iudiciali venditione solutam, indebitam fuisse, instar illius, quæ ex ea vèditione soluitur, cui⁹ resolutiuū pactum postea adimpletur, iuxta ea quæ supra resoluius hoc eod. cap. nu. 19. Nā generale est, vt ex venditione nulla, Regalis decima non debeat iuxta communem sententiā, de qua supra in princ. istius cap. nu. 1. & faciunt notata per Auenda. de exequent. manda. 1. part. cap. 17. nu. 10. versic. quæ dicta sunt. vbi resolut in terminis quæstionis nostræ nec deci.

decimam executionis alguacello deberi.

Doctores tamen Xuarez de pace in sua præctica. 1. tomo. parte. 4. cap. 17. num. 13. contrariam sententiam affirmat, dicens: quod immo, licet executionis sententia, quam de remate supra nuncupauimus, appellationis iure fuerit reuocata, adhuc gabella, quæ semel ratione subsæcute iudicialis venditionis debita fuit, vt verè debitam esse diximus supra dicto cap. 7. num. 54. repetenda non est, nec auferenda gabellario, quin potius creditor male exequenti imputanda cum aliis litis expensis. Id quod duplici ratione confirmat: cum quia ius fuit gabellario quæsitum, & absque eius facto tolli non potest, iuxta l. id quod nostrū D. de regu. iuris. & l. fina. D. de pactis. tum quia vèditio pignorum tenuit, etiam si creditor dolo malo, vel mala fide vendiderit l. si cessante. C. de distrah. pignor. & l. i. C. si vendito pignore. Verū tamen nemo crit, qui non videat parū firmas esse has rationes, si consideret ius quæsitum esse gabellario ex ea iudiciali venditione ad gabellam eodē modo, quo ipsi emptori ad res emptas & subhastatas, scilicet reuocabiliter, non firmiter: sunt enim omnia appellationi obnoxia, per ea, quæ supra diximus pro sententiā Abbatis: nam cum vigore latæ sententiæ venditio illa bonorum per iudicem fuerit celebrata, & per appellationem ius sententiæ fuerit suspensum siue extinctum, ex dicta l. 1. in fine. D. ad Turpillia. dubium non est, quin & venditio ipsa eodem morbo laborare videatur, ac proinde nullum ius firmū

gabellarium & emptorem fuisse consecutos, sed reuocabiliter, vt benè ait text. cum sua glossa in l. si quis. §. quod si quis. D. de iniurto rupto. & optimus textus in dicta l. Chyrogaphis. in fine. ibi. *Vt obnoxius priori sententiæ esset.* vbi benè notat Bartolus. cessatque ita regula prædicta l. id quod nostrū. de reg. iuris. quæ planè in iure irreuocabiliter quæsitio locum habet, vt diximus supra nu. 26. cum seq. Nec cetera iura à prædicto doctore allegata parem rationem habere videntur cum nostro casu: etenim in prædicta l. si cessante. & dicta l. 1. C. si vèditio pignore. nullum ius est, quod retrorsum operetur, venditionē semel celebratam aliqua ratione resoluens, sed ex nunc potius venditio rescinditur, ppter deceptionem in pretio: quo casu dubitari nequit, quin adhuc gabella debeat, & soluta non repetatur, prout in terminis l. 2. C. de resc. vendit. supra resoluius hoc eodem capite num. 13. At hic agimus de venditione copellationis iure resoluta, q̄ retrorsū sic operatur, vt nullo tempore intelligatur iudicis inferioris sententia, à qua prouocatum fuit, vires aliquas habuisse, id enim est quod dicimus iure appellationis esse suspensam: ac proinde cetera omnia, quæ virtute illius facta sunt, nullius extitisse momenti, & perinde quatenus de facto processerint, esse reuocanda, prout superiorum iudicum sententia attestatur, & tradit textus in dicta l. cum ex causa iudicati. D. de appellat.

Sed certè, quamuis hæc ita vera sint, adhuc in eā sententiā sum, vt existimem, vix obtinendum fore, vt gabella ista non soluitur,

vel repetatur soluta, ea præcisa & inevitabili ratione, quia quæ supra consideravimus pro opinione Abbatis, locum habent in sententia ipsa executionis, quam de remate dicimus, quæ verè nulla & iniusta, scilicet non observatis legibus executionis modum præscribentibus, per iudicem ferri potuit: At ubi semel iudex de adiudicatione, seu de remate (vt hispanè loquar) vtcunque iudicavit, Regia lege cautum est, vt bona debitoris pluris licitanti omnino vendantur, & creditori satisfiat, non obstantè debitoris appellatione vel quocunque alio iuris remedio contra sententiam per eundem allegato, vt expressè tradit dicta l. fina. in fine. ibi. *sin embargo de qualquier appellacion.* tit. 21. lib. 4. re. copilatio. & l. 3. in fine ibi, *o qualquier nullidad, que cõtra la dicha execucion y remate se allegare.* eo. ritu. & libro. Itaq; quamvis iure appellacionis, vel nullitatis intentandæ dici queat, sententiam finalis additionis fuisse suspensam, & postea per superiores iudices ratione nullitatis aut iniustitiæ reuocatam, nullum vnquam effectum habuisse, ac si lata non esset, per superioris resoluta: id sanè de venditione subsecuta dici non potest, quia iuridicè & ex forma legis regie celebrata est, ac perindè dici non potest, quin valida semel fuerit, & Regali decimæ locum fecerit, quicquid postea per superiorum sententiam rescindatur, ne iuste prouocanti nocere valeat, iuxta textum in dicta l. cum ex causa. D. de appellatio. Ac per consequens cum venditio ista retrò non resoluitur, aut nulla fuisse declaretur a aliquo iure, sed ex nunc potius res-

cindatur & reuocetur, id sine præiudicio gabellarij vel fisci intelligendum est, vt in damnum male exequentis cedat, quia sufficit semel legis gabellariæ conditionem existere, quamuis non durer, vt generaliter in hac materia supra resoluius hoc capitulum. 10. Sed & vltèrius in hoc resolutæ venditionis proposito, tria ad iudiciale præxiu animaduertenda sunt: * Primum, quòd si in quocunque casu de his, quibus dixi vel propter nullitatem, vel propter resolutionem contractus, decimam non deberi, solutamque posse repeti à gabellario: his controuersiaque moueat inter contrahentes, & tandem de nullitate vel tali resolutione sententia feratur: si queras, an nõ dero debeat gabellario, resoluendum fore in hunc modum: Quod si sententia est arbitraria, vel per contumaciã alicuius contrahentis lata, non facit ius contra gabellarium: si autem est sententia contradictoria, & sic causa plenè cognita pronunciata, ius facit contra gabellarium & fiscum, quia cum legitimo contradicatore lata est: nec erit admitendus gabellarius, etiam si citatus in lite non fuisset, si velit à sententia appellare, aut alia quacũq; via contra eam agere vel excipere, nisi collusionem contrahentiũ in facto opponat & probare offerat: aliàs tenebitur iuxta latã sententiã de nullitate contractus, receptã decimã restituere venditori prout eleganter resoluit Molin⁹ in questione simili, in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. quæst. 5. ad fin. nu. 34. Secũdũ est, * quòd p̄dẽte lite super nullitate venditionis permutatio nis vè inter ipsos contrahentes, non

po-

poterit interim gabellarius, donec lis finiatur, gabellam ex ijs cõtractibus petere: quia non constat adhuc eam deberi, vt notat Fran. de Caldas Lusitanus in prædicto commentario ad l. si curatorem. verbo. infra legitimum tempus. nu. 14. C. de in integ. rest. minor. & videtur voluisse Io. Parladorius lib. re. quot. capitu. 3. §. 7. num. 48. vers. conuenienter.

Tertium & vltimum est: * quòd quando venditio est nulla propter dolum venditoris, vel metum ab eo illatum, vel propter simulationem contractus, quibus casibus nullam esse venditionem constat ex supra resolutis, ac proindè decimam non deberi palam est: si gabellarius decimam petat à venditore, fundatam habebit intentionem suam ex prædicta venditione de facto procedente: nec audiridebebit venditor cõtra gabellarium allegans venditionem nullam esse ex dolo, vel metu, vel simulatione, quia allegabit turpitudinẽ suã, quod nec agendo, nec excipiendo licitum, cui quam est, cum nemini debeat delictum patrocinari l. si seruus plurium. §. 1. de legat. i. & l. transactione. cum notatis. C. de transact. & l. mercalem. C. de cond. ob turp. cau. nisi in vno solo casu, quo iam per sententiam iudicis inter partes formales latam (iuxta ea quæ supra diximus in primo notabili numero. 62.) cõtractus venditionis nullus esse fuerit declaratus: tunc enim propriam turpitudinem ab alio iam detectam poterit venditor allegare, excipiendo quidem contra gabellarium petentem decimam, quia tali casu liquidò constat indebitam eam esse, iuxta doctrinam

Bartoli in l. ius iurandum, quod ex conuentione, §. procurator. D. de iure iura. & ibi per Iafò. & alios & per Canonistas in capit. inter dilectos. de donatio. Secus autem erit, si venditor eam suam turpitudinem etiã ab alio detectam allegauerit agendo contra gabellarium, reperens ab illo vt indebitam decimam, quam soluisset: semel, quia cum sciens indebitam esse, eam soluerit, repetere non potest ex l. 2. cum notatis. D. de cond. indeb. tum quia fundat intentionem suam in suo dolo & turpitudine, quod nullatenus licitum est ex eadem doctrina Bartoli in dicto §. procurator. iuxta quam resolutionem limitandum & intelligendum est, quòd indistinctè respondit Ioan. Parladorius vbi supra. §. 3. in fine. & vide Carol. Molinæum in dicto §. 32. quæst. 11. numero. 55.

Summa capituli decimi quinti.

Quis iure communi & Regio gabellam debeat, scilicet an emptor, vel venditor, disputatur.

1. I. debet. D. de adl. edicto non probat cõmunem allegationem: & tota lex ex f. de historia. eleganter declaratur.
2. Exponitur eleganter. l. 2. C. de eunuchis. & l. si quis ab alio §. cõ. publicanus. D. de calumnia.
3. Procuratore vendente suo nomine, vel simpliciter, non expresso nomine domini, aut officij, commemoratione facta, ipse tenetur ad gabellam.
4. Procuratore vendente expresso nomine domini.

Bb 2

ne domini, ipse dominus obligatur, & conueniendus est pro gabella, non procurator.

Nuntio vendente, dominus tenetur ad gabellam, exposita l. 8. tit. 17. lib. 9. Recopilat.

Ampliatur decisio, de qua supra numero. 5.

Inferitur elegans declaratio ad l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop.

Ei quod casu procurator ad gabellam tenetur, ut supra numero. 4. privilegium domini seruandum est: vel si nullum habet dominus, procuratoris privilegium non procedit.

Rei vendita per decretum iudicis exequentis, debitoris privilegium & exemptio seruari debet.

Traditur quis sit potentior persona in materia dictae l. 32. Recopilationis.

Qui vendit franco pretio, an adhuc ad decimam conueniatur.

Traditur ratio l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

Resoluitur questio, de qua supra numero. 11.

Traditur communis expositio ad l. 2. tit. 1. lib. 9. Recopilat. & ibidem taxatur.

Reprehenditur Baldus in expositione dictae l. 2.

Traditur verus intellectus ad dictam l. 2. tit. 1. lib. 9. Recopilat.

Si quis quibus exemptus erat a gabella Regie solutione, fundum vendiderit franco pretio, non ideo poterit illius venditionis decima ab emptore peti.

Item iuris est, quamuis venditor non sit exemptus, si tamen ipsemet est gabellarius.

Quod si gabellarius simpliciter rem venderet & nihil de gabella actum est, recte poterit ille emptor gabella-

rius decimam sibi ex pretio decedere.

Cum quis vendit franco pretio, nondum decimam pretij conuenit, sed & subdecimam quoque tenetur soluere.

Resoluitur elegans quaedam consideratio & difficultas in ea re.

Exponitur textus in l. finali partem cum sua materia. D. de contrah. empt.

Si quis vendit mensuram tritici, vel cuiusuis rei, legitimo taxatoque suo pretio, ac deinde aliquo pacto in fauorem venditoris alienato, legem transgreditur.

Exponitur textus in l. si venditor, cum lege sequenti. D. de seruis exportandis.

Emendatur communis allegatio textus in predicta l. finali partem. D. de contrah. empt. & tota resolutio ad materiam Regalis decimae applicatur.

Si quis vendit triticum legitimo pretio, eo que franco, legis Regiae transgressus est utroque foro, contra Ludovicum Mexicam.

Declaratur dictum quoddam Petri Rebuffi, quod male accepit Mexicam ubi supra.

Traditur elegans & necessaria doctrina qualiter onus emptori vel venditori adiectum per venditionis pactum, pretium conuenitum augeat vel minuat, aut non, ad computationem decimae.

Colligitur summaria quaedam resolutio ex predictis ad materiam totius capituli declarationem.

Satisfit fundamento Mexicam ad id de quo supra num. 25.

Traditur ratio decidendi ad Motum Proprium Pij Quinti super forma creandi census, in quadam eius parte.

Aliquando pactum pars rei est in venditione, non pretij: quod ad maximum effectum pro gabella declaratur.

Exponitur iterum dicta l. fundi partem.

Aliquando pactum nec pretium, nec rem auget, sed rem ipsam minuit: quod ad effectum gabella conducit.

Queritur, an ex pacto de quo in l. insulam. D. qui potiores in pigno. habea. Regalis decima augeatur.

Traditur communis resolutio circa acquisitionem pensionis seu mercedis, cum res locata a domino venditur.

Duae regulae traduntur a I. C. in l. Iulianus. §. si fructibus. D. de actio. empti.

Late exponitur text. in dicto §. si fructibus versic. si in locatis.

Dilatatur quaedam difficultas.

Exponitur late l. finalis in principi. D. de iure fisci.

Ampliatur resolutio, qua colligitur ex dicta l. fina.

Exponitur text. & materia dictae l. finalis.

Notatur primus doctorum error in ea materia.

Notatur secundus error.

Notatur tertius, & quartus, & quintus error, numero. 45. & numero. 46.

Resoluitur questio, de qua supra numero. 34.

Qualiter pactum, de quo in dicta l. Iulianus. §. idem Iulianus. pretium rei augeat, eleganti distinctione declaratur.

An preces in venditione decimam & pretium augeant, vel minuant.

Qualiter vis & coactio in venditione pretium minuat, ad effectum decimae declaratur.

De eo, qui franco pretio vendit, vel alius pactis.

CAPVT. XV.



Icet satis, ex superioribus capitibus constat, integram decimam venditionis hodie a venditore deberi, vt aperte decidit l. 2. in quat. gabella. & l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. sciendum est, quod ius istud non ita semper obseruatum fuit in his Regnis: quin immo antea statutum erat, vt emptores & venditores simul pro dimidia parte Regiam gabellam penderent, ac deinde postea tota ipsa decima venditoribus imposita fuit, vt refert l. 1. in prin. in quat. gabella. quod non sine exemplo factum esse diximus supra in praefatione num. 16. De iure autem communi integram gabellae onus generaliter emptori Doctores attribuant, vt resoluit Caro. Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 23. num. 7. qui recte ait, non illud probare textum, qui ad hoc communiter allegatur, in l. debet. D. de edil. edicto. qualiter autem non probet, Molinæus non explicat: aliquantisper verò explicuit Pinelus, cui Molinæi adnotatio recte placuit in l. 2. C. de res. ved. 2. parte, cap. 3. numero. 40.

2 Sed * ego ultra illa, quæ ad eam legem notauimus supra cap. 14. num. 12. animaduerto, quod in dicta. l. debet. ex principio vsque ad text. in versic. quid ergo. l. c. loquitur, quando tributum venditionis, vel aliam impensam soluisset emptor ex voluntate & consensu venditoris, puta ex pacto in venditione apposito, vt bene explicat Gomez Arias in l. 68. tauri. num. 27. ergo magis ad ipsum venditorem iure ipso pertinere l. c. si significat, prout generaliter ex eo textu voluit colligere Gomez Arias in dicto loco. alias enim, si proprium emptoris debitum & onus esset, frustra in ea lege venditoris consensus ad vectigalis solutionem requireretur: nec daretur vnquam casus, in quo emptor venditoris consensum seu pactum expectaret, vt solueret illud onus, cuius solutio de iure sibi incumberet: non venditori. Rursus eandem materiam profèquens l. c. & ad diuersam speciem transfèdo in versic. quid ergo si forte. addit casum, in quo emptor ipse ex persona sua ratione emptionis vel rei, quæ ad eum peruenisset, onus aliquod solvere teneretur: & vt hoc diceret, non affirmatiuè loquitur, sed sub dubio, fortè, bis repetita dictione: quasi regulariter illud esset contra ius, posset tamen particulari aliquo iure vel ratione euenire: ac propterea ne casus aliquis iure destitueretur, vtrunque decidit, supponendo pro vero illud, quod non esset regulariter verum de iure, posset tamen aliqua vel municipalis lege verum esse, prout apud nos est casus specialis, in quo emptor ad partem decimæ obligatur, ex l. 3. tit. 17. & l. 3. tit. 18. lib. 9. Rec

cop. & generaliter antea obseruabatur, vt dixi supra num. 1.

Ex quibus sic rectè consideratis iam satis apertè vi des, quàm benè dicat Molinæus non probari in ea l. debet. gabellam venditionis emptorem attingere potius, quàm venditorem: quin immò si benè aduertas ad prædicta, potius vult ea lex, vectigal venditionis venditori incumbere, prout collegit Gomez Arias vbi supra: nec mirum, quia cerè ita se res habet, & verum est eo iure digestorum ita obseruatum fuisse. Etenim constat, tributum fuisse olim apud Romanos quintæ & vicesimæ partis pretij ex mancipiorum venditione, quod cum antea ad emptorem pertineret, postea Neronis constitutione ad venditorem translatum est, vt tradidimus supra in præfatione num. 16. ex Cornelio Tacito lib. 13. annalium. in vita Neronis. Vnde ià rectè intelliges, quod cum expressim Vlpianus in dicta l. debet. in mancipij venditione loqueretur, cuius quota pars pretij fisco pendebatur suo tempore à venditore: viguit enim Vlpianus sub Alexandro vigesimo quinto Imperatore, vt nota: Finelus in rub. C. de res. vend. 1. parte. cap. 1. num. 30. vt eum casum staueret, quo emptor vectigal solvere teneretur, vsus est dictione illa. ferti. & vel pactum venditoris presuppuit: innuens apertè contrarium de iure esse, vt vere erat post Neronis constitutionem, qui ante Vlpianum & Alexandrum floruit, vt ex historia constat. & hic est verus illius legis intellectus.

3 Iuxta quam* resolutionem intelligo tex. notabilem in l. 2. ibi. vel aliquid vectigalis causa. C. de eunuchis.

4 his. vbi innuit textus, q̄ ultra octauam partem, que generaliter debetur ex mercibus transportatis l. ex præstatione. C. de vectigalibus. & diximus supra in præfatione num. 7. aliquid poterat exigì vectigalis nomine ex eo contractu venditionis, de quo ibi, vt bene notat Salycetus ibidem in fine: loquitur enim expresse ea lex de mancipiorum venditione, ex qua vt supradiximus, vicesima quinta pars pretij fisco soluebatur Imperatorum tempore. Atque in eundem sensum accipiendus est textus in .l. si quis ab alio. §. cum publicanus. D. decalumniatori. cum glo. ibi.

Et certe, ad institutum redeundo, quamuis in rebus victui & vsui quotidiano necessariis parum interesse videatur, utrum emptor, an venditor vectigal soluat, eo quod venditores eas res propter solutionem gabellæ carius indicant & vendunt, atque ita gabella (vt experientia docet) vi ipsa & effectu ab emptore pendatur, vt prudenter notat Cor. Tacitus dicto lib. 13. annalium. & Aemilius Ferretus ibi in annotatio. nu. 14. vtilissima adhuc apud nos istæ disputatio esset propter alias res, in quibus non ita gabellæ ratio haberi solet, vt pretium augeat, sed illud potius ex rei ipsius vtilitate metimur, vt in domo, fundo, ac similibus: & propter effectum exactionis per gabellarios faciendæ, de qua infra cap. 18. nisi expressa lege cautum extaret, venditoris esse onus, vt supra diximus ex dicta l. 1. ibi, los vendendo res. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & notat Castellus in .l. 70. tauri. verbo. el comprador.

Sed his præuisis, cum dixerimus Regiam gabellam venditori incu

bere, antequam ad principalem istius capituli quæstionem accingamur, * notandum est: quod venditor in hac materia is esse intelligitur, qui directò obligat emptorem ad pretium, & directò obligatur ad rem: siue sit rei dominus siue non, modò suo nomine vendat vt dixi supra in scholio ad dictam l. 1. Recopilat. verbo. vendiderint. id quod intelliges verum esse, siue ex mandato, siue vt principalis vendat, dum modò simpliciter tacito nomine domini vendiderit, cum mandatum habet: quia tunc ipse solus procurator directò obligat emptorem, & directò obligatur, iuxta text. & notata per Bart. & doctores in l. procurator, qui pro euictione. D. de procurat. quorum resolutio procedit etiam hodie stante noua dispositione. l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordina. quæ est. l. 2. titu. 16. lib. 5. Recopilat. & optime notat Grego. Lupus in l. 8. verbo le entre. que tit. 11. part. 5. & diximus supra cap. 13. nu. 16. atque ideo iste procurator sine dubio ad gabellam tenetur, cum verè ipse venditor sit verificatis in eo verbis dictæ l. 1. Recopil. quæ venditores onerat, vt sæpe diximus.

Secus * verò erit, si non simpliciter, sed expresso nomine domini & sub commemoratione sui officij procurator ille vendiderit: quia sicut isto casu ex principali contractu non obligatur, iuxta text. & notata in l. finali. D. de institoria. nec ad id, quod ex venditione illa accidentaliter procedit, nempe gabellam, obligari potest: sed potius ipse dominus, cuius nomine venditio contracta est, prout in eisdem fere terminis latissime & scienter resoluit Laurentius Sylvanus con

6 l. 8. lib. 1. quem vide: & hoc maxime procedit de iure Regio per dictam l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. quo statutum est, vt alteri per alterum obligatio adquiratur, contra Regulam iuris ciuilib, de qua in l. quæcunque gerimus. D. de acti. & oblig. & l. stipulatio. §. alteri. cum notatis D. de verb. obligat. atque ideo si procurator vendit expresso nomine domini, nulla procuratori, sed tota domino utilis & directa actio & obligatio adquiritur, vt notat Greg. Lupus in l. 7. in prin. tit. 11. part. 5. & diximus supra dicto cap. 13. num. 17. * instar nuntij qui concipit verba in persona domini, iuxta notata in l. multum. vbi glo. verb. comparasti. C. si quis alteri vel sibi. & ibi Salycet. num. 2. quo casu ille, qui eum misit, verus est venditor, nuntius autem quoddam organum, vt satis constat ex l. 1. §. fina. D. de cōtra. emp. & l. qui autem. §. fina. cum lege sequente. vbi glossa. verb. ministerium. D. de constit. pecu.

7 Vnde necessariò consequitur, vt talis dominus ad gabellam teneatur, sicut ad principalem contractum gestum, non autem procurator aut nuntius, qui solùm fuit instrumentum, vt hinc inde consensus coniungerentur, aut per obligationem inter dominum & emptorem nasceretur: & hoc est, quod eleganter voluit & probat text. sic ex prædictis intelligendus in l. 8. in prin. tit. 17. lib. 9. Recopila. qui ait, quod decima debetur a domino rei vendite, cuius quidem nomine contracta venditio fuerit, nõ ab ipso procuratore, ministro, vel famulo, per quem contracta sit. Immo si recte ponderes verba illa elegantissima, de quibus in prædicta

l. 8. ibi, Vendiendo se in su nomine: a parte intelliges a contratio sensu, quod si quis vendat proprio suo nomine, vel simpliciter rem, quæ sit alterius, decimam ipse debet, non dominus rei vendite, siue mandatum ille habeat, siue non, quia lex non distinguit, nec distinguendum est ex prædictis supra num. 4. & est ratio iustissima, quia verè ille vendit, non rei dominus ex dicta l. procurator, qui pro euctio. ne. D. de procurat. & quamuis sine mandato vendidisset, scitam est, quod rei alienæ venditio valet. l. rem alienam. D. de contrah. emp. atque ideo impossibile est, quin decima debeat, & sane ab ipso venditore, propter generalitatem dictæ l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. iunctis ijs, quæ in iure congrui resoluit Tiraquel. de retract. ligna. §. 1. glossa. 2. num. 20. & quæ in nostra decima notauimus supra in scholio ad dict. l. 1. Recop. verbo Vendiderint.

7 Sed & præterea notandum est, quod supra diximus num. 5. procuratore vendente sub commemoratione officij, vel expressè nomine domini, ad contractum aut gabellam non teneti, iuxta dictam l. una. D. de iustitoria. intelligendum & ampliandum fore, quamuis non expressè ijs modis, sed expressè tanquam alienam, & vt rem illius domini vendidisset: quia semper videtur alieno nomine facere, vt ex Bart. in l. in familie, per text. ibi. C. fami. ercis. resoluit Tiraque. vbi supra. num. 20. quo casu, si mandatum habuit, venditio valebit, & decima debebitur ab ipso domino, ex dicta l. 8. Recopila. & supra resolutis: si autem non habuerit, nec a domino est ratificata

eata venditio, nulla erit, & de gabella non erit quærendum ex notatis supra cap. 14. numer. 1. iuxta quam veram distinctionem, quæ communis est, intelligi debet. dictam Pauli Castre. in l. 1. §. exercitorem. D. de exercitoria. vt bene explicat Syluanus vbi supra.

8 Hinc igitur eleganter inferitur, quod si * talis procurator, qui tacito nomine domini rei, in hoc loco contraxit, sit vicinus & incola istius loci, non tenebitur emptor decimam ex pretio retinere, licet rei dominus foraneus esset: quia vere non hic dominus foræ, sed vicinus ille, venditor est, & ad gabellam obligatur ex traditis supra num. 4. cessatque ita dispositio. l. 32. tit. 19. lib. 9. Recopilat. si vero ille procurator vendiderit expressè nomine domini rei, qui sit foraneus, vel tanquam alienam, & propriam illius domini, habebit locum dispositio dictæ l. 32. quia tunc dominus rei est verus venditor, vt constat ex traditis supra numeri 5. & 7. & sic ille decimam debet ex dicta l. 8. tit. 17. lib. 9. Recopila. quod iam semel litigatum & iudicatum vidi.

nota 9

9 Sed & vterius ac vtilissimè aduerto, * quod quamuis procuratorem vendentem rem sui domini, non quidem expresso nomine domini, sed simpliciter, vel suo nomine proprio, verum venditorem esse iudicemus, & extra persona ad Regalem decimam obligari ex traditis supra dicto num. 4. tamen cum verè re ipsa, & effectu venditionis inspecto, non egerit ille rem suam, sed alienam, nempe negocium dominij sui, sic erit ad decimam compellendus, vt sui domini priuilegium, & quod is ha-

bet) non violetur, sed obseruetur potius, ac si ipsemet dominus vendidisset: instar serui, cuius capacitas ex persona domini regulatur, text. in Prin. Instit. de stipu. serui. Ita quod si dominus esset clericus, vel alias exemptus a gabella solutione, quamuis laicis procurator & qui ex sua persona immunis non esset, rem illius proprio suo nomine vendat, Regalis decima non erit soluenda propter domini priuilegium, cuius negotium gestum est, ex doctrina Alberti in l. huiusmodi. C. de incestis nuptis. vbi ait, Quod clericus per alium exercens tabernam, non amittit priuilegium clericale, quem refert & sequitur Ludo. Mexia in pragmat. ca panis. conclus. 5. numer. 26. & est text. in l. 110. ibi ellos, o otros por ellos. tit. 18. lib. 9. Recopilat. & contrario, vt equalis sit instituta distributio, si dominus esset laicus non priuilegiatus, quamuis procurator vendens suo nomine, clericus sit, aut alias exemptus, gabella debebitur, vt tradit Syluester in summa. verb. gabella. 3. nu. 10. quem refert & sequitur Io. Otalora de nobilitate. 2. parte. cap. 1. num. 114. & prædictus Mexia vbi supra numer. 23. Vnde si clericus vendat nomine suo rem laici, vt gabellam fraudet, malè facit & in suam conscientiam peccat, vt tradit Didac. Peretius in trib. tit. 2. lib. 8. ordina. pag. 34. col. 2. ad medium. Et facit ad prædicta, quod quamuis re debitoris vendita per decretum iudicis exequentis, Regalis decima debeatur ex traditis supra cap. 7. num. 54. ita intelligendum est, nisi debitor ille rei vendite dominus, esset exemptus & immunis a gabelle solutione, quia tunc

cuius personam inspecta gabella non debetur, ut utiliter tradit Baldus in l. 1. nu. 2. C. si seruus extero. dicens: Quod stante statuto, ut si pelliparius vendat pellipario pelles, non solvatur gabella, si autem alius, solvatur: si creditor pelliparii vendidit pelles pellipario vel ex lege vel statuto, aut iudex executor vendiderit, gabella non erit solvenda inspecta persona domini pelliparii, cuius pelles venditae sunt, quamuis non suo nomine venditio facta est.

Prædicta verò resolutio non procedet, ubi quis rem alienam vendiderit absque contemplatione veri domini, sed propria, quia ut suam vendiderit, iuxta dictam l. rem alienam. D. de contrah. emptio. nam eo casu unusquisque venditor ex persona sua iudicabitur, non ex persona domini rei venditae, cuius negotium non geritur, sed leditur potius, ut patet, & diximus infra cap. 19. num. 40.

Itaque ex prædictis satis superque constat, * quod Regalis decima debetur à venditoribus, nihilque ad emptorem attinet, præterquam in tra legitimum tempus. emptionem suam gabellario manifestare iuxta l. 31. in fine. tit. 19. lib. 9. Recop. nisi venditor potentior persona sit, aut forensis: quia eo casu decimam ex pretio retinere debet l. 32. eiusdem tituli & libri. Potentiores autem personam esse intelligo, nedum iuxta ea, quæ tradit l. 9. in fine. tit. 10. lib. 9. Recopilati. sed & tripliciter quidem: primò ratione generis & familie: secundò ratione pecunie, divitiarum, & dignitatis status: tertio, ratione paupertatis: quæ ultima potentia aliis duabus periculosior est gabel-

lario: quomodo cunque enim difficilis futura sit decimæ exactio in persona venditoris, emptorem, qui non retinuit, teneri existimo ex decisione dictæ l. 32. iuxta ea, quæ aliàs in expositionem textus in cap. vlti. ibi. *propter potentiam personarum, contra quas inquiritur de hæreticis lib. 6.* tradit Sylvester In summa, quem allegat & sequitur Iaco. Sumancas in inchyridion Iudi. violatæ relig. tit. 35. de testibus numero. 13.

Quibus omnibus præmissis, veniamus iam ad questionem nostram: * & quæro, si venditor ita rem suam vendiderit certo pretio franco, quod *horra. de Alcanala* vulgò dicimus, ut emptor, quod decimæ iure debetur ex ea venditione, gabellatio solvat iuxta speciẽ textus in l. Julianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. an à venditore adhuc gabella exigi possit, vel quasi eo liberato per pactum, ab emptore peti debeat. Atqui certissimum est, quod à venditore peti potest, quia suomet pacto facere non potuit venditor, ut obligationem suam inuito creditore, fisco scilicet aut gabellario, in alium transferat, ut probat textus elegans in l. inter debitorem. D. de pactis. & in l. si mandatu meo. §. item si cum notatis. D. mandati. Sic ut verè intelligas * nihil speciale tradi in l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilat. dum dicitur, quod vendens clerico franco pretio, adhuc decimam debet: quia illud non tam ex eo procedit, quod emptor clericus non ita recte conveniri queat. ex traditis infra cap. 18. & 19. quam quòd ita de iure est ex prædicta ratione in quocunque emptore.

Itaque * gabellarius in questione pro-

proposita, quamuis aliud inter cõtrahentes conveniret, contra venditorem ager: & ipse venditor solvens habebit recursum contra emptorem. suam actione ex vendito, ut restituat, arg. text. in l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. & l. 2. §. si venditor. D. eo. titu. cum notatis. in l. ea. conditione. C. de res. vend. & in dict. l. inter debitorem. D. de pactis: prout expresse in propriis terminis tradit Menchaca de success. creat. i. parte. lib. 1. §. 10. nu. 25. versic. in summa. in impressione Salmanticensi. & per consequens, sicut illud pactum gabellario non nocet, quòminus is contra venditorem experiatur, neque prodest quidem quo magis emptorem conveniat, qui de iure non tenetur ex supra resolutis, nisi cessa per venditorem actione.

Verum tamen nota, * quod si gabellarius contra emptorem egerit, isque spontanea voluntate iudicium suscipiat, quamuis de iure non tenetur, ut dixi, exceptione taciti pacti, si iterum non satisfactus ad venditorem recurrat, utiliter repellatur, per text. in l. 2. C. de pactis. in qua lege, ut propositum intelligas, maximum dubium est, quia ratione tacitum illud pactum ignorantem venditori hæreditatis pro sit: & dubium quoque erit in nostro casu, qualiter prodesse possit venditori, ut conveniri nequeat, cum in pactis duorum consensus requiratur. l. 1. D. de pactis. cui difficultati respondent Butri. & Cynus, quod dicta l. 1. procedit in pacto expresso, secus in tacito, ex dicta l. 2. Sed opponit Baldus ibidem, de l. qui ad certum. D. locati. ubi pactum tacitum non procedit sine duorum consensu. * verum in-

quit Baldus, quod pactum proveniens ex consequentia actus expressi non requirit duorum consensum, ut in dicta l. 2. ubi pactum proveniebat ex consequentia suscepti iudicij: pactum autem tacitum, quod non venit ex consequentia, nec per obliquum, sed principaliter, bene requirit duorum consensum saltem præsumptivum, & ita inquit procedere dictam l. qui ad certum. Mihi autem non placet hæc Baldi doctrina, quæ commentitia est: quia & in dicta l. qui ad certum. ex consequentia quoque habitationis coloni, & patientiæ domini, provenit tacita locationis conventio: & tamen requiritur, ut saltem præsumptivus consensus sit, qui in ignorante adesse non potest in specie dictæ l. 2. magis quam in furioso l. neque ignorans. C. de donatio.

Vnde ego planè existimo, tacitum pactum, de quo in dicta l. 2. C. de pactis. minime intelligi inter creditores hæreditarios & hæreditatis venditorem, prout glossa & omnes male existimant: quia cum venditor ignorans esset susceptæ litis, nulla ratione dici potest, cum creditoribus pacisci. Sed potius intelligi inter creditores & emptores hæreditatis: nam ex eo, quod emptores spontè susceperunt litem, qui verè non tenebatur, tacite visum cum creditoribus pacisci, ut à venditore non peterent, à quo si creditores exigissent, iterum possent emptores ex vendito conveniri, per text. in l. 2. C. de hæred. vel act. vend. quòd fit, ut non mltè dici possit in eadem lege, ex emptorum pacto venditori exceptionem prodesse contra regulam l. quò tutela. 73. D. de regu.

ius. quia eo casu non tam venditori per liberam personam acquiritur, quam ipsis emptoribus, qui pacti sunt, consuli videmus, prout in simili contra aliorum veterum sententiam recte se didicisse ait Paulus I. C. in l. si vnus. §. quod si sine D. de pactis. & est mihi argumentum maximum pro hoc intellectu, quod in dicta l. 2. C. de pactis illud requiritur, quod emptores hereditatis eas actiones spontanea voluntate susceperint, hoc est, scientes se non teneri: nam si inuiti suscepissent, falso credentes se ad hereditatis onera obligatos esse, non prodesse venditori taciti pacti exceptionem sentiunt Imperatores: quasi nullum tale pactum, de non exigendo a venditore, videri possint fecisse, qui se solos obligatos putaret, venditoremque nullo iure teneri. Quod si inter venditorem & creditores hereditarios intelligeretur tacitum illud pactum interuenisse, ut glossa & omnes existimant, nihil videri meo intererat ad pacti validitatem, quod sponte, inuitive actiones hereditatis suscepissent emptores. Itaque iuxta hanc resolutionem, si gabellarius agat contra emptorem in nostra questione, & is sponte actionem suscipiat, non poterit iterum ad venditorem reuertere decimam petens, taciti pacti exceptione repellendus ex dicta l. 2. C. de pactis.

Ex præhabita vero resolutione de qua supra nu. 11. duo notabilia inferri possunt: * Primum, quod si aliquis exemptus a decimæ solutione lege aut privilegio, rem aliquam vendiderit franco pretio iuxta superius dicta, nihil adhuc tenebitur soluere emptor ra-

tionem decimæ: quia cum a venditore suo nihil possit gabellarius consequi, nec ab emptore quidem consequetur: quia quicquid partes inter se contraxerint, illud onus venditoris est, non emptoris. Quod notare volui, ut obiter caueas à Caroli Molinæ resolutione, qui in consuet. Paris. tit. 1. §. 24. nu. 4. contrarium voluit: nam aduertendum est, quod vir ille doctissimus loquitur in consuetudine sua, ex qua constat, quod venditore vendente franco pretio, onus quinti, de quo ille agit, pertinet ad emptorem ipso iure, & ex sua persona tenetur, ut ipse adnotat in prin. illius. §. 24. numer. 1. inde recte ait, quod eo casu non attenditur privilegium venditoris: At nos loquimur in casu nostre legis Regiæ, per quam nullibi statutum est ut ex conuentione partium onus decimæ varietur, sed semper ad venditorē pertineat: vnde, quicquid venditor dixerit franco pretio vendere, non ideò emptorem suum gabellæ solutioni subiecit, cum de se propter venditoris privilegium venditio illa esset immunis: nisi expressè venditor privilegio suo renunciasset, volens eo pacto gabellario consulere, & in illius fauorem emptorē obligare: quia tunc apertum est, quod tenebit obligatio ex l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordini. quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

18 Secundum notabile est, * quod si venditor, qui eo modo vendiderit franco pretio, sit ipsemet gabellarius, ad quem decima illius venditionis pertinere debuisset, si ab alio venderetur, non possit quidquam petere ab emptore eo nomine. Quod quidem facile posset contingere in hac specie: vendidi tibi

tibi fundum meum quanti Titius estimauerit franco pretio, iuxta textum & ibi notata in §. pretium autem. Instituti. de emptione & venditi. Contingit autem, quod cum Titius estimat pretium, ego sum factus gabellarius membri hæreditatum eo loco, quo fundus ille venditus situs est, sic, ut si ab alio venderetur, decima eius ad me pertinuerit, iuxta l. 9. tit. 17. lib. 5. Recopilatio. & ea, quæ diximus supra capit. 3. numero. 19. at cum ego ipse sim venditor & gabellarius, ac proinde confusa sit debita gabellæ obligatio, propterea quod ius creditoris in debitoris persona reperitur, iuxta notata in l. si communi. D. de seruit. rusti. præd. & quod de creditore facto herede debitoris sui dicitur in l. eum qui §. fina. D. de inofficio. testa. & l. eum bonis §. 1. D. de acqui. herede. & alibi sæpè doctores notant. ideoque nihil possim à me ipso consequi & petere nomine gabellæ, sit consequens necessarium nostro iure, ut nec ab emptore, cui vendidi franco pretio, quidquam petere queam: quia ab eo non nisi quod a venditore solutum sit gabellæ nomine, exigere potest ex supra dictis numero. 13. Præsertim cum isto casu in æstimando rei pretio & illud quoque aduertere debuisset ille Titius, ut licet franco pretio contracta venditio sit, ac propterea vilius videretur æstimanda res esse ex infra dicendis propter l. fundi partem. D. de contrah. empt. adhuc quidem suo iusto valore & pretio æstimaret, nulla parte deducta propter illud pactum, quod sane isto casu, quo de agimus, nec venditorem exonerat, cum ad eum pertineret gabella: nec emp-

tozem grauat; eo quod ab eo nihil exigendum sit per venditorem gabellarium effectum, ut dixi. Quicquid contrarium teneat Caro. Molinæ in dicto §. 24. numero. 4. vbi in simili specie, cum scilicet ex actio oneris venditionum ad eundem venditorem pertineret, qui vendidit franco pretio, ait ille autor, quod poterit venditor totum illud onus ab emptore exigere: sed mouetur ea ratione, quia venditione eo modo contracta, onus illud feudale, de quo ipse loquitur, ad emptorem pertineret ipso iure, ut iam dixi: cessatque ita ratio in nostra questione considerata.

Cæterum prætereundum non est, quod si emptor, cui simpliciter fundum meum vendidero centum aureis, sit ipsemet gabellarius, ad quem aliàs fundi gabella pertinuerit, dubium non erit, quin decimam possit ille emptor gabellarius ex pretio deducere: quia, ut recte inquit Parladorius lib. rerum quotidi. capit. 3. §. 1. nume. 21. in fine. gabella extra pretium est.

Insuper in hac materia precipue illud notare oportet, * quod si fundum vendidi mille aureis, eo pacto adiecto, quod emptor gabellam solueret: amplius, quam decima illius pecuniæ conuenit, soluendum est gabellario: quia cum pactum illud adiectum pars pretij sit, dicta l. fundi partem. D. de contrah. empt. & l. si sterilis. §. si tibi. D. de actio. empti. cum ibi notatis. illo amplius, quàm mille aureis vendidisse videor: & sic centum & decem, nempe decima & subdecima ex ea venditione debentur, ut bene explicat, & resoluit Caro. Molinæ in dicto §. 24. numero. 1. & tradit in terminis Io. Parlodorus

vbi supra dicto cap. 3. §. 7. numero. 45. & hoc iure vtimur.

20 Igitur * totum illud, quod ab emptore solutum sit iure decimæ ex pacto illi venditioni appposito, pro pretio habetur cum reliqua summa conuenta, ex dicta l. fundi partem. & dict. l. si sterilis §. si tibi. sed si hoc verum est, tunc fiet, vt mirū in modum Regalis decima augetur, veluti: vendidi mille aureis fundum meum eo adiecto pacto, vt emptor totam gabellam solueret, quæ ex ea venditione deberetur: diximus & verum est, quod à me debet gabellam exigere gabellari⁹ & ego ab emptore: ille quidem ex lege, & ego ex pacto venditionis: petit ergo à me decimam gabellari⁹, & ego dico centum me debere, quia mille aureis vendidi, sed eo pacto vt emptor ad solutionem decimæ teneretur: inquit tunc gabellari⁹ & replicat, propter pactum illud ampli⁹, quam mille vendidisse videris, nempe mille & centum ex supra dictis, quia scilicet centum illi aurei tua intersunt, pactum illud adiecisse: ergo infert, centum & decem me debere ratione decimæ, & verum est, vt resolui, & seruatur in praxi: soluo igitur centum & decem gabellari⁹, & ab emptore actione ex vendito, quæ ad huiusmodi pacta solet competere vt infra explicabo, tantumdem consequor ex supra resolutis, scilicet mille quibus vendidi, & amplius centum & decem gabellæ nomine à me soluta: ecce redit ad me gabellari⁹, & quia ex venditione fundi mei, mille ac centum & decem ab emptore sum consecutus, iterum propter decem illa non gabellata petit vnum: soluo, & peto ab emptore illud vnum

vi actionis ex vendito, & conuentionis initæ: iterum & istius vnus nummi aurei decimanū quoq; petit gabellari⁹, & sic vsq; ad minimā summam, quæ solui queat iuxta ea quæ tradidimus supra in scholio ad l. i. tit. 17. lib. 9. Recop. verb. *ex singulis denis*. ecce ergo qualiter sensim supercreuerit gabellæ summa in damnum emptoris: quod per iniquū videtur, & est. Vnde in proposita difficultate cōsidero, quod quando vendidi fundum meū mille aureis ea lege, vt emptor gabellam solueret: eo amplius vltra mille vendidisse videor, quā tum mea interest pactum illud interposuisse, vt satis patet ex dict. l. fundi partem. & dicemus infra nu. 31. iuxta doctrinam Baldi consil. 164. maritus. in fine. lib. 5. qui huiusmodi pacta estimanda esse ait, vt videatur quantum ex eis preiū crescat. Igitur videamus nos, quantum inter sit mea, sic ea lege vendidisse, & certè cum si sine illo pacto venderem mille aureis, soluturus essem centum gabellæ nomine, quæ decima pretij forent iuxta dictam l. i. Recop. & propter pactum ab eius summæ solutione liberatus miferim, aperte cōsequitur, quod centum illos aureos super lucratus sum, & quod tantum mea interest, illud pactum apposuisse, ex l. mortis causa capitur. §. fina. D. de donat. mortis causa. & sic mille & centum vendidisse videor, nō ampliori summa: & quāuis ab emptore centum & decem gabellæ nomine soluta sint, propterea quod ad omnē decimam se obligauit: tamē illa decem non sunt, nec videri possunt pars pretij esse ad hoc, vt & horum quoq; Regia decima resposcatur: quia si ego quidē sine illo pacto

lo pacto

lo pacto simpliciter vendidissem mille aureis, centum duntaxat soluturus essem: atqui non omne, quod ex pacto venditionis prouenit, nisi quatenus venditoris interest, immo nec omne pactum venditioni appositum, pars pretij esse intelligitur in dicta l. fundi partem. D. de contrah. empt.

21 Quod vt rectè intelligatur, an maduerto, * quod Carolus Molinæus in tract. de vsuris. quæstio. 28. numer. 243. in fine. tunc demum voluisse videtur, pactum venditioni appositum pretij partem esse, si eo ipso res esset minori pretio vendita: ita quod pactum esset adiectum ad supplendum & æquandum iustum pretium: quia tunc tantum pars pretij erit, debere que ita intelligi dictam l. fundi partem. Verū tamen, quamuis ad propositum huius nostræ quæstionis & resolutionis multum adiuuet ea sententia, & rectissime procedat, ac tradita sit à Molinæo in contractu suspecto de fœnore & vsura, in quo ipse loquitur: generaliter quidem vera non est: existimo enim, non id velle prædictam l. fundi partem. cum ait *si modo ideò vilius fundum vendidisti, vt hac tibi conductio præstaretur*. pro ut aliàs quoque dicit textus in l. si venditor. in fine. ibi. *quoniam hoc minoris homo veniisse videatur*. D. de seruis expo. quin potius illud vult ea lex, vt quoties ita pactum apponeretur propter venditionem ipsam, vt aliàs sine eo venditurus non esses, vel saltem maiori summa vendidisses, ipsum pactum pars pretij esse videatur, vt optimè tradit Andreas ab Exca. de pactis nu. 568. vers. secundo limita. & ad ipsius implementum actio ex ipso

contractu competat l. qui fundum D. de contrah. empt. l. tenetur. §. 1. & l. si sterilis. §. si tibi. D. de actio. empti. secus autem si non propter ipsam venditionem apponeretur, sed ex communi aliàs contrahentium placito, quibus tunc temporis ea de re conuenire placuit oblata occasione, vt statim explicabo. * Nam si, vt Molinæi doctrina conuincatur, quis vendat triticum quatuordecim argenteis in singulas fanecas & mensuras, vel alio legitimo & taxato pretio, eo addito pacto, vt emptor aliquid faciat in re venditoris, vel aliàs pro ipso venditore iuxta speciem dictæ l. tenetur §. 1. D. de actio. empt. profectò quamuis iustum & legitimum tritici pretium illa summa quatuordecim argenteorum sit in his Regnis, iuxta Philippi. II. Regis nostri felicissimi constitutionem latam anno domini. 1582. ac ideo qui sic vendit eo pacto & pretio, videri nequeat propter pactum viliori pretio ac minori summa vendidisse, qui carius quidem, quam pro illis quatuordecim argenteis, vendere non poterat: recte quidem pluris, quā legitimū esset pretiū, vendidisse dicitur: ac id ipsū pactū pretiū tritici esse videbitur, eo q̄ cum eo pacto venditū fuerit, nec aliàs venditor voluerit distrahere, vt expresse voluit Bar. in l. per diuersas. nu. 25. C. mandati. quæ sententia aperte colligitur ex verbis & ratione text. in di. l. fundi. ibi. *quod eo pacto venditus fuerit*. hoc est, quod non nisi cū eo pacto venditio contracta sit, nec aliter venderetur.

23 Cui sententiæ non * obstat text. in di. l. si venditor. in fi. D. de seruis expo. vbi nulla alia ratione pactū appositū venditioni pars pretij

est;

est, quàm quod propter id seruis minoris venditus est, cum regulariter, qui non potest liberè vti seruo vel alia quacunque re empta, minus pretium offerat: & nisi eam rationem ex libris Sabini Papinianus didicisset, apertè voluit, pactum appositum venditioni partem pretij aut contractus non esse, nec ex vendito actionem dari vt id, de quo conuenerit, fiat: quàmuis non aliter, nec nisi cum eo pacto venditio fuisset contracta, quod sufficere ego dixi ex di. l. fundi. Nam respondeo, eum textum in di. l. si venditor. loqui de pacto inuidioso, & ad pœnam homini irrogandam ex fœuitia posito: ex quo rectissimè & moraliter inquit Iuris Consultus, actionem non dari, nisi quatenus pecuniariter interfit venditoris illud impleri, prout elegantissimè quoque tradit idem I. C. in l. seruis ea lege. statim sequenti. eo. tit. & cum hominem homini insidiari nefas sit propter cognationem illam, quam inter nos natura constituit l. vt vim. D. de iustitia. & iure. infert Iuris Consultus, quod ex illo pacto, quod homini pœnam irrogat, nempe ne manumittatur, vel in loco sit, nullus vir bonus, qualis est iudex, qui eam causam iudicare debet l. continuus. §. cum ita. D. de verbo. obligati. credere aut iudicare potest, aliquid interesse venditoris, qui solam fœuitiam prætenderet ex eo pacto: atque ideò dandam non esse ait actionem ex vendito, vt id pactum impleatur, nec illud partem pretij esse, nisi cum ex eo aliquod honestum commodum resularet venditori, quàmuis non nisi cum eo pacto vendere voluerit. Ceterum si aliquod aliud

pactum venditioni apponatur, quod nemini odiosum sit, & cuius aliquo modo, etiam non ratione pecuniæ, sed ratione affectionis, vel alicui beneficiendi causa venditoris interfit, idque pactum propter venditionem adiectum sit, vt ad dictam l. fundi partem. superius diximus, rectè & planè consentit ac docet I. C. in dicta l. si venditor. iuncta l. seruis ea lege. D. de seruis exporta. quod pars pretij erit, & ex vendito actio dabitur, vt id, quod conuenerit, impleatur, etiam sine ea cõsideratione, quod verisimiliter viliori pretio vendita res sit, ppter adiectum pactum: & hic est verus sensus & intellectus illarum legum.

Recte ergò ex prædictis tẽtari potest, * falsam esse communem allegationem illius l. fundi partem. dùm cõmuniter allegatur ad hoc, quod generaliter pactum appositum in continenti venditionis, pars pretij esse censeatur, vt constat ex summario Baldi & Salyceti ibi. cum tamen non illud verum sit in omni pacto, nisi in eo, quod propter venditionem ipsam adijcitur, & sine quo aliàs venditor, cuius honestè interesset, non vendidisset, aut carius vendidisset, vt diximus, & bene ex aliis notat Andreas ab Exea de pactis. num. 568. quod maximè notandum est vltra ea, quæ ad eam l. fundi partem. tradit Pinelus in rubri. C. de res. venditio. 2. parte. capi. 2. numero. 30. Etenim si ex eo solo adiectum sit pactum in venditione, quod tunc in mentem venit de illa re vel fœcto conuenire, non propter ipsum venditionis contractum, nec ad augendum eius pretium, non quidem videbitur pactum pars pretij esse,

esse, nec pars contractus venditionis, ex Trebatij & Labeonis sententia, quam eo casu satis probat Iauolenus Iuris Consultus in dicta l. fundi partem. nec enim eos generaliter reprehendit, sed sub conditione, & in casu speciali, ibi, *si modo ideò*. Effectus est maximus in nostra materia, quod in decime computatione non semper propter pactum venditioni adiectum pretij conuenti summa augenda est, cum non semper pars pretij sit nisi cum propter ipsam venditionem honestè adijcitur: secus verò si incidenter id ex communi vtriusque placito conueniret, putà: vendidi tibi domum mille aureis postquam de pretio nimis, vt est naturale, altercatum est l. voluntate. C. de res. vend. tandem ego venditor dixi: sit tibi his mille aureis domus vendita, sed volo & peto, vt domum tuam, quam in tali parte habes, viginti (quod forte erat iustum suum pretium & merces) hoc anno vel decem annis conductam habeam, consensit emptor, quia aliàs eam locare sibi oportuerat: profecto magis putem in hac specie ex habitis præfationibus & rei gestæ qualitatibus, iuxta l. Titia. §. idem respondit. D. de verb. oblig. conuentionem illam de conducendo, non uum locationis contractum esse in continenti venditionis celebratum, quàm ipsius venditionis partem, & domus venditæ pretium: quia non eo ipso domus vendita est, quæ aliàs forte sine eo quoque, quod emptor locationi contentiret, venderetur: quod tamen requiritur, vt pactum sit pars pretij, & actione ex vendito agi possit in dicta l. fundi partem. Sed potius conuentum est occasione

ipsius venditionis: nam cum habitationem meam venderem, in mentem venit aliam conducere, quæ indigerem: & quia tibi aliàs quoque oportebat locare, locasti mihi illam iusta mercede: atque indeo actione locati agendum erit, vt id, quod conuenerit, fiat, iuxta Labeonis sententiam, quam isto casu non reprehendit Iauolenus in dicta l. fundi partem. Nec quò ad computationem pretij, ac Regalis decimæ, curandum erit de eo pacto. Quod si pactum illud sic adijceretur, vt pretium fundi dici posset, vt quia aliàs non nisi cum eo pacto vendiderim, vel saltem maioris pretij summa vendidissim ex supra resolutis, actione ex vendito agi poterit ad illius locationis implementum ex Iauoleni sententia, qui à Labeone discedit isto casu in dicta l. fundi partem. & cum pactum illud locationis venditioni adiectum in partem pretij cederet, æstimandum erit per iudicem aut alium virum bonum iuxta id, quod aliàs disponitur in l. 2. titu. 17. libro. 9. Recompila. & quæ dicemus infra cap. 17. nume. 16. vt inde quoque tãquam ex ipso pecuniario pretio decima deducatur, nempe quantum venditoris interest eo amplius pacto præter pretium in pecunia designatum vendidisse, iuxta memorabilem doctrinam Baldi in consilio. 164. in fine. incipit. maritus. lib. 5. & latius dicemus infra hoc eodem capite numer. 31. Atqui in hunc modum intelligenda & limitanda est communis doctorum resolutio circa dictam l. fundi partem. D. de contrah. empti. quam late tradit Tiraquellus de retractu conuc. in præfatione. ex nu. 21.

25 **U**lteriùs, vt maiorem istius di-
 -putationis fructum sentiamus, ex
 prædictis infero, * falsum esse ma-
 nifestè, quod tradit Ludo. Mexia
 in pragmat. panis. conclusione. 3
 num. 17. ad finem. dùm ait: quod
 si frumentum, aut alij fructus à præ-
 dicta lege taxati, legitimo pretio
 vaneant, hoc in superaddito, vt
 emptor soluat gabellam, quæ ex
 eiusmodi venditione deberetur:
 qui ita vendiderit eos fructus, præ-
 dictæ legis & taxæ non erit trans-
 gressor, eo quod venditor solum
 recipiat pretium legitimum: quod
 ait ita se in facto consultum res-
 pōdisse. Etenim, vt repetam, ex su-
 perius traditis falsum esse constat
 eius responsum: nam pactum il-
 lud de soluenda gabella per emp-
 torem, quæ aliàs de iure Regio vè
 ditori incumbit, vt diximus supra
 hoc eodem capite nu. 1. pars præ-
 tij est, & manifestè pretium auget,
 immò & ipsam gabellam, prout
 ex dict. l. fundi partem. & dict. l.
 si sterilis §. si tibi. superius dixim⁹
 num. 19. & expressè notat in termi-
 nis doctor Baptista Marrianesi⁹
 lib. 1. consiliorum. consilio. 76.
 numer. 1. itaque si vndecim ar-
 genteis, vel quatuordecim ven-
 didero tibi fanecam tritici iuxta
 pretium statutum in veteri vel
 noua pragmat. ca, vt retulimus su-
 pra numero. 22. & vltra eo pacto,
 vt pretij decimam, vel quacun-
 que eo nomine pars soluenda sit,
 gabellario soluas, luce clarius sit,
 maiore me pretio, quàm quod à
 lege taxatur, vendidisse: non
 minus, quàm si eo pretio vende-
 rem, & eo amplius pacto, quod in
 sulam meam rescias, vel aliquid
 aliud pro me facias, vel des, vt di-
 xi supra dicto numero. 22. vel for-

tè quod alias merces simul cum
 tritico à me emeris iusto vel in-
 iusto pretio: quia quodcumque
 pactum eo modo appositum in
 venditione ad venditoris fauo-
 rem, pretium auget ex dicta. l. fun-
 di partem. & quæ eleganter tradit
 Caro. Molinæus in cons. Paris.
 tit. 1. §. 24. numer. 1. & §. 23. nu-
 mer. 55. ad finem. & decidit ex-
 pressè. l. 1. ibi. *por evitar los fraudes.*
 tit. 25. lib. 5. Recop. & notat Bar-
 tolus supra relatus nu. 22. constat
 quæ ita in prædicta specie, de qua a-
 git Mexia in dicto loco, venditorẽ
 illum contra legem committere.
 26 **N**ec simile est, * quod tradit
 Petrus Rebuffus in. 2. tomo ad le-
 ges Gallicas. tractat. de rescissio.
 contractuum. articul. vnico. glos-
 sa. 15. numer. 17. quicquid illius
 viri dicto deceptus fuerit Me-
 xia vbi supra, eo quod neutrius
 dicti rationem perpenderit. In-
 quit ergo Rebuffus, quod laudi-
 mia non faciunt excessum, nec
 computari debent ad rescissio-
 nem venditionis, quia emptor il-
 la non recipit, atque ita iudica-
 tum fuisse ait, quod vt læsio vltra
 dimidiam computeur, eius
 dūtaxat pretij ratio habenda est,
 quod pars recipit. Sed dissimile
 hoc est ab eo, quod infert Mexia
 vbi supra: etenim quod tradit &
 quidem verissimè Rebuffus in di-
 cto loco, aliam rationem habet,
 & intelligendum est de eo, quod
 aliàs sine partium conuentione
 aliquis ex contrahentibus imper-
 dit in venditione, siue ratione
 laudimij, vt ille loquitur, siue ra-
 tione gabellæ aut in proxenetis,
 vel aliàs impendatur, prout ex ea-
 dem iuris ratione extendendum
 & intelligendum existimò: hæc
 enim

enim excessum non faciunt, nec
 computari debent ad læsionem
 vltra dimidiam iusti pretij in ter-
 minis l. 2. C. de res. vend. eo quod
 verè & realiter ille impensæ præ-
 tium non minuunt, nec auget, quo
 minus verum sit dicere, tanto præ-
 tio venditam rem esse, quantum
 in conuentionem ex partium cõ-
 sensu fuerit deductum, ex traditis
 infra cap. 16. num. 3. vbi ex com-
 muni doctorum sententia dixi-
 mus, quod si res vènierit centum
 aureis, quàmuis explicandæ ven-
 ditionis causâ aliquid ex eis im-
 pendatur à venditore, vel quid
 amplius erogetur ab emptore, cer-
 tum & verum est, illis centum au-
 reis rei pretium constare, & ex to-
 to esse decimam deducendam abs-
 que vlla diminutione vel augmẽ-
 to propter illas impensas facien-
 dis: prout aliàs quoque ferè in no-
 stris terminis & materia simili tra-
 dit Caro. Molinæus in consuetu.
 Parisien. titul. 1. §. 24. numero. 3.
 ergò & eodem modo ad compu-
 tationem iusti pretij, quo res vè-
 nire debuisset iuxta dictam l. 2.
 id computabimus pro rei pretio,
 quod in contractum deductum
 est absque vlla deductione: quic-
 quid vltra eam pecuniam pretij
 nomine datam, aliquid propter
 gabellam vel aliud onus legale
 venditor expenderit, iuxta no-
 stram l. 1. titul. 17. lib. 9. Recopi-
 lat. & quicquid ex ea pecunia a-
 liquid expendat emptor ratione
 laudimij, quod proprium ipsius
 onus est ex l. fina. & ibi gloss. yer-
 bo. accipere. quæ communiter re-
 cepta est. C. de iure emphy. & hoc
 est, quod tradit Petrus Rebuffus
 vbi supra, & quidem rectissime.
 quod est maxime notandum ad

materiam dictæ l. 2. C. de rescind.
 venditione.

27 **C**eterum * si onus illud laudi-
 mij, quod de iure tangit emptor-
 em: vel onus gabellæ, quod de
 iure nostro tangit venditorem:
 ex conuentione partium & lege
 contractus, alter pro altero solu-
 uat, minime dubium est, nec nega-
 bit Rebuffus, aut quisquam alius
 negare poterit, quin illud pactum
 pars pretij, vel rei futurum sit,
 rem vel pretium augendo ex su-
 pra dictis, per dictam l. fundi par-
 tem. D. de contrah. emptio. & di-
 cemus infra numero. 31. Etenim
 si fundum emphyteuticum cen-
 tum aureorum, vendidero tibi
 pro quinquaginta aureis, & vltra
 eo pacto in tui fauorem adiecto,
 vt laudimium, quod à te de iure
 deberi diximus, ego soluerem: du-
 bium non est, quin licet inspecto
 pretio conuento, & eo, quo fun-
 dus valet, læsio non excedat dimi-
 diam iusti pretij, ac proinde vi-
 deatur, locum non fieri decisioni
 dictæ l. 2. C. de rescin. venditio. ei-
 quidem locus erit propter illud
 pactum, quod pretium conuen-
 tum minuit, & rem venditam au-
 get, ex resolutis infra dicto nume-
 ro. 31. Item & e contrariò, si rem vi-
 ginti aureorum, vendidero tibi
 pro triginta, & vltra eo pacto, vt
 gabellam per me de iure soluenda-
 dam, tu ipse solueres gabellario:
 dubium quoque non est, quin li-
 cet inspecto pretio conuento, &
 vero rei valore, læsio non sit vltra
 dimidiam, iuxta computationem
 nostræ l. 56. titul. 5. parti. 6. con-
 trarium sit dicendum propter pa-
 ctum illud de soluenda gabella
 per emptorem, quod pretium au-
 get ex latissimè supra resolutis.

28 Itaque in summam, *vt quod si-
 sius diximus, vno verbo perci-
 piatur: longa differentia est in-
 ter impensas factas ex conuentio-
 ne partium: quia istæ pars pretij
 sunt ex dicta. l. fundi partem. & iu-
 ribus supra allegatis: & impensas
 aliter, & ex aliis causis erogatas in
 venditione à contrahētibz, quia
 hæ ab extra versantur, & in pretiū
 rei datum computari non debent
 vt in alia quæstione videtur ad-
 uertere Pinelus in dicta. l. 2. in. 2.
 parte. capit. 3. numer. 10. C. de res-
 cind. vend. & in nostris terminis
 Caro. Molinæus vbi supra. dicto
 §. 24. numer. 3. Ex qua differentia
 manifestè constat, quàm dissimile
 sit, quod tradit Rebuffus vbi supra
 ab eo, quod falsò ex illius dicto de-
 duxit Mexia in loco allegato ad

29 nostram gabellam. * Pro quo, &
 contra nostram verissimam resolu-
 tionem & sententiam non ob-
 stat dicere, quod qui triticum ven-
 dit ad taxam franco pretio, verè
 non accipit nisi legitimum & ta-
 xatum pretium: cæterum illa ga-
 bellæ summa alij datur: prout con-
 siderat prædictus Mexia: quia im-
 mò aliter dicendum est, vt resolu-
 mus, nam licet solutio pacti in a-
 lium tertium dirigatur, si tamen id
 fieri venditoris paciscentis inter-
 est, adhuc quidem pars pretij il-
 lud pactum est, vt probat textus ele-
 gans & expressus si benè conside-
 retur, in l. hæreditatem Cornelij
 D. de hæred. & act. vend. & proba-
 tur quoque aperta iuris ratione,
 quia cum, si sine eo pacto vendi-
 disse, ipse teneretur de suo gabel-
 lam soluere, à qua per emptoris so-
 lutionem ex pacto venditioni ap-
 posito secutam liberatus est, tantā
 pecuniam ex eo pacto videtur per-

cipere, in quātam fuerit liberatus,
 ex l. mortis causa capitur. §. fina. D.
 de donat. mortis causa. & quæ tra-
 didimus supra cap. 10. ex nu. 16. &
 in effectu hic venditor recipit qua-
 tuordecim argenteos pro singu-
 lis fanecis & mensuris sine onere
 gabelle, cum tamen non nisi cum
 eo onere, & quocunq; alio, quod
 de iure venditorem sequatur, acce-
 pturum esse sanciatur lex Regia, quæ
 tritici venditionibus & pretio mo-
 dum posuit: dum ait, venditores
 tritici, quos aliàs regulariter scie-
 bat lex oneri gabellarum esse sub-
 iectos ex l. i. tit. 17. lib. 9. Recopil.
 non nisi quatuordecim argenteis
 posse vendere ad plus in singulas
 fanecas, prout ex Regia pragmati-
 ca constat.

Atque hinc obiter intelliges,
 quod ea ratione, quia regulariter,
 si se exoneret venditor ab illo one-
 re & tributo, quod ipsum de iure
 tangit, & oneret emptorem ex vi
 pacti, pars pretij illud est ex dicta
 l. fundi partem. cum supra notatis.
 30 rectè * vetuit Proprius motus Pō-
 tificis Maximi Pij. V. super forma
 creandi census. & omninò annul-
 lauit pacta, quæ vltra legitimum cē-
 sus pretium, continerent solutio-
 nes onerum ad eum expectare, ad
 quem aliàs de iure & ex natura cō-
 tractus non pertinerent, scilicet
 ad venditorem census, cui in ea
 constitutione consulitur: cuius
 quidem constitutionis hic est ve-
 rus sensus & vera ratio ex aliàs tra-
 ditis per Caro. Molinæum de vsu-
 ris. quæsti. 6. numero. 129. & cum
 his satis explicatus manet hic arti-
 culus, ad alia ergo transeamus.

Sed adhuc, pro perfecta istius ma-
 teriæ cognitione, aduertendum
 31 est: * quod sicut pactum & onus
 adie-

adiectum emptori in fauorem vē-
 ditoris, pretium conuentum au-
 gere diximus supra ex dicta. l. fun-
 di partem. D. de contrahe. empti.
 ita quoq; contraria & necessaria
 ratione pactum & onus adiectum
 venditori in emptoris fauorem,
 pretium minuere videatur ex cor-
 relatiuorum doctrina. l. 2. C. de
 cupressis. lib. 11. quod erit valdè
 vtile ad gabellam, veluti in ea spe-
 cie: Vendo tibi rem mille aureis,
 sed sic tu emis, vt fundum quen-
 dam meum certa pecunia locem
 tibi, ita vt aliàs vel nisi pro mino-
 ri summa non esses empturus. Cer-
 tē secundum prædicta, non inte-
 gra centum, quasi ex mille in pre-
 tium datis, gabellæ nomine debe-
 buntur, quia illud pactum pretium
 conuentum videtur minuere: sed
 æstimandum erit, quid mea inte-
 rest non locare, aut potius tua in-
 terest conducere, vt illud demp-
 tū e pretio, quasi non datum intel-
 ligatur, ex sæpè allegata doctrina
 Baldi consilio 164. maritus. in fine
 lib. 5. vbi ait, quod ista pacta ven-
 ditioni apposita vel augent vel mi-
 nuunt contractum, & propterea
 æstimari debent, quem refert & se-
 quitur Caro. Molinæus in consue.
 Paris. dicto tit. 1. §. 24. numero. 1.
 sic erit, quod si tua tanti interest,
 sic & ea certa mercede fundum il-
 lum meum locatum habere, quan-
 tum valent viginti aurei, isti
 quidem deducantur e pretio de-
 signato ad rem, scilicet de illis
 mille aureis, quibus vendidi, qua-
 si non videantur à te dati, qui to-
 tidem videris accipere ex pacti il-
 lius implemento: nec plus, quàm
 nouingentos & octoginta aureos,
 ego videar à te percipere pretij
 nomine, qui pactum illud im-

pleui, aut impleturus sum, atque
 ita ex illis folis decima debeat, non
 ex integris mille.

Sed cōtrarium dicendum est sine
 dubio, quia illud pactum pro em-
 ptore positum magis auget rem
 venditam, quàm pretium conuen-
 tum minuit: ita vt quemadmodū
 pactum & onus impositum emp-
 tori in venditoris fauorem, pars
 pretij est & illud auget, ita quo-
 que ac similiter eadem ratione, pa-
 ctum & onus impositum vendito-
 ri in emptoris fauorem, pars rei
 est & rem venditam auget, prout
 eleganter dicit Carolus Molinæus
 vbi supra. §. 24. numer. 1. Etenim
 constat, quod sicut in specie dictæ
 l. fundi partem. de contrahe. empti.
 & dictæ l. tenetur §. 1. & l. si steri-
 lis. §. si tibi. D. de acti. empti. & in
 aliis iuribus, factum & onus qua-
 lecunque emptori adiectum, po-
 test esse & est pars pretij, quod de
 sua natura legali debet in pecunia
 numerata consistere, vt latè expli-
 cumus supra capit. 1. nec vlla iu-
 ris ratio resistit, quominus id fieri
 valeat saltem improprie, vt
 notat Andreas ab Exea de pactis.
 numer. 549. versic. nec obstat. pro-
 pterea quod sufficiat, principa-
 lem pretij partem, in qua venditio
 nititur, in pecunia esse, vt conside-
 rat Pinelus in rub. C. de rescind.
 32 venditio. 2. parte. capit. 2. numer.
 29. * Et hoc est, quod significat no-
 ta illa improprietatis, qua vtitur
 text. in dicta. l. fundi partem. ibi
 pretium fundi videretur. quem sic de-
 bes obiter intelligere. D. de con-
 trah. emptio. ita quoque factum
 & onus impositum venditori in
 emptoris fauorem (qualecunque
 illud sit) potest esse & est pars rei
 venditæ: ita vt, licet necessario ex
 natura

natura venditionis, debeat ex venditoris parte res proficisci, non factum, quia alias transiret conuentio in locationis contractum ex notatis in l. naturalis. per totam. D. de præscri. verbis. si tamen principaliter res aliqua proficiscatur ex parte venditoris, in qua venditio nitatur & consistat, recte possit ei accedere, & quasi eius pars esse factum aliquod cum re deductum in venditionem: ita ut res illa principalis, & factum ei adhaerens tanquam accessorium vendi videatur, & totius venditionis pretium sit integra illa summa, quæ ab emptore datur, absque vlla diminutione: sed ideo minui dicatur pretium propter illud pactum, quia crescit res, atque ideo in prædicto venditionis exemplo, quod supra proposui, nedum ex non-gentis & octoginta aureis decima soluenda erit, sed ex totis mille, quibus est venditio contracta, quod valde nota.

33 Quin immo pro complemento huius resolutionis magnopere ac vtiliter animaduertendum est: *quod non semper pactum adiectum venditioni in fauorem venditoris, pars pretij est, ita ut illud augere videatur, & æstimari debeat, secundum quæ supra diximus fieri in dicta. l. fundi partem. quia potius aliquando tale pactum adiicitur in venditoris fauorem, quod non auget pretium, sed rem venditam diminuit, ita ut de eo curandum non sit ad Regalis decime computationem: Veluti, si vendidero tibi fundum mille aureis cum pacto de retrouendendo iuxta. l. 2. C. de pactis inter empto. & vendit. aut alio pacto resolutionis, ex notatis supra capit. 14.

ex numer. 19. quo casu pactum illud adiectum in fauorem venditoris, rem ipsam minuit, pretium autem non auget: nec pluris, quam mille illis aureis vendita res esse intelligitur: quin potius sic minuit rem venditam, ut iuste mille illis aureis vendi dicatur res cum eo pacto, quæ alias sine eo non iuste pro illo pecuniario pretio venderetur: propterea quod res ipsa vendita, propter adiectionem pacti illius minus valet, quam si liberè venisset, ut notat Abbas in capit. in aliquibus. numero. 2. de decimis. & in capitu. ad nostram. de emptione & venditione. Decius consilio. 167. & Andreas ab Exea de pactis. numero. 569. & resoluit Tiraquellus de retract. conuent. in præfatione num. 20. quorum doctrina sic est verè intelligenda, ut explicui.

Vnde, ut perfectè & in vniuersum intelligatur, quando pactum adiectum pro venditore, rem venditam minuat, vel potius pretium venditionis augeat, hanc regulam statuo: Quod quotiens adiicitur tale pactum, quod rem venditam onerat & afficit, tunc rem ipsam minuit, quia minori pretio dignam facit: Quando vero non rem ipsam afficit, sed extra & non circa rem venditam versatur, pretium conuentum auget, & computari debet æstimatio eius pacti cum vera pecunia pretij nomine data vel promissa, iuxta doctrinam Baldi, de qua supra numero 31. exempla subiiciam de vtroque casu: & de primo iam habes exemplum in pacto de retrouendendo, quod rem ipsam afficit, & aduersus tertium possessorem transit, ex resolutis per Tiraquellum in dicto

retra

retract. conuenti. §. i. glossa. 7. num. 9. Idemque est, si seruus venierit cum eo pacto, ut manumittatur intra aliquod tempus: Vel ne prostituatur, aut in Hispania sit: quibus casibus seruus ipse venditus oneratur, & cum ea causa affectus ad quemcunque possessorem transit, ideoque minus valet propter pactum, iuxta speciem textus in l. si venditor. & l. seruus ea lege. D. de ser. export. & l. 1. & per totum. C. si mancipium ita venierit. & C. si manci. ita fuerit aliena. Vnde si eis pactis, vel quocunque eorum, seruus vendatur pro pretio centum aureorum, non augetur pretium propter pactum, quasi pluris, quam centum illis aureis, vendi videatur: sed res ipsa potius minuitur, quia minus valere intelligitur propter pactum, & ita est, ac si aliquid in ea re venditor retinuerit, quod non venear: fietque ideo, ut ex solis illis centum aureis Regalis decima deducatur. Quod idem eueniet in specie l. quod si locus D. de Religio. & sumpt. fune. cum declaratione l. fina. C. de pactis inter empto. quorum iurium verum intellectum non vacat exponere. Sed & eadem doctrina clarius & vtilius procedit in eo, qui fundum vendit certo pretio pecuniario, & in super eo pacto, ut annuus reditus siue perpetuus, siue redimibilis sibi præstetur ex eo fundo: quia tunc, cum census ille rem venditam sic oneret, ut onus quoddam reale sit: non pretium pecuniarium auget, sed rem ipsam venditam ita diminuit, ut sic eo censu onerata iuste illa parua pecunia vendatur, quamuis si libera venderetur, maioris pretij digna foret: atque ita ex ea sola pecunia dun-

taxat Regalis decima soluenda erit, non etiam ex æstimatione pacti & reditus præstandi, ut eleganter diximus supra cap. 10. nu. 74.

De secundo autem casu exemplum erit, quod traditur in specie dictæ l. fundi partem. D. de contr. emptio. quia vendidi tibi partem fundi certa pecunia, & in super eo pacto, ut aliam partem cõductam haberes: quod pactum, quia rem ipsam venditam non afficit, quia immo libera vendita est absque vllõ onere: sed ultra pecuniam aliquid aliud cõceditur per pactum, cuius interest venditoris: pretium augere intelligitur, & eius pars esse, ut dixi: quia aliquid vltèrius præter pecuniam venditor accipit. sicut si ita vendidissem domum meam certo pretio, ut pro me aduoces in lite, vel Romam eas, in sulam vè meam reficias, iuxta speciem text. in dicta. l. tenetur. §. 1. D. de actio. emptio. estque ideo pactum illud per iudicem æstimandum, ut & ex æstimatione eius pretium in pecunia conuentum augeatur, & Regalis decimæ computatio fiat, secundum quæ supra resoluiimus.

34 Insuper* in hac materia non immeritò dubitatur de specie textus in l. in sulam. 13. D. qui potiores in pigno. habea. vbi in sulam, quam locatam habebam in aliquot annos certa mercede, putata viginti aureorum in singulos annos constituta, mille aureis vendidi tibi eo pacto, ut prioris anni pensio mihi, sequentium tibi esset accessura: an scilicet in casu specie nedum ex mille aureis conuentis, sed & ex viginti, quos pro prima locationis pensione accipiam, Regalem decimam sim soluturus: videor enim eos accipere ex pacto

de venditionis, quod partem pretij esse diximus. Et licet quæstio hæc prima facie facillima videatur, longiorem disputationem requirit: etenim tota pender ab ea quæstione, quæ habet, qualiter pensiones rei venditæ, quæ antea locata esset, emptori cedant & debeantur. Qua in re multiplex distinctio fieri solet, ut constat ex iis, quæ magno cum iudicio tradit Salycet. in l. Iulianus. §. si fructibus. ex numero. 8. D. de act. empti. & resoluit Couarruu. lib. 1. varia. resoluit. capit. 15. ex numero. 3. atqui in id magis communiter doctores consentiunt, eatenus pensiones rei locatæ, quæ post locationem vendita sit, emptori vel venditori cedere: quatenus fructus ipsius rei ad emptorem vel venditorem pertinere debuissent, si locata non esset: prout singulos casus prosequendo (nec enim referre necesse est) docet Salycetus ubi supra: à quo nisi in vno singulari casu, de quo in l. fina. §. fina. D. de iure fisci. Dida. Couarruias non discedit in prædicto loco.

35 Ego verò illud breuiter animadverto, * prædictos doctores rem istam explicuisse derelicta decisione textus in dicta l. Iulianus. §. si fructibus. D. de act. empti. qui aliter eam rem explicat: tradit enim duas Regulas valde diuersas, & æquæ generales, quas si explicuero, tota materia manebit intellecta. Prima Regula est, quod fructus maturi & pendentes, qui in fundo vendito essent tempore venditionis, emptori cedunt, tanquam fundi pars l. fructus. D. de rei vendic. idque manifestum esse, nisi aliud inter contrahentes conuenierit: cæterum de iis fructibus, qui post ven-

ditionem nascerentur, nulla dubitatio fuit, quin emptori essent restituendi, nulla eius mora intercedente quoad solutionem pretij, iuxta tradita in l. curabit. C. de actionibus empti. Secunda Regula est: quod si ille fundus, qui venderetur, locatus erat antè venditionem, pensiones omnes, siuè quæ iam deberentur propter tempus locationis transactum, de quibus nullum oportet esse dubitatio: siuè quæ postea debebuntur ex locationis progressu, ei cedent, qui locauerat: idque nedum in prædicto fundo rustico, sed & in vrbaniis prædiis obseruandum esse, nisi si quid nominatim inter contrahentes conuenisse proponatur tempore venditionis. Quod cum ita generaliter dicat & statuat. l. C. in dicto §. si fructibus. versic. si in locatis. ego non video, cur doctores nostri ab eo recedentes, tot distinctiones induxerint, vrbana prædia à rusticis separantes, & iterum rustica inter se, prout facit Salycetus, & sequitur Couarr. in locis superius allègatis, rem istam explicantes iuxta id, quod visum sibi est iustum & equum ex bona fide contractus venditionis, omninò derelicta (ut dixi) decisione legum, quæ in hac re locata sunt.

36 Itaque * totam huiusce rei veritatem pendere existimo ab intellectu textus in dicto §. si fructibus versic. si in locatis. ubi expressè deciditur ut iam dixi. Intellego autem cum textum planè ac necessariò procedere, ubi ex lege venditionis actum esset, ut emptor stare locationi, sicque illo inuito locatio procederet, nec posset colonum conductoremve expellere à re empti iuxta textum in l. empto-

rem

rem. ibi. *Nisi ea lege emit.* C. de locato. & l. si mercedem. §. si habitatorib⁹. D. de act. empti. & l. 19. versic. *El primero.* titu. 8. part. 5. aliàs enim, si id pactum non esset, cum emptor posset colonum aut conductorem expellere, vel iterum eis locare, frustra dubitaret de pensionibus prioris locationis, quam eo modo posset illudere, prout rectè aduertit Salyc. in d. §. si fructibus. nu. 9. quo supposito, cum nihil ulterius de acquirendis pensionibus ageretur, rectè in. è ait l. C. in di. versic. si in locatis. eas venditori cedere, qui locauerat, non autè emptori, in quæ personalis actio, quæ semel locatori ex suo contractu acquisita est, non potuit transire: fundum enim, aut singularem successorem non sequitur. l. 1. §. si hæres. ubi doctores notant. D. ad Trebellia. & l. fina. §. fina. D. de contrahen. emptio. & bene aduertunt doctores & Salycetus in dicto §. si fructibus. & in l. fina. §. fin. D. de iure fisci. nã licet fructus emptorem sequantur, tam pendentes tempore venditionis ex d. §. si fructibus. in prin. quam qui postea percipiuntur ante moram emptoris in solutione pretij, ex d. l. curabit. C. de actio. empti. & diximus supra in prima regula illi. §. si fructibus. & istæ pensiones, quæ ciuiles accessiones appellantur, quasi fructus sint. l. si nauis. in princ. D. de rei vendi. & notat Barro. & glo. in .l. & ex diuerso. in prin. D. cod. titu. & notatur in. l. indebiti. D. de condic. indebit. illi quidem fructus ex re ipsa percipiuntur: at istæ pensiones ex contractu locationis debentur, ut docet textus in dicta. l. si nauis. ibi: *Non natura peruenit, sed iure percipi-*

tur: quam sic intelligo. Vnde nisi ei, qui contraxit locauitvè, deberi nequeant. Fitque inde, ut quavis malæ fidei possessor nullos fructus suos faciat, tamen istæ pensiones & suæ sunt, & ei debentur, non domino rei, rextus est elegans in l. si vrbana prædia. D. de condic. indebit. licet prædo ibi ob malam fidem, & ne ex malitia sua commodum consequatur, quicquid mercedis nomine accepisset, domino restituere teneatur. Quod ita faciendum esse in dicto §. si fructibus. versic. si in locatis. malè tradit Accursius ibi. verbo, cedent. & cum eo communis doctorum sententia: quia expressè loquitur contra eum textum ibi: *Et cedent, qui locauerat.* quod verbum, *cedent*, effectum rei demonstrat, prout significat quoque in principio illius §. si fructibus. ubi: *fructus emptori cedere.* non autem actionem solam, prout malè doctores intelligunt supplentes tex. Preferim, quia si de actione sola loqueretur l. C. & non de reali ac fructuosa acquisitione mercedis, frustra illud adijceret ibi: *Nisi siquid nominatim conuenisse proponatur.* Etenim licet illud cõuentum esset, ut emptor sibi acquireret mercedes & pensiones omnes locationis, prout factum est in. l. si cum fundum. D. de contrah. emptio. adhuc nisi expressè ei per venditorem actiones cederentur, id ipsum foret, quod dictum erat, nempe venditori deberi pensiones, ut saltem eas exigeret secundum quod glossa & doctores voluerunt, quia, ut dixi, personalis locati actio non transit, dicta. l. 1. §. si hæres. D. ad S. C. Trebellia. Atqui ita fieret, ut illa modificatio, *nisi siquid, &c.* frustra

Dd adij-

adiceretur à Iurifconsulto: quod quidem si admitteris, textum destrues. In idē facit, quia si vera esset communis sententia, superuacuo caueretur, vt quod mercedis nomine à cōductore exigeretur, emptori accederet in dicta. l. si cum fundum. in princip. D. de contrahen. empti. cum ex eo pacto non cedantur, nec transeant actiones vtilis, sed adhuc venditor exigere debeat, vt satis ex ea lege constat. Nec secundum eam communem sententiam, quæ habet, quicquid exegerit venditor à conducto-ribus, restituendum emptori esse, etiam si id non paciscatur, opus esset Iurifconsulto in dicta. l. si cum fundum. pactum illud supponere, vt doceret id, quod principaliter intendit in ea lege, de bona fide & diligentia in exigendo præstada: cum & necessaria quoque foret ea doctrina, quamuis de illo pactum non esset, si vera foret communis doctorum sententia.

37 Nec obstat, * quod negari non possit, quin iste venditor, qui locauerat, mercedes ac pēiones istas percipiat propter rem venditam, quæ sua esse desierit: ac proinde equum iustumque sit, eum restituere rei domino, prout restituitur in dicta. l. si nauis. D. de rei vend. & dicta. l. si urbana prædia. D. de condiçt. indebit. quia illa quidem consideratio bona est, vbi post rei venditionem, eam locasset venditor: quia tunc verum est, quicquid ex ea locatione venditor percipisset ante moram emptoris circa pretij solutionem, restituendum esse eum emptori cū reliquis fructibus, quia cuius est periculū rei, eiusdem debet esse commodum. & probat tex. in d. §. si fructib⁹. ver

si. item si quid. & infra in. §. si quid. eiusdem legis. quæ iura sic intelligo. iuncta. l. curabit. cum notatis. C. de acti. empti. Cæterum in hac nostra specie, in qua à principio (vt ver⁹ rei dominus) rectè locauit venditor ante venditionē, de qua loquitur tex. in dicto vers. si in locatis. ego non video, cur sibi non exigat, quod ex contractu à se ante venditionem facto in posterū adquisierit: cum pactus fuerit in venditione, quod emptor conductoribus habitationē concederet, & agri locationi stare, nullo verbo facto de pēionibus, iuxta d. l. si mercedē. §. si habitatorib⁹. D. de acti. empt. & l. si merces. §. 1. D. locati. ppter qd pactū verisimile est, vilius venditā rē esse ex d. l. fundi partem D. de contra. empt. cū supra notatis. Itaq; absq; dubio errare eos intelligo, qui dicunt in specie dicti. §. si habitatoribus. mercedem habiturū esse emptorē, prout ex Romano sing. 27. notat Couarr. vbi supra nu. 5. quia immo, si nihil aliud dictum sit, seruāda erit decisio textus in d. §. si fructibus. vers. si in locatis. secundum quæ supra explicuimus.

38 Nec iterū prædictæ resolutioni obstat tex. in l. si. per totā. D. de iur. fisci. vbi pēiones debentur emptori. per quē tex. in varias sententias itum est per doctores, vt refert Salyc. in d. l. Iulianus. §. si fructibus. nā licet Bart. ibi, præcipuē in. §. si. illius legis finalis, speciale quid esse intelligat ppter fiscū, quem refert & sequitur Couarr. in d. cap. 15. nu. 5. verius est cum Salyceto in d. §. si fructibus. nu. 8. nullū speciale esse in eo. §. si. quoad pēionū acquisitionē attinet, inter priuatū & fiscum de iure cōi, nisi expressè aliud

aliud caueatur, vt probat textus in l. 1. C. de petit. hæred. idē ergo in dicta. l. si. in princ. D. de iure fisci. equè accipit emptor pensionem & fructus, nulla facta distinctione cōtra id, quod traditur in dicta. l. Iulianus. §. si fructib⁹. D. de actio. empti. quia ibi pactus non est venditor, vt emptor locationi stare, ac proinde cum rectè posset de iure communi emptor ille colonos expellere, & fructus rei sibi percipere, iuxta dictam. l. emptorem. C. de locato. quo facto eueniret, vt fiscus venditor nedum pensiones nō perciperet, vt supra aduertit nu. 35. sed & à colonis conueniri posset ex conducto, eo quod vti frui non liceret eis re locata: non uam sententiam induxerunt Papi- nianus & Mefius relati per Paulū I. C. in dicta. l. si. scilicet, vt eo casu fisci fauore deberet emptor locationi stare, etiam inuitus, & pē- sionem, quæ inde deberetur, sibi perciperet, ne fiscus colonis re- neatur, & emptoris abesset iniuria: idque ita obseruatur, ac si spe- cialiter hoc ipsum in emendo cō- uenisset: exque illorum Iurifcon- sultorum sententia factum ius est speciale pro fisco, de quo agit Gre- gor. Lupus. in dicta. l. 19. versic. dos casus. titu. 8. part. 5. At verò, si à principio venditionis ita ex fisci parte cautum esset, vt emptor teneretur locationi stare, dubium non est, nec de eo casu in illa lege dubitatur, quin habiturus esset fiscus omnes pensiones, quæ ex ea locatione deberentur, quamuis specialiter de earum adquisitio- ne non pacisceretur, ex traditis su- pra ad dictam. l. Iulianus. §. si fru- ctibus. vers. si in locatis. Aduerte autem speciale non esse in fisco.

totum, quod traditur in dicta. l. si. in prin. sed id solū, quod emptor vel inuitus quidem teneatur stare, locationi: cuius cōtractum obser- uatur in venditore priuato, nisi cū ea lege videret, ex dicta. l. empto- rem. Cæterum id, quod dicitur in eadem. l. si. fina. emptorem stantem locationi pensiones debere perci- pere, sine dubio obseruabitur in quacunq; alia venditione per pri- uatum facta simpliciter sine pacto adiecto de stando locationi: quia tunc, cū rectè posset emptor, si vellet, locationem illudere, & effi- cere expulso colono, ne ex ea pen- siones debeantur, iuxta dictam. l. emptorem. quo facto, nedum ven- ditor non consequeretur pensio- nis commodum, sed & non leue damnum sentiret à colono con- uētus in id, quod eius interesset re sibi locata vti frui non licuisse, ex l. si merces. §. 1. D. locati. & d. l. 19. Partite: sit consequens æquissimū, quod si sponte sua velit emptor lo- cationi stare, totum eius commo- dum sit habiturus celsis actionib⁹, aut pensionibus restitutis per ven- ditorem, cuius ille negotium vtili- ter egit, vt constat ex prædictis, pro- ut rectissimè contra Fulgosium in dicto. §. si fructibus. animaduertit Couarr. vbi supra nu. 5. in fine. cuius animaduersio mirificè cōpro- batur ex prædicto vero intellectu dicta. l. si. fina. D. de iure fisci. in cuius textus specie vera est commu- nis doctorum sententia, quam in terminis textus in dicto. §. si fructi- bus. vers. si in locatis. falsam esse demonstrauimus.

39 Sed & illud nota, * qd diximus pēiones deberi emptori, qui libe- ter, & sponte sua, non lege veditio- nis coact⁹, locationi stetit, iuxta

verū intellectum d. l. si. intelligen-
di quoque esse, etiam si inuitus non
quidem propter pactum expressū
a venditore positum de stando lo-
cationi, sed propter hypothecam,
quam conductor haberet in re si-
bi locata, emptor locationi stare-
t, iuxta latē resoluta per Tiraquel de
retract. conuentio. §. 3. glo. 1. nu.
4. & Ioan. Guriel. in repet. l. nemo
potest. num. 44. de legatis. 1. &
Couarr. lib. 2. varia. reso. capit. 15.
quia tunc, cum emptor rem illam
vt vacuam & liberam emerit, in id
quod interest, agere poterit aduer-
sus venditorem, si res sibi vendita
nō tradatur, q̄ interdum ultra pen-
siones egredietur, si pluris interest
rem habere, quam p̄sio valet, iux-
ta textum & notata in l. 1. in prin-
cip. D. de actio. empti.

Cæterum, vt hæc materia omni-
nō intelligatur, aduertendum est,
quod superius diximus circa dictā
l. Julianus. §. si fructibus. versi. si in
locatis. D. de actio. empti. & circa
dictam. l. fina. in princip. D. de iure
fisci. intelligendum esse, vbi de
tota locationis pensione dubita-
tur, vt quia totum locationis tem-
pus post venditionem transactum
& decursum est, quod eueniet eo
casu, cum statim post rei locatio-
nem paruo tempore transcurso, cuius
nulla debeat esse consideratio,
puta vnus vel quinque dierum, ven-
ditio eiusdem rei contracta fue-
rit. Quo casu iam diximus, quod si
vendidit pactus est, vt emptor sta-
ret locationi, venditori cedent p̄-
siones, qui locatierat, iuxta dictam
l. Julianus. §. si fructibus. versi. si
in locatis. si vero pactus non est
de stando locationi, omnino em-
ptori cedant, cuius voluntate con-
ductor fruitur re locata, cessis qui-

40 de actionibus per venditorem, vel
eo restituyente quod exegerit, iuxta
dictam. l. fina. in princip. sic verē
intellectam. D. de iure fisci. * Ter-
tius verò casus est ille, cum post ali-
quod vel maius tempus locatio-
nis transactum, res locata venierit,
& de hoc habemus textum expres-
sē decidentem in prædicta. l. fina.
§. fina. de iure fisci. vbi inquit Pau-
lus I. C. quod quamuis aliquod lo-
cationis tempus transierit, immò
aliqui fructus fuerint a conducto-
re percepti eo tempore, quo ven-
ditio eius rei celebratur, nihilo-
minus, si totum tempus locationis
transactum non est, sed adhuc con-
ductor possit & debeat iuxta loca-
tionis contractum re vendita uti
frui, ac proinde dies soluendæ pen-
sioni præfinitus nondum venerit,
adhuc tota pensio totius anni &
temporis cedere debet emptori,
qui simpliciter emisset, sine pacto
quod locationi staret iuxta thema
illiusmet. l. fina. in princip. quo re-
tento prosequitur materiam & du-
bitationem Iuriscōsultus in dicto
§. fina. agit enim manifestē de ca-
dem facti specie, de qua supra tra-
ctauerat. Et ratio illius decisio-
nis est pulcherrima, quæ colligitur
ex ijs, quæ dixerat Iuriscōsul-
tus in principio illius legis: quia
cum eo etiam casu, de quo in dic-
to. §. fina. si emptor nollet stare
locationi, sed colonum expelle-
re, prout commune ius erat etiam
in fisco ante priuilegium ibi in-
trodactum, vt superius diximus,
ex dicta. l. emptorem. C. de loca-
to. non posset fiscus, nec alius pri-
uatus venditor potest, integram p̄-
sionem, immò nec eius partē, exi-
gere a colono, cui in totū re loca-
ta frui & uti non licuisset, donec ei
satisf-

satisfecisset venditor de totali in-
teresse, quod posset propter non
perfectam nec consummatam lo-
cationem petere: quodque inter-
dum, immò semper aliqua fructuū
parte nondum collecta & ab em-
ptore occupata iure dominij, pen-
sionis quantitatem excederet iux-
ta dictam. l. si merces. §. 1. D. loca-
ti. iuncta. d. l. 1. in princ. D. de acti.
empti. vel eius partis quantitatem
superaret, quæ pro rata transacti
temporis ex pensione deberetur
venditori, iuxta tradita in dicta. l.
19. ibi: *Quanto tiempo fincaua, que se
debia della aprouechar.* & ibi glossa.
verbo. *Del loguero.* titul. 8. parti. 5.
rectissimē dictum est a Paulo Iu-
riscōsulto in dicto. §. fina. pensio-
nem integram etiam pro parte
transacti temporis emptori acces-
suram, qui locationi steterat: & hic
est verissimus ac proprius intelle-
ctus illius textus in dicta. l. fina. §.
fina. D. de iure fisci. qui mirabili-
ter confirmatur & apertior fit ex
optima illa consideratione, quam
circa eum textum tradit Couarru.
dicto. lib. 1. variar. cap. 15. num. 5.
versicu. quin & illud est conside-
randum. nempe quod in eo. §. fi-
na. adhuc conductor debebat re
locata frui ad alios fructus collig-
gendos, quamuis alteros percepisset:
alias enim, si iā perfecta loca-
tio esset, & eius tempus transac-
tum, nullamque ideò emptor pa-
tentiā præstaret: nulla ratio foret,
cur ei deberetur pensio locatio-
nis finitæ, quamuis eius dies non
venisset, nec de eo casu potuit lo-
qui I. C. in eo tex. Posset autem ille
casus quotidie contingere, nempe
quod longior dies assignetur
ad solutionem pensionis, quam sit
ipsum tempus locationis; & iam

ego vidi ex facto in quodam ho-
mine, qui conduxerat vineas pro
certa pecunia in singulos annos:
conuenit autem, vt merces cuius-
que anni non solueretur nisi post
collectum fructum (quo quidem
facto singuli quique anni finiebantur)
& post proximum diem Pas-
chatis Resurrectionis Domini,
quo iam die posset emptor vinum
factum, vel aliquam eius partem
vendidisse, & redactam ex fructi-
bus pecuniam soluere. Pone ergo
casum iuxta hanc locationis spe-
ciem, quod post collectum vlti-
mum fructum, & ita totum tem-
pus locationis finitum, dominus
vinearum vendidit eas alicui, &
nihil dictum est de pensione, quæ
in sequenti die Resurrectionis do-
minicæ pro vltimo locationis an-
no soluenda esset: habebimne eam
emptor iuxta textum in dicta. l. fi-
na. §. fina. D. de iure fisci. an vendi-
tor? & certè proculdubio existi-
mo, quod venditor eam habiturus
est, non emptor, qui statim re sua
fruitur, nec patientiam aliquā præ-
stat: Nec isto casu habebit locum
decisio textus in dicto. §. fina. qui
loquitur, vt dixi, cum adhuc post
collectos fructus aridos, aliqui li-
quidi vel alias essent a conducto-
re colligendi, & emptor patientiam
præstaret sine vlllo pacto &
lege venditionis, prout rectè con-
siderat Couarruu. vbi supra. quic-
quid generaliter pensionem, cuius
dies non venisset, emptori esse
soluendā dixerit Dynus, a quo
rectè discedit Bartolus in dicto. §.
fina. quamuis cum Dyno transeat
Angelus in l. diuortio. in princi-
num. §. D. soluto mat.

Ex qua vera resolutione, ac ve-
ro intellectu dictæ. l. Julianus. §. si

fructibus. D. de act. emp. & dicta
l. fina. §. fina. D. de iure fisci. multi
doctorum errores, qui ex illarum
legum ignoratione dimanarunt,
corrigendi & emendandi sunt. Et

41 primò* constat falsam esse senten-
tiam eorum, qui existimant in spe-
cie. l. si mercedem. §. si habitatori-
bus. D. de actio. empti. pensiones
omnes emptori cedere: quia im-
mò, vt superius animaduerti nu-
36. in fine. potius eas habebit ven-
ditor, qui in vèditiōe pactus est,
ne emptor colonos expellat, do-
nec eorum locationes finiatur:
ex vero intellectu dicta. l. Iulian.
§. si fructibus. versic. si in locatis.
Itaque illud pactum de stando lo-
cationi per emptorem, nedum o-
perabitur, vt venditor non tenea-
tur colonis expulsis iuxta dictam
l. si merces. §. 1. D. de locati. sed &
illud quoque, vt quamuis rem illā
vendiderit, adhuc ipse fruatur lo-
cationibus, quas in vendendo ex-
cepisset: nisi aliud nominatum cō-
uenisse proponatur, vt tradit tex-
tus in dicto versic. si in locatis.

42 Secundò constat, * falsam esse,
& impertinentem doctorū distin-
ctionem inter res, quarum fructus
semel & simul ex toto anno colli-
guntur, vt fundus & vinea: & eas
res, quarum fructus quotidie per-
cipitur, vt domus: prout distinguit
Salycetus in dicto. §. si fructibus.
& ex communi sententiā tradit Co-
uarru. dicto cap. 13. num. 4. dicen-
tes, qd in his vltimis rebus pro rata
temporis est diuidenda pensio in-
ter emptorem & venditorem: qd
est aperte falsum ex dicta. l. fina. §.
fina. vbi expresse, quāuis pars fru-
ctuum fuisset collecta, adhuc tota
pensio debetur emptori, qui patiē-
tiam præstat donec locationis tē-

pus finiatur, vt supra explicuimus.
Itaque indistinctè in quibuscunq;
rebus locatis, modò locatio fini-
ta non sit, seruanda est illius. §. fi-
na. decisio, quæ videretur & est ge-
neralis.

43 Tertio constat, * quod textus in
dicta. l. fina. §. fina. D. de iure fisci
non est specialis in fisco vendito-
re, sed & in quocunq; alio priua-
to venditore procedit, qui rem vè-
didisset simpliciter sine pacto, qd
emptor staret locationi: quia vt
superius dixi ad principiū illius l.
fina. iustum & æquum est, vt em-
ptor, ex cuius patientia & volun-
tate conductor fruatur re locata,
commodum pensionis obineat:
quæ æquitas & iustitia tradita in fi-
sco vèditore in dicto. §. fina. à for-
tiori ex eadem æquitatis ratione
seruanda est in quocunq; alio pri-
uato. Solum stat differētia in eo,
quod vendente fisco, emptor tene-
tur, velit nolit, locationi stare, &
pensionibus fruatur, vt expressum
est in dicta. l. fina. in princip. & su-
pra dixi: at vendēte alio priuato,
non tenetur emptor locationem
pati etiam pensionibus fruaturus,
nisi velit, vt est regula in dicta. l.
emptorem. C. de locato. & in hoc
stat specialitas dicta. l. fina. in prin-
cip. & in. §. fina. quam aliter & ma-
le intellexit Bartolus ibi.

44 Quarto constat, * quod textus
in dicto. §. fina. generaliter proce-
dit in quocunq; venditore, qui
rem suam antea locatam vendidit
set sine pacto, quod emptor loca-
tioni staret: aliās enim, si illud pa-
ctum sit per venditorem, fiscū qui-
dem vel quemcunq; alium pri-
uatum, omninò habere debet pen-
sionem locationis, nedum pro ra-
ta temporis iam decursi, sed & in

regram, iuxta ea quæ tradidimus
supra ad dictam. l. Iulianus. §. si fru-
ctibus. versic. si in locatis. D. de a-
ctio. empti. quicquid aliter doceat
Bartolus in dicto. §. fina.

45 Quintò & vltimò constat, * qd
textus in d. §. fina. nedum procedit,
vbi pensio vnica esset statuta pro
omnibus fructibus colligendis in
toto anno, sed et si diuisa sit, & ta-
xata certa pensionis summa pro
quolibet fructu: quia si id actum
est, vt non solueretur pensio, nec
aliqua eius pars, nisi post finitum
tempus locationis, & venditio fa-
cta sit antequā finiatur, & dies so-
lutionis veniat, atque ita emptor
passus sit locationem finiri, iuxta
textum in dicto. §. fina. secundum
verum eius intellectum: ei debetur
tota pensio, vt indistinctè tra-
dit textus in eo. §. fina. quia licet
pensio tempore contractus loca-
tionis diuisa fuerit pro singulis
fructibus, ex ea conuentione ap-
paret, quod donec impleta sit &
tota locatio perfecta, pensio cum
effectu non debetur: regulariter
enim non datur propter solam ad-
quisitionem fructuum, quia id se-
cundariò venit in locatione, sed
propter patientiam, quæ à locato-
re præstat, vt conductor re loca-
ta vtatur & fruatur, vt resolui-
mus supra cap. 2. num. 6. quicquid suæ
mentis equitatem consulendo, &
iura relinquens in prædicto casu
distinguit Salycetus in dicta. l. Iu-
lianus. §. si fructibus. num. 9. in fi-
ne. D. de actio. empti. præsertim,
quia licet pensio diuisa non sit pro
singulis fructibus, sed vnica pro to-
to anno locationis promissa, ad-
huc pro rata temporis diuisa so-
let à lege, vt habetur in dicta. l. 19.
in princip. ff. de i. 3. part. 3. quam qui-

dem legalem diuisionem cum nō
admitteret Iuriconsultus in dicto
§. fina. nec admittenda quidem e-
rit illa altera cōventionalis; quia
eadem vtroque casu versatur ra-
tio, si modò dies solutionis non
assignaretur ex conuentione pro
tempore collectionis cuiusq; fru-
ctus: quia tunc optima erit Salyce-
ti distinctio, & cessabit ratio & spe-
cies tex. in d. §. fina. puta hoc ca-
su: locaui tibi fundum centum au-
reis pro vno anno, ex quo quidē
fundo secundum eius naturā col-
lecturus eras duos fructus diuer-
sis temporibus, iuxta ea quæ tradit
Couarru. & notauimus supra ad
speciem textus in d. §. fina. & ita
cōuenit inter nos; quod dimidia
pars pecuniæ deberetur ratione
fructuum, qui primi essent colli-
gendi, & statim post perceptionē
solueretur mihi: & altera pars pe-
cuniæ deberetur & solueretur post
collectionē eorum fructuum, qui
vltimo loco perciperentur: certè
isto casu, si post collectos fructus
prios, & ita postquam venerit
dies solutionis dimidiæ pensio-
nis iuxta. l. cedere diem. cum ma-
teria. D. de verbo. signifi. ego ven-
didissem fundum Titio certo præ-
tito simpliciter sine pacto de stan-
do locationi, dubitandum nō est,
quin iste emptor habiturus sit dū-
taxat partem pensionis, quæ pro-
pter fructus colligendos in eo fun-
do deberetur: nō autem eam, quæ
deberetur iam cū effectu propter
fructus collectos; quia illius qui-
dem iam dies cesserat & venerat;
& ita sumus extra terminos illius
§. fina. ibi: *Si nondum dies pensionis
venisset.* & cum istis remaneret
intellecta & explicata illa questio
de pensione, quam non rectè do-

tores tractauerunt in locis & legibus supra allegatis, quarum ex prædictis habes verum & sincerum intellectum.

46 Sed ad nostram quaestionem de gabella (propter cuius ingressum & resolutionem hunc totum lapidem voluimus) redeundo, circa textum in d. l. insulam. 13. D. qui potiores in pign. habe. sic breuiter resoluo: * Quod aut pactum est ibi de stando locationi per emptorem: & tunc illud solum aestimabitur: quia, vt resoluimus, ex eo prouenit, vt venditor pensionem rei locatae consequatur iuxta tex. in d. §. si fructibus. & illud pactum ulterius adiectum, de quo apparet in dicta. l. insulam. scilicet de lucranda per venditorem pensione prioris anni, tanquam superfluum & inutile venditori, estimandum non est, nec erit pars pretij iuxta notata ad dictam. l. fundi partem. D. de contrah. empt. quia nihil interest venditoris illud pacisci, qui sine eo pacto habiturus esset pensionem: immo illud secundum fuit modificatiuum prioris pacti, quo de stando locationi per emptorem pactum est, & magis videtur illud secundum in fauorem emptoris adiectum, quam venditoris causa: quia, vt ex præhabita resolutione patet, si adiectum non esset, totius locationis pensiones omnium annorum habiturus esset venditor ex d. l. Iulianus. §. si fructibus. per totum. D. de actio. empti. iuxta verum illius intellectum supra traditum. Cæterum si in di. l. insulam. adiectum non est pactum de stando locationi per emptorem: cum eo casu, nisi illud de lucranda prima pensione specialiter conuenisset, nihil foret habiturus vendi-

tor ex ijs, quæ resoluimus supra ad d. l. fina. in princi. & in. §. fina. D. de iure fisci. vtile videbitur esse illud pactum, & pars pretij dici potest, ac proinde aestimandum ex dicta. l. fundi partem. cum supra notatis. Sic fiet, vt nedum ex mille in pecunia solatis nomine pretij, sed & ex viginti, quæ ex vno vel altero pacto venditori perueniunt, in omnem euentum Regalis decima debeat in specie dictæ l. insulam. D. qui potiores. ideo autem totam illam longam quaestionem de lucranda pensione, tam late & abunde explicuimus, vt recte intelligeretur in nostra materia, vnde esset petenda aestimatio pacti & inter esse illius in di. l. insulam. vt pretium venditionis, & Regalis decima augetur ex pacto.

Præterea ex supra resolutis in hac materia circa d. l. fundi partem. 47 D. de contrah. emptio. * eleganter quero de specie textus in. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. vbi venditor in venditione fundi ita legem consignauit: siqua tributorum, aut vectigalis, indictionisve quid nomine, aut ad viam collationem præstare oportet, id emptorem dare, facere, præstareque oportere. Quæro igitur, an ex eo pacto rei pretium augeatur, ita vt quantum ex prædictis causis pacto comprehensis, emptor præstiterit, tanti pluris fundum suum vendidisse venditor videatur, ultra pretium in pecunia præfinitum: vt ex triusque summe computatione Regalis decima deducatur, quod ita faciendum esse, expeditum videtur ex resolutis supra num. 19. Sed certè quaestionem istam eleganti & necessaria distinctione definitio: quia aut onus illud,

Ind: quod ex pacto solatur est emptor, tale est, quod si de eo nominatim non conuenisset, minimè emptorem nec rem venditam sequeretur nisi fortè ex accessoria hypothecæ obligatione, sed omnino & principaliter foret à venditore soluendum, vt quia ad id personali sua & principali obligatione teneatur: puta, si pactus sit, vt emptor soluat creditorum aliquam pecuniam, propter quam res ipsa vendita esset hypothecata, iuxta notata supra cap. 10. nu. 22. vel quod gabellæ nomine deberetur ex ea venditione, iuxta notata supra hoc capite nu. 19. & tunc dubium non est ex supra resolutis, quin tale pactum pretium rei augeat, & per consequens ex eo quoque Regalis decima computetur: quia tantum ex eo pacto videtur percipere, in quam pecuniam, pro qua erat personaliter obligatus, propter illud pactum venditor liberatur, ex. l. mortis causa capitur. §. fina. D. de donat. mortis causa. & ijs, quæ supra resoluimus num. 29. Sin autem illud onus, quod ex pacto venditionis ab emptore præstatur, tale est, quod licet in pactum non esset deductum, adhuc rem venditam sequeretur, vt quia esset onus reale in nulla personali venditoris obligatione consistens: & sic necessario ab ipso emptore, non autem à venditore esset soluendum: veluti quod tributum, vectigalisve, & census nomine deberetur ex ipsa re vendita, iuxta. l. 2. C. sine censu vel reliquis. dicendum est, quod illud pactum rei pretium non auget, cum nihil videatur venditor ex eo recipere, qui à nulla sua obligatione liberatur: sed potius rem ipsam venditam diminuit, & solum adiectum

est, vt emptor intelligat non se liberam, sed eo potius onere grauatam & seruientem rem emere: nec tacito onere pervenditorem, is conueniatur postea ab emptore, quasi cum deceperit, vt factum est in dicta. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empti. iuxta. l. 3. D. de crimi. stello. & l. 63. vbi Gregor. Lup. titu. 5. par. 5. Vnde consequitur, quod si tibi vendidero fundum quingentis aureis, & ultra eo pacto ac lege, vt censum aliorum quingentorum vel alterius summæ, quæ super eo fundo constitueram in fauorem Titij, recognoscas & soluas: non nisi pro quingentis illis aureis, quos recipio, contracta venditio esse videatur: nec illud pactum de agnoscendo & soluendo redditu, quo res erat vitata, pars pretij erit, aut aestimari oportebit ad augmentum decimæ, iuxta superius notata ad dictam. l. fundi partem. D. de contrah. emptio. quia illud solum seruit, & adiectum est ad detegendum rei onus, quod antea erat, non ad imponendum aliquod emptori, qui accepta illa re censuata necessario erat obligatus ex. l. si. C. sine censu vel rei quis. de cuius materia vide Deciam consil. 285. in. 2. parte consil. Atque ita ex prædictis intelliges verissimum esse, quod tradidimus supra cap. 10. ex num. 16. & ad innumeras alias quaestiones, quæ in hac materia possunt quotidie contingere, valde & perpetuo nota hanc doctrinam & distinctionem, quia elegantissima est & verissima. 48 Tandem pro complemento huius materiae & capituli, * attentius animaduerte, alias res esse præter pacta, quæ ex doctorum sententia vel augeant pretium in venditione,

ne, vel minuunt: quarum utilis for-
tasse videbitur disquisitio ad com-
putationem decimæ, sicut & neces-
saria visa est doctoribus ad compu-
tationem dimidiæ circa. l. 2. C. de
rescin. vendit. præcipue Tiraquel-
lo, qui in præfatione retractus cõ-
uentio. nu. 23. preces numerat in
partem pretij, vt si paruo pretio à
te emi per preces, veluti si quod
valebat decem, quatuor aureis e-
missis, nõ videar leui emisse mer-
cede, sed intra dimidiam potius,
vt locus non fiat decisioni dictæ
l. 2. C. de rescin. vendit. ergo sicut
ea lex locum non habet, quia plu-
ris, quàm quatuor, emisse videor,
& ille videtur vendidisse: aperte
consequitur, vt ex pluribus, quàm
ex illis quatuor, quos ego dedi &
venditor recepit, Regalis decima
debeatur, precibus scilicet æstima-
tis, prout de pacto in venditione
posito superius diximus num. 19.
Verùm hoc prudenter rejicit Pia-
lus in dicta. l. 2. in. 3. parte. cap. 4.
num. 21. cui adhæreo.


49 Sed & certum est, quod cum
quis inuitus vendit rem suam, aut
emit alienam, rem ipsam aut pre-
tium minuit ea qualitas, vt vel ca-
rius vel vilis emisse, aut vendidisse
videatur, quàm pecunia pretij
demonstrat, vt ex .l. item si verbe-
ratum. §. 1. vbi Angelus. D. de rei
vendic. & .l. non enim. D. rerum
amota. tradit Gaspar Caballinus
seu Molinæus de vfuris. quæstio.
§. num. 126. Si ergo rem centum
aureorum, inuitus vendidi tibi cẽ-
tum & decem aureis, non nisi cẽ-
tum vendidisse videor: quia hoc
ipsum, quod inuitus vendidi, pre-
tium conuentum minuit, vt non
nisi iustis centum aureis vendidisse
videar, decem autem in remu-

nerationem inuitæ voluntatis ed-
dere censentur: igitur non inter-
gra decima ex toto pretio rece-
pto fisco soluenda est, sed ex iustis
illis centum duntaxat. Ex qua do-
ctrina & resolutione eleganter in-
ferri potest ad textum in. l. 2. ibi:
*Tenendo es por derecho, de le dar ante
buen cambio, que vala tanto o mas.* ti-
tu. 1. part. 2. vt intelligas, quod si
eueniat, aliquid te inuitum ven-
dere, coactum à lege vel iudice, &
ea ratione secundum prædictæ le-
gis partiæ decisionem data sit tibi
aliqua pecunia ultra iustum rei
pretium, gabellam debebis soluere
ex pretio iusto duntaxat, quia
id tantum vt pretium datum est:
non autem solues ex eo, quod ul-
tra iustum rei valorem acceperis,
quia verè non pro re ipsa datum
est, cum non tanti valeat, sed pro
remuneratione & satisfactione in-
uitæ voluntatis tuæ, qui coactus
& præter voluntatẽ tuam rem ven-
didisti, quod est regulariter prohi-
bitum. l. inuitum. C. de contrah.
empt. immo inhumanum. l. quanti-
uis in fine. D. de pigno. actio. At-
que ita intelligi & limitari debet;
quod trademus infra cap. 19. nu-
98. nempe, vt licet verum sit, pro-
ut ibi resoluius, cum quoq; qui
inuitus & coactus vendiderit, à ga-
bellæ onere non excusari nostro
iure, intelligatur quidem, vt deci-
mam soluat eius pecuniæ, quam
vt verum rei pretium accepit, nõ
autem eius, quæ ultra iustum valẽ
rem data sit ex supradictis, quam-
uis tota illa pecunia indistincte
nomine pretij detur: Casus est, in
quo res ista exemplificari rectè po-
test in. l. 3. titu. 1. lib. 1. Recopil.
Cæterum si res vendatur iusto suo
pretio etiam per inuitum, nihilq;

ven-

venditori datum sit ultra verum rei
valorem, proculdubio dicendum
est, minuendam non esse Regalẽ
decimam ex ea causa, quod pro-
pter coactam voluntatem mino-
ris videatur vendidisse, quia eo ca-
su totum, quod datum est, pro re
ipsa potius, quæ tanti valet, quàm
ex aliqua alia contemplatione da-
tum apparet.

Summa capituli decimi sexti.

- 1  *Impensa venditionis an pre-
tium & gabellam minuat.
quod in vtramque partem
disputatur.*
- 2 *Traditur optima distinctio Bartoli in
hac questione.*
- 3 *Resoluitur prædicta quæstio iuxta ver-
ba legis gabellariæ.*
- 4 *An promissa pretium venditionis & de-
cimam minuant.*
- 5 *Refertur Ioannis Parladorij resolutio in
ea re.*
- 6 *Promissa non minuere pretium nec ga-
bellam, vt verius resoluitur.*
- 7 *Qualiter emptor, qui pluri licitatur, lu-
crari debeat promissum, declaratur.*
- 8 *Quare promissa in vsu recepta sint.*
- 9 *Quod dedisti mihi, vt pro te fide iuberẽ,
non imputatur in eo, quod pro te sol-
ui ex fideiussione.*
- 10 *Cum præco dicit pretium rei quantum
sit oblatum, vt veniat alius, qui plu-
ris licitetur, non oportet promissum
datum exprimere.*
- 11 *Ponderatur ratio. l. 6. titu. 13. lib. 9. Re-
copilat.*
- 12 *Licetum est promissa dare in locatione
& venditione rerum minoris, aut
Reipublicæ.*
- 13 *Traditur, cuius effectus sit promissum
dare in venditione priuata sine sub-
hastatione.*
- 14 *Ponderatur doctrina Bartoli pro senten-
tia autoris.*
- 15 *Non recte allegantur aliqua iura ciui-
lia per Parladorium pro sua resolu-
tione, de qua supra num. 5.*
- 16 *L. ad veterani. §. si cui. D. ad leg. Fal-
cid. & l. non amplius. delegatis. 1.
videntur pugnare.*
- 17 *Bart. & glo. rectam differentiam con-
stituunt inter ea iura.*
- 18 *Ratio illius differentia explicatur.*
- 19 *Non omnino recte docuerunt Bartolus
& glossa in materia illarum legum.*
- 20 *Verissime conciliantur illæ leges, de qui-
bus supra num. 16.*
- 21 *Decisio textus in dicto. §. si cui. non est
specialis in lege Falcidia, sed in quo-
cunque legato, & fideicommissis pro-
cedit.*
- 22 *Explicatur praxis illius textus in dicto
§. si cui.*
- 23 *Exponitur l. 1. §. si quis creditori. D. ad
leg. Falcid.*
- 24 *Notatur Emanuel Costa circa intelle-
ctum dicti §. si quis.*
- 25 *Exponitur late. l. si fundus legatus. D.
ad leg. Falcid.*
- 26 *Si pecunia mihi legetur sub modo, aut
conditione, si domum meam aut fun-
dum heredi dederõ: & re data pecu-
niam acceperõ: gabella non debetur.*
- 27 *Si ex iussu testatoris rem aliquam hæ-
reditariam hæres vendiderit, decima
debetur contra Baldum & alios.*
- 28 *Reprehenditur Mexia Pontius in quõ-
dam eius consilio.*
- 29 *Si hæres ex iussu testatoris vendiderit,
illius hæredis vendentis, non iuben-
tis testatoris persona inspicienda est
in exactiõne decimæ.*
- 30 *Si venditio contrahitur in testamento,
vt contrahi potest, testatoris persona
inspicitur, vt vel debeatur gabella,
vel non.*
- 31 *Conciliantur doctores in resolutione cu-
iusdam quæstionis, stante statuto,
quod*

quod ex legato gabella solvatur.
32 Traditur finalis resolutio, & praxis cir-
ca prahabitam questionem, de qua
supra num. 4.

Impensæ, & promissa
an ex pretio deducantur ad
decimæ computa-
tionem.

CAPUT XVI.



Oniã constat, decimã p̄tij v̄ditionũ solvendã esse, vtsupra satis ostendimus, quod iudicium & necessarium dubiũ est, * an ex toto pretio, quo res v̄nerit, quodque ab emptore solutum sit, deduci debeat: an potius ex residuo pretij, deductis prius impensis, quæ ratio ne mercedum eorum, qui nomine domini vendidissent, aut propter itinera, vel in p̄xeneris, aliove modo factæ sint. In qua questione illud magis videtur, quod tales expensæ, & si quæ aliæ explicandarum venditionum causa fiẽt, deduci debeant ex pretio venditionis ad rationem istius Regalis decimæ ineundam, argum. text. in. l. non amplius. delegatis. 1. Per quẽ dixit Bald^o ibi, quod si debeat solui gabella ex legato, solum solvitur de eo, quod onere legati deducto superfuert. quẽ ibi doctores sequuntur. & plura in hãc rem allegat Dida. Segura in. l. si ex legati causa. col. 13. D. de verbo. obli-

gat. & ita in specie nostræ questione nis & gabellæ tenuit Castellus in l. 70. Tauri. verbo. El alcavala. in additione. dicens Alcaualam solvendam esse de pretio rei venditæ, & restat deductis expensis in vendendo, per ea quæ ibi allegat & prædictam doctrinam notãdam esse ad leges Quaterni Regij gabellarum dixit Mexia Pontius idem expresse sentiens, in pragmati. panis. cõclu. 2. nu. 94. & Baptista Villalobos in tract. comm. opini. litera. E. nu. 3. ita ait: quod cũ Regia lex taxet gabellã in decima parte rei venditæ, illa decima pars intelligi debet deductis expensis proxeneta & aliorum, ita vt si vendita res est pro centum, & proxeneta decem habuit, nonaginta duntaxat computentur in pretio, vt ab illis decima deducatur.

Sed in contrariam sententiam illud mouet, & sicut decima prædialis debita Ecclesie computatur sine deductione expensarum, quæ fructuum ratione fiunt, vt probat textus, & ibi doctores, in cap. tuanos. cap. Pastoralis. cap. non est in potestate. de decimis. & alijs iuribus, cũ resolutis per Rebuffum de decimis. quæstio. 11. num. 3. & F. Domi. Soto lib. 9. de iusti. & iure. quæstio. 4. arti. 2. ita etiã si quata pars ratione tributis fisco debeatur, absque vlla expensarum deductione soluenda est ob vtilitatem publicam, quæ in tributorum solutione consistit, vt expresse ait Audanius de exequen. manda. 2. parte. cap. 14. num. 15. Matthæus de Afflictis decisione. 252. num. 7. resoluit Tiraquel. de retra. ligna. §. 15. glo. 1. nu. 11. & tradunt doctores, præcipue Paulus Castrensis in. l. fructus. nu. 3. D. soluto ma-

trino: vbi inquit, quod si ex forma statuti deberet fisco solui gabellæ nomine aliqua quota pars de omnibus fructibus, qui colligerentur, deberet quidem ea solui nulla facta deductione expensarum, prout in illa diuina decima obseruatur: quia licet regulariter fructus computentur deductis expensis, vt probat textus in dicta. l. fructus. in principio. & in. l. si a patre. §. fina. D. de petitio. hered. & l. fundus, qui. D. famil. eriscu. vbi omnes Doctores notant. isto casu contrarium erit obseruandum, eo quod statutum tendit ad onerandum gabella, & si expensæ deducerentur, fieret aliquando, vt nihil superesset, ex quo gabella solueretur, vltra quod fisco & Ecclesia equiparantur, vt illi doctores animaduertunt. Verum tamen ista sententia, quam plurimi tenuerunt, valde controuersa est inter doctores, vt ad decisionem nostræ quæstionis secuta satis non videatur, prout constat ex relatis per additionem Doctoris de Salzedo ad Bernardum Diaz, regula 302. versic. secundo limita. Baczani de decima. tutori præst. capite. 29. numero. 2. & Ioannem Garciam de expensis & melioratio. capit. 1. nume. 20. vbi latè disputant.

Vnde pro vera resolutione nostræ quæstionis obseruanda est elegans* distinctio Bartoli cõmuniter approbata in. l. sed si hoc. §. cuidam. D. de conditio. & demonstrat. quam tradit etiam Alexander de Imola in dicta. l. non amplius. deleg. 1. & refert Rodericus Xuarz in lege Fori. titu. De las ar. nume. 5. videlicet: Quod si ita

lege aut statuto caueatur, vt ex pretio, quod ad venditorem peruenit, vel ita simpliciter, vt ex pretio rei venditæ solvatur gabella sex denariorum pro libra: ea solui debet deductis expensis, quæ in proxenetis, aut subhastationibus, aliove modo factæ erunt, quia pretium rei dicitur deductis expensis & labore, vt ait glossa fina. ad medium in l. per diuersas. & ibi docet Bartolus nu. 6. C. mandati. & iuxta hunc casum procedunt ea, quæ tradit Anton. Gometius. 1. tomo varia. resolut. capit. 12. num. 25. & omnia allegata per Hispanos doctores vbi supra, qui in applicatione istius distinctionis ad legem nostram valde errarunt.

Si autem lex, vel statutum ita disponat: vt ex pretio, quo res v̄nerit, prædicta gabella solvatur: tunc absque vlla impensarum deductione ex toto pretio conuenito, & per contrahentes in venditionem deducto soluenda est, quia verum est, rem tanti venditam esse argum. textus in. l. in quartam. §. fina. D. ad legem Falci. quamuis non tantum propter impensas factas ad venditorẽ peruenit, iuxta dictam. l. nõ amplius. & quæ dicemus infra n. 31. * & hic est casus nostræ legis gabellarie, qua de agimus: etenim in. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopil. sic expresse deciditur, vt Regalis decima solui debeat ex toto pretio, quo res venditæ erunt, prout constat ex finalibus verbis illius legis, ibi: *De todo el precio, por que vendieren.* & notauimus supra in præfatione in scholio ad eam l. 1. ver. *ex toto.* Igitur ad huius Regalis decimæ computationem deducenda non sunt prædictæ expen-

sa, iuxta communem illam & veram Bartoli distinctionem in dicto. §. cuidam. sed integra decima soluenda est ex toto & integro pretio venditionis, vt rectè tenet Ioannes Parladorius libro rerum quotidian. capit. 3. §. 7. num. 46. vbi ponderat textum in l. 18. titu. 17. lib. 9. Recopilatio. sumpto argumento ab speciali, & hoc iure vtimur: licet, vix id defendi possè dicat Ioa. Horoscus huius nostræ legis primæ expressius loquentis ignarus in l. cum quædam puella. §. quotiens. nu. 4. D. de iurisdic. omni. iudi. (non enim sic expressè loquitur. l. 2. in quat. gabella.) & licet contrarium, exactè rem istam non considerantes, tenere videantur Hispani auctores supra relati in principio nu. 1.

4 Illa vero elegans, & difficilior quæstio est: *an in computatione istius decimæ ea sint pri^o è pretio venditionis deducenda, quæ vulgus *prometidos* appellat, vcluti si centum tibi dederò, vt rem meam emas mille aureis: * & Io. Parladorius vbi supra, qui hanc quæstionem proponit, existimat computandam esse decimam deducto eo, quod pmissi nomine datum est à venditore, ita vt Regalis decima non ex integris illis mille aureis, sed ex nongentis duntaxat solui debeat: idq; videri sentire Bartolum in l. quætitas. D. ad legem Falcid. cuius, inquit, sententia apud omnes recepta est. Nec putat obesse, quod impensæ ad rationem decimæ nõ deducatur, vt supra diximus: quia, inquit, promissum illud ipso iure minuit rei venditæ pretium. l. qd dicitur. D. de impensis in reb. dot. at impensæ in rerum venditione factæ nequaquam iure ipso pretium

diminuunt. l. si non fortem. §. si centum. D. de condi. indebi. & l. si cognouerit. forte voluit allegare. l. si conuenerit. D. de pigno. actio. neque obesse quoque putat textum in l. 6. titu. 13. lib. 9. Recopilatio. nam illic, inquit, alia ratione promissâ hæc in pretio computantur. hæc est illius sententia.

6 Ego autem cõtrarium existimo verissimum esse: * immò quod cū lex gabellaria generaliter dicat & statuatur, soluendam esse decimam totius pretij, quo vendita res fuerit, prout satis constat ex dict. l. 1. titu. 17. lib. 9. Recopilat. & iam dixim^o supra nu. 3. nulla ratione dici potest, quod promissum deduci debeat, quin potius ex toto integro pretio decima computetur, putà ex integris illis mille aureis, quibus res venierit. Nam licet centum data sint emptori promissim nomine, verissimum adhuc est, rem mille venditâ esse: nec enim illud promissum pretium minuit ipso iure, ita vt in prædicta venditionis specie nongentis duntaxat emissæ videaris ex compensatione tacita, quasi id minus ego venditor ex re mea percepisse videar, iuxta dictam. l. quod dicitur. in fine princip. vt ille putat. Quod vel ex eo manifestum fit, quia si per promissâ ipso iure venditionis pretium minueretur, fieret, vt venditor ad nihilum ex eo venditionis contractu teneatur, nec ad aliquid emptori præstandum maneat obligatus, quin potius deducto eo, quod in licitatione promissum, è rei pretio conuento, tanto minoris emptor ipse licitatus esse videatur: atqui inde sanè proueniret hoc maximum absur-

7 absurdum, vt si alius pluri licitetur, iste primus emptor nihil accipiat: quod planè falsum est, accipit enim promissum sibi concessum cū pretium obtulit, vt videmus quotidie obseruari, & probant. l. 3. & l. 23. tit. 13. lib. 9. Recopilat. & aliæ mille leges in quarto gabe. * ea iusta ratione, quia istud ex alio vel penè diuerso contractu accipit: nēpe, quia promissum sibi est (vndè nomen accepit) si rē poneret in tali pretio, eamq; conditionem impleuit. Ita quod promissum illud non accipit emptor propter pretium vel ratione pretij, qd dat, quia fortè res illa vernalis tãri aut pluri valet: sed accipit potius, propterea qd tanti emit, qd negocium aperto discrimine ab ipsa emptione & venditione distinguitur. Nam sicut legatum valet, quando testator damnat hæredem, vt tibi rem vendat æquo & iusto suo pretio. l. & si æquo. de legatis. 1. & legatum & venditio secuta inter se manifeste distinguuntur, quia scilicet sine rei & pretij consideratione, quæ adinuicem ex iusta cuiusque æstimatione adæquanda sunt, & venditionem ipsam efficiunt, ultra est, & esse potest alia utilitas considerabilis, nempe emēdi commoditas ab eo, qui aliàs fortè nisi ita coactus, nollet vendere iuxta textum in l. si cui fundus. §. 4. de lega. 2. in qua quidem commoditate legatum consistit, vt latius infra explicabimus nume. 27. cum sequentibus. Ita * & in nostro casu sine rei aut pretij consideratione, ex quibus venditio ipsa resultat, considerari potest de per se alia utilitas ex parte venditoris, quasi venditionem præmuniens, scilicet con-

moditas quædam, quæ consistit in eo, quod sit aliquis, qui incipiat de re eius emenda aut pluri æstimanda agere, & pretium ponat commodum, aut commodius offerat, sic vt alij animosiores ad rem emendam, & pluri licitandum efficiantur, iuxta notata in l. licitatio. in prin. D. de publica. vt quotidie experientia docet: propter quod non inepte dat venditor illud promissum. Atqui ita fit, vt quamuis emptio apud emptorem non maneat, cum alius secundus emptor accedit, qui pluri licitetur, maneat quidem apud eum actio & obligatio iam orra ad promissum, quia ex sua parte impleuit, ponendo rem in eo pretio, quod offerre necesse fuit.

9 Item si decem mihi dederis, vt tuum debitum fide mea esse iubeam, * quod rectè fieri potest ex l. hoc iure. §. labeo. D. de donatio. vbi Bartolus, & communis sententia tradit, quam resoluit Couarruias lib. 3. varia. resolut. cap. 2. numero. 6. quicquid aliud voluerit Caro. Molineus in tract. de vfuris. quæstio. 31. nu. m. 251. & ex ea causâ centum à te debita deinde soluerim: nemo dicet, quod decem illa, quæ mihi dederis, deducenda sint ex centum à me solutis fideiussionis nomine, quin potius integra centum à te consequar actione mandati, iuxta tit. D. de fideiusso. quia illa decem dedisti mihi, vt fideiuberem, & me obligarem, non pro eo, quod postea soluo, vt rectè in alio proposito aduertit Do. Soto lib. 6. de iustit. & iure. quæ. 4. arti. 1. in respõsione arg. & ideo postquã fideiussif, & pro te solui, restituere debes, quidquid tuo nomine solutum est,

quia ea est natura contractus. Sic ergo in nostra specie & quaestione, centū illa dedisti mihi, ut emerem tuam rem tali designato pretio, non ut eam pecuniam darem: atqui ideò postquam emi, & pretium dedi, seu dare obtuli, totum illud debet ut pretium haberi & considerari, ut verè est, non deducto eo, quod, ut emerem, accepissem: quia istud quidem non pro dato pretio accepi, sed pro facto emptionis, iuxta. l. consilio. §. fina. D. de curat. furiosi. Quæ sanè resolutio vel maiori ratione procedit in illis promissis, quæ non ultimus & stabilis emptor in sua licitatione accepisset, sed alijs anterioribus licitantibus data sint: hæc enim nullatenus videri possunt ultimū & finale pretium diminuerè, quom in id totū in Regalis decimæ deductione computetur.

Quin immò & illud insuper necessariò fieret, si vera esset contraria Parladorij sententia: * quod si aliquis rem poneret in mille aureis, datis sibi cētum promissi nomine, idque in subhastatione publica: oporteret præconem alta voce dicere, rem in mille stare cū tali promisso: aliàs enim, si promissum taceretur, cū ex Parladorio pretium minuatur, apertè fieret, ut maius pretium publicatum esse videatur, quàm verè oblatum sit: ex quo emptores deciperentur, & in quaestionem illam incidere mus, quam latè tractat Grego. Lupus in. l. 33. titu. 26. par. 2. quod tamen necessarium non est, ut scilicet promissum datum in præconio explicetur: & ita seruatur in praxi, & bene: quia verum est eo casu in illis mille, eoque pretio rem esse positam: tabellio autem om-

nia scribit, ut contractus cum suis conditionibus obseruetur, & ne fraudes aliqua committantur, iuxta. l. 69. in quat. gabella.

Tandem* ut resoluā, tex. est expressus de hac re. in. l. 6. ti. 13. lib. 9. Recopi. ad mediū. & l. 49. in fi. in quat. gab. vbi dicitur, quod quā do addicta res est maiori licitanti, vel licitatio aliqua facta est cū certo promisso: si alius velit intra legitimū tempus, & prout debet iuxta leges Regias, quartum addere, vel quamcunq; meliorem cōditionem offerre, ut dicemus infra cap. 18. efficere debet supra totum & integrum rei pretium, quod ab alio oblatum est, non deducta promissi summa, quam ille recepisset. Quæ sanè decisio non ex alio procedit, quàm quod promissum extra pretium rei est, nec illud minuit: alia enim ratione datur, scilicet ut emptores ad pluris licitandum inuitentur, ut supra diximus. Propter quod in solis publicis venditionibus, scilicet sub hasta factis locum habere & vsuuenire solet istud promissum: etenim in illis plures emptores cōcurrunt, & pretium potest pluriū licitatione ac inuidiæ calore crescere: quo tēpore contingit persæpe, ut quis mille offerat pro ea re, centum sibi in promissum datis, quam simpliciter sine promisso, nōgentis aut multo minore pretio nō emeret: sperat enim futurū esse aliquem, qui propter priuatam suā necessitatē pluris licitetur: quo facto ipse manebit liber, & promissū lucrabitur, put multi magnas summas eo modo lucrati sūt, ex no. in l. licitatio. D. de public. & que tradit Boerij? Decis. 248. & que dixi sup. n. 7. atqui ea spe emptores impelluntur ad

ad licitandum, adeò ut multum lucraretur venditor, & pluris vendat etiam deductis promissorum impensis, quàm si sine eis vendidisset, ut ad oculum patet quotidie, & colligitur ex Bartolo in l. fina. §. in computatione. nume. 3. 12. C. de iure deliber. * Ideoque licitum est, promissa dare in rebus fisci, ex dicta. l. 49. in princ. in quat. gabell. & in rebus minoris, aut Rei publicæ, ut tradit Auilesius in capit. 32. prætorum. verbo. *pujar.* nu. fina. * Quod si in priuata venditione, cū ego rem aliquam meam priuatim vendo, dixerō tibi, accipe in quinquaginta, & dabo tibi decem: profectò ridiculū erit promissum illud, cum nihil aliud esset, quàm in quadraginta accipere: & verū esset, quod Parladorius ait vbi supra, scilicet quod ex his solis decima soluenda sit, non ex illis quinquaginta: quia hoc solū verum pretium est. Sicut si è contrario decem mihi dederis, ut in quadraginta rem tibi venderem, dubium non est, quin totum in pretio computetur: quia cum his casibus totum, quod agitur, venditio sit, pacta adiecta vel minuunt, vel augent pretium, iuxta notata in. l. fundi partem. D. de contrah. emptio. & quæ latè supra resolui-mus cap. 15. At verò promissum istud, de quo agimus in venditione publica, separatam causam habet ab ipsa venditione, ac proinde, ut diximus, apud licitatoremanet, quamuis contractus ipse venditionis ad alium transeat: aliàs enim, si in ratione pretij haberetur, cum pretio ipso euanesceret, & ad alium licitatorē trāsiret. Itaque si pro hac sententia habemus textum expressum in dicta. l.

6. Recopilat. quid opus est, alijs rationibus adiuuari, ut secundū eam iudicemus? etenim qua singulari ratione ea lex procedat, ut ad nostræ quaestionis speciem trahi non debeat, autor ille non exprimit: sed solam ait, quod alia ratione procedit, quam non demonstrat: ego autem nullam inuenio, nisi quam supra diximus, quæ quæ vera sit, tam ex prædictis, quam ex infra dicendis clarissimè apparebit. Nec * obstat doctrina Bartoli & communis in dicta. l. quāritas. D. ad legem Falcidiam. quia immò si consideres, pro mea sententia est: etenim promissum tibi cū proxerentis & alijs impensis confert, atque cōiungit: ergo quod de impensis supra diximus iuxta eiusdem Bartoli & communem distinctionem, de promissio quoque dicendū est, quod puto esse ipsam veritatem. Nec interim nego, quod si vendō rem mille aureis, centum promissi nomine emptori datis, ut cōsideremus venditionis utilitatē, deducendū est è pretio illud promissum, ex d. l. quantitas. quia & idem quoq; dicendum erit in quolibet impensa ratione venditionis facta: & tamen adhuc ad rationem decimæ neutrum deduci debet, eo quod lex Regia generaliter præcipit, totius pretij, quo vendiderint, decimam soluere venditores, ut constat ex dicta l. 1. Recop. atqui ut diximus, quamuis utilitatē venditionis vtrunque minuatur, non tamen ipsum pretium.

15 Nec * etiam obstat d. l. quod dicitur. D. de impen. in reb. dota. factis. quia immò ea lex in impensis loquitur, quas certum est gabellam non minuere. Nec præterea obstant alia iura, quæ Parladorius

allegat, nempe. l. si non sortem. §. si centum. D. de condict. indeb. & l. si cognouerit. aliàs fortè. l. si cō- uenerit. D. de pigno. actio. quia cæ leges nihil faciunt ad proposi- tum, nec ego potui percipere in quem sensum eas allegauerit. Ex quibus omnibus satis firma mane- re debet hæc nostra sententia.

Sed quia difficilis punctus est, 16 & subtilis, * adhuc animaduerte, ad hanc nostram resolutionē mul- tum accedere decisionem tex. ele- gantissimi in. l. ad veterani. §. si cui. D. ad leg. falci. ubi I. C. ita scripsit: *si cui, si decem dedisset, viginti fundus legatus fuisset in toto fundo legatarius habebitur.* Quæ sane decisio dif- ficilis est propter aliam decisionē textus in. l. non amplius. in prin. delegatis. i. ubi I. C. ait, quod non amplius legati nomine capitur, quam quod ex impleta conditio- 17 ne superest. * In qua difficultate glossa & Bartolus in dicta. l. ad ve- terani. bonum sensum & intelle- ctum habuerunt, nempe quod. l. non amplius. procedat ad hoc, ut nisi in eo superfluo grauari ne- queat legatarius. dicta autem. l. ad veterani. §. si cui. ut totum defalce- 18 tur. sed quid tam variè nec Barto- lus, nec glossa explicant. * Ego ve- rò sic rectè explico: quod si mihi legeretur fundus viginti dignus sub ea conditione, si decem dedere: fundus totus videtur, & est lega- tus, nō dimidium fundi: ita quod lex Falcidia interneniens nō quar- tam dimidij deducat, sed quartā totius Verum tamen non in toto legato utilitas est, sed in eo solo, quod superest deducto eo, quod im- plendæ conditionis gratia datum est, nam hæcenus mihi res abesse videtur, quatenus aliquid sum præ-

staturus, aut præstiti. l. planè. §. quod si rem. delegatis. i. & istud est, quod dicitur in dicta. l. nō am- plius. co. titu. *non amplius legatorum nomine ad legatarium. videri peruenire;* scilicet cum utilitate seu effectu utili: verbum enim, *peruenire*, hoc propriè significat. l. aliud. versicu. sicut. & versu. hæc verba. D. de ver- bo. signifi. atqui nemo nisi prout honoratus est, grauari potest. & hæc est vera ratio illius differen- tiæ supra traditæ.

19 Sed his ita perspectis, * iam fa- cilè intelliges, quicquid glossa & Bartolus bonum intellectum ha- buerint, non tamen eos rectè do- cuisse in hoc puncto: nam cum id circò non videatur totus fundus legatus, ut legatarius possit grau- ri, quia nemo potest in plus grau- ri, quam receperit: dum Bartolus & glossa dicunt, quod totus vide- tur legatus ad hoc, ut totus fun- dus defalceatur, videntur velle, quod ultra utilitatē defalcari pos- sit: quod est plane falsum ex l. i. §. si quis creditori. D. ad legem Falci- di. ubi lex Falcidia in solo com- modo locum habet. Quæ omnia, quia benè dispuncta & intell. cta valdè conducunt, & faciliorem reddunt quæstionem nostram, quam ad decimæ computationē aggressi sumus, tractare libet, nec legisse fortassis quenquam pœ- nitent.

20 Ergo * verissimè sic dico in ex- positione dictæ. l. ad veterani. §. si cui. D. ad legem Falci. cum dicta. l. non amplius. delega. i. nempe, quod verum est, non amplius ad legata- rium peruenire legatorum nomi- ne, hoc est, in effectu non amplius utilitatis apud legatariū manere, quam quod, deducto eo, quod im- plen-

plendæ conditionis gratia datum est, superesset, ut supra explicui ex- ratione di. l. planè. §. quod si rem. delegat. i. tamen verè legatarium esse in toto eo, quod illi relictum est. itaq; in specie textus in dicto §. si cui. in toto fundo legatarius est, quamuis non nisi in dimidio utilitatem habeat. Verum tamen quod attinet ad fideicommissa im- ponenda, non id inspicimus, quā- tum legatum sit, sed quātum apud legatarium maneat, & qua ex par- te utile legatum sit, ut probat tex. in. l. filiusfamilias. §. i. delegat. i. atque idèo quamuis in dicto. §. si cui. legatum consistat in toto fun- do, qui viginti valet, in decem dū taxat grauari poterit legatarius, in quibus solis utilitatem habet. quia vero lex Falcidia quartam legati deducit, non verò quartam utilita- tis ad legatarium peruenientis, to- tum ipsum legatum inspicim⁹ ad eam partem computandam ex di- cto. §. si cui. quāuis in effectu quo- que, ut eam partem legati deduca- mus, utilitas inspicienda est ea ra- 21 tione, ne ultra capiat lex, legati quartam deducendo, quam in ef- fectu utili legatarius ipse percepe- rit ex legato, & hoc est, quod tra- dit dicta. l. i. §. si quis creditori. D. ad leg. Falci. ut statim explicabo.

21 Nec * istud speciale est in ea lege Falcidia, nam & idem erit simili ratione in fideicommissō quotæ partis legatarijs imposito: veluti si tertiam, aut quartam partem le- gati restituere quis iubeatur: to- tus fundus computabitur in lega- to ad deductionem eius fideicom- missi, sicut Falcidiæ in dicto. §. si cui.

22 Quod ut apertius intelligamus, sit * ita iuxta speciem textus in di-

cta. l. ad veterani. §. si cui. quod le- gatus mihi est fundus viginti di- gnus, si decem dederō: & interne- nit Falcidia: profectò cum lex Fal- cidia de legatis deducatur. l. i. D. ad legem Falci. & iste totus fun- dus legatus sit ex supradictis, ex toto eo quarta pars deducetur, & sic erunt quinque in Falcidia ex viginti, quibus fundus legatus va- let. Sed quid erit? cum ille fundus legatur ita, si quindecim dederit: & certè eadem quoque quinque in Falcidia erunt, quæ adhuc apud legatarium sunt. Sed quid? cum ita legeretur, si viginti dederit iux- ta. l. huiusmodi. in princip. & in alijs iuribus. delegatis. i. aut si de- dem & octo dederit: & quidem non nisi duo illa, quæ in legato sū- persunt post impletam conditio- nem, aut nihil, si nihil superest, Fal- cidia nomine deducetur, quia si- cut aliud quodcunque grauamen fideicommissi vel aliàs, ita & lex Falcidiæ grauare nequit legatariū, nec ultra ab eo exigere, quod ipse 23 perceperit. * Et hoc est, quod tra- dit textus elegans sic intelligen- dus in dicta. l. i. §. si quis credito- ri. D. ad legem Falci. ubi, ut supra diximus, lex Falcidia in solo com- modo locum habet. Quod ita in- telligendum est, non quod in le- gato solum commodum considè- remus, ac si illud solum legatum esset, & ita quarta commodi dedu- catur solummodo, quia istud esset contra textum expressum in dicta. l. ad veterani. §. si cui. & quæ supra diximus: sed quod legati quarta ita computetur, ut commodum le- gati quarta ipsa deducta non exce- dat, sic ut legatarium grauaret ultra, quam in effectu honoratus sit, ve- luti in hac specie: Centum mihi

debebas in diem certum, & purè ea centum legasti mihi: certè non solum representationis commodum in legato erit, sed tota summa, vt probat textus in. l. verbis. D. ad legem Falc. tamen in ineunda Falcidia ratione sic tota summa in legato computabitur, vt nō amplius ea lex ex legato isto deducat, quàm sit legati commodū. Pone, quod utilitas illius representationis debiti æstimatur in decem: quàmuis quarta totius legati sint viginti quinque, sola decem deducet hæres, ita probat textus in dicto. §. si cui. Sed pone, quod debitum erat decem, & commodum representationis erant octo, vt quia fortè in longissimum diē certum illa decem debebantur, veluti in centum annos, iuxta textū in l. centesimis. in princip. D. de verb. obligat. & l. si dies. c. 1. D. quādo dies leg. cedat. ex vera Pauli Castren. interpretatione in dicta l. centesimis. cum resolutis per Costam lib. 1. felle & interp. cap. 19. & tunc quarta Falcidia non deducetur ex illis octo, sed ex totis decem, ex dicto. §. si cui. Idemque erit, vt supra dixi, in fideicommissis, cum quota pars legati à legato relinquitur: quia totum legatum inspicietur, non sola legati utilitas, ex eadē ratione: quicquid glo. & Barto. in dicto. §. si cui. videantur inter quartam Falcidiam & fideicommissā differentiam cōstituire, cum tamen potius nulla sit inspectis iuris principijs. Pone enim, quod fundus ille viginti dignus legatus fuerit, si decem dederit, vt in specie dicti. §. si cui. & insuper iussus est legatarius quartam legati sibi relicti alij restituere: quæro, quid computabimus in

legato? Nonnè sola decem, quæ impleta conditione remanent, an tota viginti? certè tota viginti computabuntur ex dicto. §. si cui. & quinque restituet, non duo & dimidiū. Aliud autem esset, si iuberetur restituere quartam eius legati, quod ad eum peruenit: quia tunc sola decem, quæ reliqua sunt impleta conditione, computari debuissent, non viginti, ex natura illius verbi, peruenit, vt probat dicta. l. non amplius. cum supradictis. delegatis. 1.

24 Ex qua vera resolutione aperte colliges, * non rectè percepisse materiam istam, & prædictam. l. 1. §. si quis creditori. D. ad legem Falc. Eman. Costam in cap. si pater. 1. part. verb. legauit. nu. 24. & 25. de testamentis. lib. 6. existimantē, quod lex Falcidia deducat integram quartam legati, quando in diem debitum repræsentatum est: ita vt veniente die pars illa deducta ab hærede restituatur legatario: quod quidem licet in se nullam iniustitiam habet, mera quædam imaginatio est, nulla lege aut iure inducta.

25 Sed * prædictæ nostræ resolutioni obstat textus difficilis in. l. si fundus legatus. D. ad legem Falcidiam. vbi cum fundus centum legatus est, si centum dederit: utile legatum dicitur, & in eo Falcidia locum habet, quamuis quidem nullam utilitatem habere videatur: quod est contra textum in dicto §. si quis creditori: & quæ supra diximus. Verum tamen in hac difficultate ita constituo: quod quando hæres iubetur alicui vendere rem aliquam hereditariā iusto suo pretio, legatum est & quidem utile, ex l. & si æquo. cum notatis. de

lega

legatis. rest tamen animaduertē dum, quod eo casu legatum istud non consistit in re ipsa vānali, ita vt ipsa res videatur legata: quia id solum euenit, quando minore pretio venditur. l. in ratione. la. 2. §. vendere. D. ad leg. falc. sed cōsistit in eo, quod legatarius habebit obligatum hæredem, vt sibi vēdat: & ex huius obligationis utilitate, vt potè quæ sola legata sit, lex falcidia deducitur, sicut è reliquis rebus legatis. Vbi autem res ipsa hæreditaria sub ea conditione legatur, si legatarius dederit hereditantam pecuniam, quantam res ipsa valet; non quidem in modum pretij, sed in vim conditionis, vt in specie dicti. l. si fundus legatus. legatum consistit non in eo solo, quod hæres obligatur rem dare legatario pro ea pecunia, sed in tota ipsa re, quæ dari debet, vt expressè probatur in dicta. l. ad veterani. §. si cui. cum supra resolutis: est enim in eo legandi genere legatum solum, & nulla venditio, quia nullum pretium est, sed ea pecunia conditionis implendæ causā datur: & hoc est, quod tradit text. in dicta. l. si fundus. nempe, utile ibi legatum esse, quia conditionis implendæ causā datur: quam rationem nō sic intelligas, vt dictum putes, quod si non per conditionem, sed in vim pretij daretur, nullum fuisset legatum, quia inimo validum quoque foret ex dicta. l. et si æquo. sed dictum potius ex eo esse, quod in specie dicta. l. si fundus. legatum consistit in ipso fundo ex prædicta ratione: At verò si in vim pretij pecunia data esset, non in ipso fundo, sed in sola vèdēdi obligatione legatum consisteret iuxta id, quod interef-

set legatarij, sic rem habere, vt in dicta. l. & si æquo. delegatis. 1. Quinimò & vterius intellige, nō sufficere eam solam rationem, quòd implendæ conditionis causa pecunia detur, ad hoc vt legatum valeat in dicta. l. si fundus. in prin. nam si utile non fuisset legatario, eum fundum pro illa pecunia habere, quicquid ea conditionis causa apponeretur, legatum fuisset nullum, quasi sine utilitate reperiretur, ex regula iuris, quæ habet, ad sui validitatem lucrum aliud quod legatum requirere. §. ex contrario. Instit. de legatis. vt euenit in eadem. l. si fundus. versic. fina. est ergò alia & sufficiens ratio, nempe commoditas habendi fundum pro eo, quod valet iuxta. l. si cui. §. 4. delega. 2. quib' sic prænotatis, apertū sit, qualiter lex falcidia possit habere locum in eo legato, ita tamen vt eius commodum nō excedat, ex dicta. l. 1. §. si quis creditori. & quæ supra diximus. D. ad leg. falc.

26 Ex qua vera resolutione vtiliter ad nostram materiam cōsequitur, * quod cum in specie dictæ. l. si fundus legatus. D. ad leg. fal. totum, quod agitur, legatum sit, & nulla venditio subsit, vt explicuimus, eò quod pecunia illa non vt rei pretium, sed implendæ conditionis legati causā datur, & in toto ipso fundo legatum consistit; Regia decima non debetur: quia iam semel in facto habui, & ita respondi in causa cuiusdam legatarij, cui duo millia ducatorū legata fuerāt à cōsanguineo, si domum quandam suam propriam hæreditatoris daret, quam ex tunc cum aliis bonis titulo maioris vincularam esse voluit: dixi enim eum

lega

legatarius, qui domo data pecuniam recepit, Regali decime non obligari, quia pecuniam ex legato recepit, & donum dedit implere conditionis legati causa: ideo que ex eo testamento nulla emptio & venditio fuit, sed solum legatum, ex dicta. l. si fundus legatus. cum supradictis.

27 At* vero in specie dicta. l. & si æquo delegatis. i. contrarium ius est: quia cum in sola vendendi obligatione legatum consistat, non in ipsa re, ut supra explicuimus, ceterum illius legati executio vera quedam ac propria venditio sit, ut satis aperte exprimitur in ea lege, ex empto enim & vendito actiones competunt, ut tradit. l. si heres D. de actio. empti. absque dubio decima debetur gabellario in ea specie, postquam impleta fuerit defuncti voluntas: quicquid aliud voluerit Iaco. Butricarius in dicta. l. si heres. quem sequitur Baldus consi. 440. nu. 7. lib. 5. dicens, Quod si statuto caueatur, ut de contractu venditionis solvatur gabella, & testator iusserit in testamento rem mihi vendi, quæ vendita est, gabella non debetur, quia rem principaliter habeo ex causa legati, per text. in dicta. l. si heres. & quia id factum attribuitur testamento, & non actui inter vivos, argu. glossæ sing. in. l. si quis ita. verb. de factis. D. de statuliberis. refert & sequitur Fran. Mantica de coniectur. ult. volu. lib. 3. cap. 18. nu. 13. Sed, ut dixi, contrarium tenendum est: quia cum negari nequeat, quin eo casu venditio contrahatur, evitari non potest, quominus Regalis decima solvenda sit, siue principaliter, siue accessorie fieri contingat, ut dicam infra cap. fina. nu.

39. propter generalitatem dicta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. quæ quominus in testamento suo locum habeat, testator efficere non potest, l. nemo potest. delega. 1. prout in materia retractus bene adnotat in his terminis, & ea doctrina relata Tiraquel. de ret. ligna. ad finem tituli. questio. 2. nu. 7. præsertim, quia isto casu non minus principaliter rem ex contractu habeo, quam ex testamento, iuxta Bartolum in. l. si fideiussor. §. meminisse. delegat. 1. & facit elegans text. in. l. in numerationibus. in fine. D. de solutio.

28 Vnde infertur, *nullatenus defendi posse, quod Huteraræ practicus est Mexia Pontius in causa quorundam, qui ex testamento cuiusdam clerici, post eius mortem omnia bona sua vendiderunt, ut scilicet ex ea venditione Regalis decima non deberetur, prout ipse refert in repet. l. Toleti. 1. partis. 2. funda. numer. 17. Etenim doctrina illa Iaco. Butricarij in dicta. l. si heres. qua ipse mouetur, falsa apud nos est ex generalitate legis Regiæ: Nec præterea prodesse poterat illis laicis venditoribus, si heredes erant, quod ex iussu clerici testatoris, ac proinde exempti, venditio contracta esset, quia cum re vera ipsi vendidissent, *eorum persona inspicienda fuit, non iubentis testatoris, ex alijs resolutis per Fran. de Caldas in comment. ad l. si curatorem. C. de in integ. resti. mi. verb. contractum fecisti. nu. 17: ad finem. quam hoc nimis controversum sit ex traditis per Tiraquel. in leg. connub. lege fin. glo. 8. nu. 184. Quod si illi laici venditores, heredes non erant illius clerici, sed bona iacebant, adhuc gabella evitari non po.

potuit: ex resolutis infra cap. 19. ex num. 38. *Secus autem foret, si ab ipso clerico restatore bona illa venderentur in suo testamento emptori scilicet presenti, prout recte fieri potest, ex gloss. fina. in. l. heredes palam. §. fina. D. qui testam. facere poss. cum comuni sententia, de qua per Greg. Lupum in. l. 3. tit. 1. part. 6. & Viglium in §. sed cum paulatim. versic. vno contextu. Institut. de testam. qui bene resoluunt, in testamento posse contractus fieri. tunc enim ipsius clerici privilegium & persona inspicienda forent & sunt, non heredis; gabellaque ideo non deberetur ex. l. 6. tit. 18. lib. 9. Recopilat. nam si non clericus, sed laicus foret, adhuc sine dubio decima solvenda esset ex ea venditione, quicquid in testamento fuisset celebrata, propter generalitatem dicta. l. 1. Recopilat. quam supra perpendimus, & dixi supra in præfatione in scholio ad eam legem. verb. vendiderint. in fine.


Igitur, ut eò, vnde egressa est, nostra reuertatur disputatio, in summam colligitur ex prædictis; diuersas* inspectiones esse, inquire quantum legatum sit, vel quanta sit legati utilitas: etenim si mihi legeretur fundus centum dignus sub ea conditione, si quinquaginta dero: aut quæris, quantum legatum sit, & dico centum legata esse ex dicta. l. ad veterani. §. si cui. aut quæris, quæ sit illius legati utilitas, & dico quod quinquaginta: quia in effectu utili ea sola ad legatarium perueniunt, ex dicta. l. non amplius. Atque ideo, si statuto caueatur, ut legatarius soluat decimam partem legati sibi relictæ, in prædicta specie integra centum

computabuntur ad gabellam, ut expressè tenet Io. de Imola in dicta. l. non amplius. quod si cautum sit, ut legatarius soluat decimam legati, quod ad eum peruenit, vel ipse perciperit, sola quinquaginta computanda erunt; ut tenet Bart. Paulus Castre. & alij in l. ciuitatibus. §. fina. delegatis. 1. quorum sententia sic optimè debet conciliari cum sententia Ioannis de Imola ubi supra, quicquid eos contrarios esse puret Alexander in dicta. l. ad veterani. §. si cui D. ad leg. falci: non rectè perpendens iuris principia, quæ in hac materia tradidimus:

32 Tandem* ergo ex hac tota resolutione facile confirmabis præhabitam resolutionem questionis nostre principalis, circa rationem decimæ ineundam: etenim cum res venditur mille aureis, centum promissi hominè in emptore ultimo, aut cæteris licitatoribus erogatis: aut quæritur, quanti vendita res est, & dico quod mille aureis, argu. eorum quæ supra diximus: aut quæritur, quantum pretium ex ea venditione ad venditorem perueniat, & dico quod nongenti aurei, ex dicta. l. non amplius. & supra resolutis. Atque ideo fit, quod cum lex gabellaria iubeat, ex toto pretio, quo res varièrit, decimam solvere venditorem, dubium esse non potest in prædicta specie, quin integri mille aurei computentur, argu. eorum quæ tradit Io. de Imola ubi supra nu. præcedenti. Secus autem foret, si cautum esset, ut ex pretio, quod ad venditorem peruenisset, ea decima solueretur: quia tunc bene diceret Parladorius, deducis ijs promissis pretium debere com-

computari: immo & impense que cūque eo casu deducerentur ex traditis supra in principio istius capituli. Et cum hac resolutione re fideo, quicquid audiuerim à senibus quibusdā gabellarijs, quos in hac materia sæpè contului, exemplo Bartoli, qui cū mercatoribus consilia sua communicabat, ut refert Tiraquel. in legibus connub. lege. 11. nu. 5. nunquam se de toto pretio decimā exegisse, nec vi disse ab alio exigi, sed deductis p. missis, impensis vero nō ita: quod fortassis in praxi est: sed verius est, ut resolui, promissorum & impen farum vnum & idem ius esse, cuius veritati praxis non derogat. l. 1. titu. 18. lib. 9. Recopil.

Summa capituli decimi septimi.

- 1  Ex inducens gabellam ex v. ditione, an & ex permutatione quoque intelligatur.
- 2 Ex permutatione duplex decima debetur: quod an ex prima concessionem, an verò ex legis extensione factum sit, non constat, exposita. l. 102. in quat. gabel.
- 3 Quando ex permutatione Regalis decima deberi incipiat.
- 4 Qualiter gabella debeat in specie. l. fina. D. de cond. causa dati.
- 5 Permutatio contracta super re aliena, nulla est.
- 6 Ex permutatione inualida Regalis decima non debetur.
- 7 Generaliter ex innominato contractu, do ut des, gabella debetur: quod ibidem eleganter declaratur exposita permutationis natura.
- 8 Cum genus pro eodem genere datur, vt dicitur vinum pro vino, solum mutuum

contrahi de fiores putant: atque inde decimā nō deberi. Parladorius infert.

- 9 Notatur Parladorius in ea illatione.
- 10 Cum genus pro genere datur, multi ac varij contractus fiunt.
- 11 Cum genus pro eodem genere datur, qualiter permutatio contrahi possit, declaratur. & exponitur. l. 2. ibi. semeljantes. titu. 17. lib. 9. Recopilat.
- 12 Concordatur quedam lasonis. & aliorum doctorum contrarietas in hac materia.
- 13 Si triticum meum do tibi, vt triticum tuum eiusdem bonitatis & utilitatis des mihi, iocosa quadam conuentio est.
- 14 Secus si ratione loci utilius sit mihi tuū, & meum tibi.
- 15 Quod extenditur ad terminos textus in l. naturalis. §. sed si facio. D. de prescri. verbis, quæ ibidem exponuntur.
- 16 Explicatur, qualiter index debeat res permutatas aestimare.
- 17 In permutatione inspicienda non est partium aestimatio.
- 18 Si res aestimabilis cū inestimabili permutetur, nulla vtriusque rei decima debetur.
- 19 Privilegium rerum, de quibus in tit. 18. lib. 9. Recopilat. intelligitur, cum vt merces deducuntur in contractum, non vt pretia.
- 20 Notatur differentia inter permutationem & venditionem circa soluendā decimam.
- 21 Si res detur pro alia re cum certa pecunia, quis contractus sit, pro gabella dubitatur.
- 22 Traditur verior sententia de iure communi.
- 23 Quid gabellaria lex in ea re statuerit, explicatur.
- 24 Qualiter qui rem & pecuniam dedit pro alia re, decimam suam computare debeat.

25 Si

- 25 Si in contractu permutationis, re ex altera parte integra, quem contractus poeniteat, an adhuc decima debeat.
- 26 An hodie in contractibus innominatis poenitere liceat.
- 27 Referuntur pro vtraque parte hispani autores.
- 28 Si permutatio à re incipiat, adhuc hodie locus est poenitentiae.
- 29 Qualiter contractus, do ut des, synallagma est.
- 30 Si à promissione incipiat permutatio, poenitentiae locum non habet: & conciliantur Doctores hispani: & resoluitur questio, de qua supra numer 25.
- 31 Qui non induxit. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina.
- 32 Qui promittit vendere, qualiter obligetur contra Mentia.
- 33 Exponitur. l. 1. D. de pactis.
- 34 Colligitur summaria quedam resolutio.
- 35 Si permutatio à promissione initium sumat, quando decima deberi incipiat: & an si re adhuc non tradita distractus fiat, decima peti possit.
- 36 Vera resolutio huius rei traditur.
- 37 Contractus do ut des, hodie potest solo consensu fieri.
- 38 Comuni & vulgari vsu loquendi permutare dicitur, qui de rebus permutandis simul consentiunt.
- 39 Si ex formali placito permutationis decima non exigitur, multa fraudes committi poterunt.
- 40 An formale placitum de vendendo, venditio sit, vt statim decima debeat.
- 41 Vera resolutio traditur huius questionis.
- 42 Traditur elegans declaratio & limitatio.
- 43 Si promissimus permutare, & postea permutatio secuta est, cui gabellario decima debeat, vtiliter quaeritur.
- 44 Notatur Anto. Gometius in hac re.
- 45 Exponitur l. ex placito. C. de veru. per.
- 46 Iterum notatur Gometius in predicta questione.
- 47 Si permutatio fiat, ita vt de scriptura faciendā conuenit, an statim per factus sit ille contractus.
- 48 Plures effectus assignantur illius questionis.
- 49 Traditur vera resolutio in ea re.
- 50 Refert autor quid in ea questione semel iudicauit.
- 51 An ex transactione decima debeat.
- 52 An ex remuneratoriæ donatione decima debeat.
- 53 Exponitur l. se l. & si lego §. consulta. D. de per. hered.
- 54 An ex reciproca donatione decima debeat.
- 55 Exponitur l. quod autem. §. si vir. D. de donat. inter vir.

Qualiter ex permutatione decima solui debeat.

CAPVT. XVII.



quis verisimū sit, * q̄ statutu, aut lex disponens gabellā solui ex v. ditione, non debet ad permutationem extendi: quia venditio & permutatio diuersi contractus sunt, & tāquam species oppositæ, vt constat ex l. 1. D. cont. empt. & l. 1. D. de rerum permu. & l. fi. D. de conditi. causa dati. & ex l. naturalis §. & si quidem D. de prescrip. verbis.

ff bis.

bis. & vbiq; doctores notant. ac in specie quæstionis resoluit Ber- tachi. Firmia. de gabellis. 3. parte octauæ partis principalis. num. 3. apud nos decisum expressè extat, vt quod circa regalem decimam de venditione dicitur, de permuta- 3 tione quoq; intelligatur & fiat, vt decidit l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop. quæ erat l. 102. in quate. gabel. ita vt ab vtroque permutante gabel- la solvatur, quasi vterque emptoris & vëditoris loco sit, vt aliàs dixit I. C. in l. sciendū. ver. sed si quis permutauerit. D. de ædil. edicto. Ratio autem illius decisionis hæc exprimitur in dicta l. 2. Recopil. quia permutatio venditioni proxima & vicina est, vt aliàs tradit l. 2. D. de rerum permu. & l. 2. C. eo tit. & explicuimus supra in scholio ad eam legem, verb. *iudicari debet*. * quæ ratio sufficiens fuit ad hoc, vt vel ita à principio in istius tributi origine & concessione caue- 2 retur: vel postea lege lata per Reges nostros ad euitandas fraudes, quod de venditione erat inductum, ad permutationem extenderetur. Vtrum autem horum factū sit, non satis scio, nec benè cōstat: nam in historiis, quæ istius vectigalis originem nobis commemorant, vt retuli supra in præfatione, nulla permutationum, sed venditionum mentio fit: & legem illā 102. in quat. gabe. quæ de permutatione locuta est, nouam esse ait Montalius in l. 2. verb. *con apreciamienta*. in fine. tit. 4. lib. 3. fori. Sed certè in eo magis nouam esse intelligo, quod nouum modū exigēdi gabellam ex permutatione præscribit ad euitandas fraudes, vt ipsa ait: quam in eo, quod generaliter permutationis decimam solui iu-

beat: hoc enim tanquam ius antiquum relatum est, vt satis ex serie illius legis constat.

Ad cuius quidem intellectum (vt ad materiam huius capituli veniamus) plura animaduertenda sunt: * Primo, quod permutatio tunc temporis incipit esse perfecta & inesse producta, quando res est ex vtraque parte secuta, & non antea: nec sufficit, quod vnus tradat, nisi & alius quoque tradiderit quia per traditionem vnus non erit permutatio, vt elegantissimè probat Fortunius Garzia in l. iurif gentium. in prin. fol. 25. ex colu. 4. in fine. D. de pact. Quo fit, vt nō nisi ex eo tempore regalis decima debeat, quæ ex permutatione soluenda est, iuxta dic. l. 2. Reco. cum ijs, quæ dicam infra nu. 25. & n. 34.

Secundo, quod permutantes ad venditorum similitudinem decimam debent, vt illa lex regia expressè ait: atq; ita consequitur, vt vnusquisq; soluturus sit gabellam iuxta æstimationem rei, quam receperit, nō illius, quā dederit: etenim rē propriam vendidisse videtur, & rem alterius in pretium rei suæ accepisse, iuxta dictam l. sciendum. ver. deinde. atqui certum est, decimā ex pretio esse soluendam in venditione l. 1. tit. 17. lib. 9. Roco. quod valde nota, qui apredi. l. 2. Recop. aut alia nō exprimit, & potest esse magni effectus in praxi. aliàs enim si vnusquisq; teneretur secundū æstimationem rei à se datæ, magna iniquitas fieret in eo, qui rem pluris pro minori dedisset, instar Glau- ci, qui cum Diomede aurea arma æneis permutauit, vt refert Iustinianus in præmio Digestorum in fine. & declarat Alciatus libr. 9. Parergon. capite. 17. essetque acer-

acerbius Glauco illi permutatio- nis tributum, quàm venditionis: quod similitudo eorum contra- ctuum in prædicta lege considera- ta non patitur.

Ex qua animaduersione illud o- 4 biter infertur, * quod quamuis inter venditionem & permutationem longa differentia esse soleat, & propterea non inutilis, sed necessaria fuerit disputatio Celsi I. C. in l. fina. D. de condi. causa dati. cum dedi tibi pecuniam, vt mihi stichum dares: vtrum scilicet id genus contractus pro portione em- ptionis & vëditionis esset, an permutatio potius contraheretur: quam rem latè disputat Pinelus in rub. C. de res. vend. 2. parte. cap. 3. ex num. 9. & explicat Caro. Molinæus in tract. diuidui & indi. in prin. nu. 22. & ea inter alias apud nos quoque differentia sit, quod vnica ac sola decima ex venditione debetur iuxta pretium à partibus constitutum, siuè res vendita plus valeat, siue minus, vt constat ex dicta l. 1. ibi. *del precio porque vendieren*. tit. 17. lib. 9. Recop. ex permutatione autem duplex decima soluenda est, vt diximus: & quidē iuxta iudicalem æstimationem cuiusque rei permutatæ, vt infra explicabimus num. 16. tamen in ea particulari specie dictæ l. fina. D. de condi. causa dati. quò ad nostram materiam decimæ Regalis attinet, nihil interest, an venditio, an vero permutatio contrahatur: quicquid tanquam ex venditione vectigali locum fieri in ea specie voluerit Parladorius lib. rerum quotidi. cap. 3. §. 3. nu. 34. & quidem superfluo: in omnem enim euentum, siuè scilicet vëditio 6 sit, siuè permutatio, Regalis deci-

ma soluenda est, ex l. i. & l. 2. supra allegatis: & certè vnica vtroq; casu solui debet, nempè à domino stichi ex pecunia numerata, quam receperit. Etenim si venditionem esse intelligas, id clarum est ex prædictis: si autē permutationem esse maus, prout est verissimum cum Celso I. C. in dicta l. fina. illud constat, quod stichi dominus non est soluturus decimam æstimationis stichi, quem dat, sed pecuniæ, quā recipit, instar cuiuslibet venditoris, ex traditis supra numero. 3. propter eorum contractuum similitudinem. Alter verò, qui pecuniam permutauit cum sticho, nullam gabellam debet, pecuniæ priuilegio, de quo in l. 34. ibi. *ni de la moneda*. tit. 18. lib. 9. Recop. & explicabimus infra cap. fina. num. 31.

Verum tamen * ea quidem nec 5 contemnenda differentia erit inter eos contractus circa speciem dictæ l. fina. D. de condi. causa dati. quod si venditio esset, gabella deberetur ab eo, qui stichum dedit aut dare obligat⁹ est, siue esset suus siue alienus: quia vtroque casu æquè valet venditio ex l. rem alienam. D. de contrah. emp. si autem permutatio contrahatur, prout vere contracta est, nulla gabella debetur, quo casu stichus alienus fuerit: quia non sicut venditio rei alienæ valida est, & decima debetur ex notatis supra in scholio ad dictam l. 1. Recop. verb. *vendiderint* ita & permutatio valet, quin potius nulla est ex l. 1. ver. ideoq; Pedit⁹ D. de rer. per. iuxta distinctionem Baldi ibi, n. 3. & quæ resoluit For. Garzia, qui hunc articulum late disputauit in l. iurifgentiū. in pri. fo. 29. D. de pactis. Lex autē regia statuēs, vt ex permutatione gabella sol-

uatur, de valida & perfecta intelli-
gēda est arg. eorum, quę notauim⁹
supra cap. 14. nu. 1. & dicemus in-
fra hoc eodem capite num. 25.

Tertió nota circa intellectum
dictę l. 2. Recopil. quod quāuis
apud antiquos doctores precipuē
scribentes in l. 2. in prin. D. si cert.
per. & in l. 1. C. de rerum permut.
longa differentia constituitur in-
ter permutationem & innomina-
tum cōtractum, do vt des: eo quod
illam inter species certas dunta-
xat cōtrahī existiment per textum
in l. quoniam. C. de rerum per. At
que itā videretur dicendum, non
in omni contractu do vt des, in-
telligendam esse prædictam. l. 2.
tit. 17. lib. 9. Recopil. quę expresse
videtur de permutatione loqui:
7 Adhuc* tamen cum verior senten-
tia sit, in quibuscunq; rebus siue
certis siue incertis (specificis scili-
cet aut genericis) veram permuta-
tionem fieri, vt resoluit Pinelus in
rub. C. de res. vend. 2. parte. capit.
1. num. 10. & Menesius in l. natura
lis. §. & si quidem. nu. 9. cum aliis
per eum allegatis. D. de præf. ver-
bis. & videtur textus expressus in
§. item pretium. ibi. *vinum sibi com-
parasse aut permutatis quibusdam re-
bus.* Instit. de empt. & vend. & præ-
terea indubitabile sit, omnem quā
cunque commutationem & inno-
minatum cōtractum do vt des, sub
vulgari verbo *trueque* compren-
di iuxta communem loquendi v-
sum, qui inspiciendus est l. labeo.
cum notatis. D. de suppell. lega. si-
cut & comprehenditur sub verbo
cambio, quod in idem sonat, prout
resoluit Couarru. in tract. numis-
matum. cap. 7. num. 4. vers. hac fa-
ne ratione. & est text. expressus in
l. fina. ibi. *la primera.* tit. 6. part. 5. ge-

neraliter dicendum esse aio, quod
quotiescunq; res pro re data erit,
siue (inquā) species pro specie cer-
ta vel incerta, siue species pro ge-
nere, aut genus pro genere detur:
quibus casibus do vt des contra-
ctus perficitur: ab vtraq; parte de-
cima soluēda est, vt ex generalita-
te dict. l. 2. Recop. benē cōsiderat
Parlato. vbi supra. Cæterum si nō
res pro alia re detur, quāuis do vt
des contractus sit, nō ideo magis
permutatio erit, aut cambiū, quod
est vnius rei pro alia re datio, siue
cōcessio, vt probat l. 1. vbi Grego.
tit. 6. part. 5. & definit Azo in rub.
C. de rerum permuta. dicēs, quod
permutatio est de specie ad spe-
ciem hinc inde facta præstatio.
quem refert & sequitur Fort. Gar-
sia in. d. l. iurisgen. in prin. fol. 26.
vers. decimo. D. de pactis. Etenim
si rem tibi dederō, vt eandem Ti-
tio des post aliquod tempus iux-
ta l. quotiens. C. de dona. quę sub.
vel si tibi centū dederō, vt ex eis
Titio des quinquaginta: vel etiā
dederō tibi fundum, vt ex eius fru-
ctibus des mihi decem annua, iux-
ta l. fina. C. de rerum per. quam-
uis negari nequeat, quin innomi-
natus contractus sit do vt des, nul-
latenus permutatio dici poterit,
sed pactum quoddam rei interuē-
tu vestitum iuxta. l. legem. cum
ibi nota. per doctores. C. de pa-
ctis. & diximus supra cap. 10. nu.
34. & nu. 52. iuxta quam declara-
tionem, quę utilissima est, limita-
ri & declarari debet prædicto-
rum Hispanorum sententia, exi-
stimantium omnem contractum
do vt des, permutationem esse, &
ex eo generaliter decimam debe-
ri: est enim hoc intelligendum &
limitandum, si modō in cōtractu
do vt

do vt des, res pro alia re detur
quæ est permutationis natura &
substantia ex dict. l. 1. partita. secus
autē si rem do, vt eandem vel eius
partē alij, vel mihi des ex prædictis.

8 Quartó nota, * quod diximus,
cū genus pro genere datur, per-
mutationem esse, & decimam de-
beri: doctores intelligere, cum
genus pro diuerso genere datum
est, non pro eodem: veluti si vi-
num dederō pro tritico, nō autem
si vinū pro vino, aut triticum pro
tritico datum sit: quia isto casu
mutuum contrahi dicunt, vt tra-
dit Bart. in dicta. l. 2. in prin. num.
6. D. si cert. peta. quem sequitur ibi
Alex. de imola, Iason, & cæteri do-
ctores communiter. Ex qua com-
muni resolutione securē infert
Parladorius in dicto §. 3. num. 33.
cum vinum pro vino datur, palam
esse decimam nō deberi, quia mu-
tuum est: & decima Regalis non
ex mutuo, sed ex venditione & per-
mutatione penditur ex supra re-
solutis. * Sed certe inaduertenter
locutus est vir ille contra textum
expressum in dicta l. 2. Recopilat.
ibi. *que ficieren de vnas cosas a otras
semejantes o no semejantes.* Quibus
verbis generaliter, & aperte deci-
ditur, permutationem contrahi,
decimamque deberi, quotiens res
aliqua pro alia simili datur: nec
distinguitur inter species similes,
veluti cum equus pro equo: & ge-
nus simile, veluti cum triticum
pro tritico, aut vinum pro vino
datur: Quin potiūs quotiescunq;
meum triticum pro tuo dederō,
vel vinum tuum dederis pro meo
ratione alicuius commodioris na-
turæ & qualitatis (quæ licet genus
non mutet, facit tamen illud mihi
utilius esse, quā meum: & te mal-

le meum, quā tuum) non dubito,
quin vere permutatio contraha-
tur, quæ in hoc inuenta est, vt vnus
quisq; secundū necessitatem tē-
porum ac rerum, vtilibus inutilia
permutaret (siue id in rebus eius-
dem generis, siue diuersi contin-
geret, eadē enim ratio est) vt pro-
bat l. 1. D. de contr. emp. Ac proin-
dē verissimum est, eo casu Regiā
decimam deberi a permutantibus
iuxta generalem decisionem text.
in dicta l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil.

10 Nec * obstat cōmunis doctrina
Bartoli in dicta l. 2. in prin. num.
6. quia intelligenda est, quando
mutuare partes voluerunt: secus
autem, si ex verbis & mente con-
trahentium appareat, alium con-
tractum in eo prædicto casu inire
voluisse, vt rectē docet Decius in
eadem l. 2. nu. 12. & Alex. num. 7.
versic. & omnia tradita per Barto-
lum. Etenim aliquando datur ge-
nus, vt non in eadem specie, sed in
eodem genere reddatur: putā, da-
tur vinum, vt tantundem in eo-
dem genere soluendum sit, quæ
est species Bartoli, de qua agi-
mus: & tamen non mutuum est, vt
generaliter voluit ipse Bartolus
in dicta l. 2. num. 6. sed potius de-
positum contrahitur: quia nō mu-
tuare, sed deponere partes volue-
runt, vt notat Alex. in dicta. l. 2. in
prin. num. 3. per text. in l. Lucius
la 1. cum seq. & ibi notatis. & l. pu-
blia §. 1. D. depositi. Itē & aliquan-
do locatio & cōductio est, quia ita
cōtrahera partes voluerūt, vt rectē
considerat Iason in dic. l. 2. nu. 7.
per tex. in l. in naue Saufeij D. loca-
ti. Itē & aliquando neutrum horū
est, sed dotis datio: veluti cum cē-
tum in dotem datur, quo casu a-
gitur, vt aliud in specie reddatur,

sed idem in genere: & tamen mutuum non est, nec locatio, nec depositum, vt rectè aduertit Decius in eadem .l. 2. num. 12. D. si cert. pet. Item & aliquando alius penè diuersus contractus est, nempe mandatum, prout ego vltra Doctores noto ex .l. si mandauero tibi. 22. §. si tibi centum. ibi. *vt que velles, dares.* secundum veram lectionem, de qua apud glossam ibi. verb. vt que. vers. si autem ita contineatur. D. mandati. quibus omnibus casibus, cum satis superque appareat permutationem non contrahi, licet aliud pro alio detur, sed alios diuersos contractus fieri, puta mutuum, dispositum, locationem, dotis constitutionem, & mandatum (qui contractus immunes à gabella sunt) palam cōsentio decimam non deberi, aliquo genere pro eodem genere dato: nec habere locum decimam textus in dicta .l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. ac de hoc nulla dubitatio esse potest.

11 Illud tamen aio, * quod si eo animo genus pro eodem genere datur, quia ratione alicuius particularitatis ego malim gen^o tuum habere, quam meum: vel meo mauius uti, quam tuo: sicque de adquirenda re aliena, & de nostra alienanda tractemus, illas ad inuicem cōmutando: ita vt vterque velit habere pensationem rei tuę non solum in eodem genere, sed & in illo solo indiuiduo in conuentionem deducto, vt quod vtilius cuique est, adquirat, quę est propria permutationis natura & origo ex dicta .l. 1. D. de contrah. empt. minime dubitandum, sed constanter asserendum puto, veram permutationem, verumque contractum, do vt des, eo casu fieri: Regiamque de-

cimam ab vtraque parte iuxta estimationem iudicis soluendam esse ex dicta .l. 2. quam expressam puto ibi. *semejantes.* tit. 17. lib. 9. Recopilat. Quod per sepe contingit, cum triticum meum non purum, vel rubrum, pro puriore vel albior tuo do ad comedendum vel seminandum: & quotidie fieri vidi inter rusticos & agricolas. Vel si vinum Metimæ, quod habeo, pro tuo Taurinense, quod habes, ego dederò affectionis causa, tu que recipias: quę sanè permutatio tam naturalis est, quam illa, cum palium pro tunica permutatur: vtroque enim casu inutilia datus pro vtilibus iuxta text. in dicta .l. 1. D. de contrah. empt. Mutuum autem in prædicto casu tunc contrahitur, & vera est doctrina Bartoli in dicta .l. 2. num. 6. D. si cert. pet. cum ego non tracto de acquirendo tuo tritico pro meo, sed potius, propterea quod ego triticum non habeo, volo tuo uti; postea soluturus tantumdem eiusdem bonitatis, qualitatis, & generis, sic vt mihi nihil sit reliquum ex eo contractu, præter vsum præsentaneum, vt aperte probat text. in .l. cum quid. cum ibi notatis. D. si cert. pet. & si quod postea soluturus sum tibi, ego modo haberem, nihil à te petissem: quia non tracto, vt dixi, de re tua adquirenda, & mea alienanda, sed potius de supplenda indigentia illius, quod postea sum soluturus, prout ex ipsamet mutui natura satis constat.

12 Atqui isto quidem casu, * nempe cum ex prædictis vel aliis constat, principalem contrahentium mentem & intentionem esse de mutuando mutuoque recipiendo, non

non de rebus ipsis permutandis, vera esse potest sententia Iasonis in dict. l. cum quid. nu. 2. D. si cert. pet. Qui vult, quod si vinum mutuo tibi dederò, eo expresso pacto, vt idem genus vini, sed deterius redderes, veluti nouum pro vetere: adhuc mutui contractus sit, quia non substantia mutui, sed natura immutatur, quod obesse non solet, ex traditis per gloss. in l. pacta. D. de contrah. emp. Secus autem fore existimo, si principali ter de alienando vino meo vetere, & tuo nouo acquirendo tractarem: quia tunc siue tuum sit melius, siue deterius, permutatio erit & innominatus contractus, do vt des ex prædictis. in quem sensum vera est quoque Fulgosij, & Romani sententia in dicta .l. 2. D. si cert. pet. relata per Iasonem in dicta .l. cum quid. num. 2. quorum dorum contrarietas sic poterit verisimè concordari.

Si verò, vt materiam prosequar, non mutui * animo, sed alienandi potius voluntate, vinum meum dederò tibi pro vino tuo, non quidem meliore aut deteriore, sed eiusdem omnino commoditatis: nec mutuum quidem erit, quia non id volumus, nullumque beneficium est, quod in mutuo esse solet, cum in eodem instanti tantumdem receperim, quantum ipse dederim: nec permutatio quoque dici poterit, sed ridicula quadam & iocosa conuentio: veluti si quod pure mihi debes ex stipulatione, iterum pure nihilo addito vel diminuto à te stipuler: nihil agimus, nullaque stipulatio est l. qui bis. 18. D. de verbo. obligat. vbi Bartolus, Paulus, & Alexander & Iason, ac doctores communiter. Secus autem esset, si

aliquid plus vel minus in secunda stipulatione foret, ex notatis in l. si dari. D. eo tit. etenim vt doctores dicunt, præcipue Corasius in dict. l. qui bis. stipulationes inuentæ sunt, vt quod nostra interest, consequamur. l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verbo. obligat. & §. alteri. Instit. de inut. stipu. cum igitur quodiua interest, ex prima promissione consecutus sit stipulator, & ita eius interesse deserit, non potest de eodem posterior stipulatio consistere. l. si pupillus. §. fina. D. de nouatio. Quę argumentatio similiter fieri potest & debet, cum vnum genus pro eodem genere datur, seruata eadem omnino bonitatis qualitate, ita vt ratione rei, loci, & temporis vna sit & eadem commoditas, vt non valeat permutatio, ex eo quod inuenta illa est, vt vtilibus inutilia permutarentur, dicta .l. 1. D. de contrah. empt. Sed vel eo casu sit puerilis iocus vt dixi: vel si simpliciter ab vtraque parte datum sit, mutua, reciproca que donatio celebretur, vt ex l. quod autem. §. si vir & vxor. D. de donat. inter vir. dicemus infra numero. fina.

14 Igitur illud quoque ex hac resolutione consequitur: * quod si triticum meum tibi dederò, vt tuum triticum dares mihi eiusdem omnino bonitatis, quantitatis, & generis: ex eo tamen, quia vtilius mihi esset tuum triticum ratione loci, & meum tibi: veluti si triticum, quod hic habes, des mihi hoc in loco habitanti, vt tantumdem dem tibi, quod in eo loco, quo habitas, ego habeo: proculdubio dicendum est, veram ac propriam permutationem fieri, & decimam locum fore iuxta dictam .l. 2. tit. 17. lib. 9. Rec-

copiat. quia verè de alienando & adquirendo tractamus, & inutile, hoc est, non tam utile pro utiliore permutare iuxta dictam l. 1. D. de contrah. empt. quod licet non eueniat ratione rei, immo nec ratione temporis, vt aliàs dicebat dicta l. 1. *ibi. secundum necessitatem temporum ac rerum.* (nam & ipsius temporis potest esse permutatio, vt in l. cum constet. §. finali. D. de aqua quotid. de qua diximus supra cap. 9. num. 41.) nihil interest, cum & ratione quoque loci crescere ac minui pretium soleat, & utilitas rei considerari ex traditis per Di. Peretium in l. 2. tit. 23. lib. 2. Ordina. & est tex. elegans in l. ideo. D. de eo quod cer. loco. Soluet autem decimam vnusquisque isto casu in eo loco, quo re suam quisque alienasse intelligitur iuxta l. 5. & l. 9. tit. 17. lib. 9. Recopil. cū notatis supra cap. 4. & ijs, quæ ibi aduertimus num. 30. & dicemus infra isto capite num. 39.

15 Amplia *hunc casum vltimum, siue triticum, quod inuicem præstamus, apud nos sit, ita vt alterius domini voluntate alter accipiat, vnusquisque in suo loco: siue apud debitores nostros existat, ita vt pacti simus, vt tu à meo debitore Madriti exigas, ego à tuo, qui in hac ciuitate Caracensi es: modo cōueniat, vt vnusquisque, (mutuum scilicet officium præstantes, & impenfas inuicem refundentes) ab alterius debitore totidem exigat modios tritici sibi ipsi, & in rem propriam: quia isto quoque casu quod præcipuum & principale est datio ipsa tritici est ad inuicem, non ex actio à debitoribus: ac proinde dubium esse nō potest, quin contractus do vt des, & permuta-

tio fiat, sicut in superiori specie, de qua supra n. 14. quicquid à facto exigendi contractus videatur incipere, & contractum innominatum esse, facio vt facias: ex quo indubitabile est, decimam non deberi, vt benè notat Parladorius dicto §. 3. num. 34. in fine. pro quo videtur tex. expressus in l. naturalis. §. sed si facio. D. de præf. verb. nam intelligendum est, in eo textu solum factum exigendi in conuentionem deductum fuisse, mutuis scilicet impensis præstandum, ita tamen, vt res exacta proprio suo domino & creditori remaneret, vt factis ex eo text. patet. *ibi. vt custodia mihi præstes.* Quo casu licet vnusquisque teneatur iure obligationis & pacti, non solum præstare operam & curam in exigendo alterius debitum, sed & etiam impensam facere, tamen quia erogatio impense non venit principaliter per se, sed in consequentiam operæ & exactiois, factique debiti, tota obligatio & conuentio dicitur simplex & mera faciendi obligatio, vt tradit I. C. in dicto §. sed si facio. & benè explicat Caro. Molinæus in tra. diuidi. & indiui. in prin. num. 19. Quod verè dici non potest in datione, mutuaque rei debitæ & exactæ translatione ad inuicem facta inter pacificos; quam præsupponimus interuenisse in nostra specie: quia tunc, cum ista mutua concessio non veniat in consequentiam actus exactiois, sed ex principaliore & utiliore pacto, minimè obnubiliari aut occultari debet nec potest iste contractus do vt des, sub altero contractu facio vt facias: quin illius prioris rationem habeamus ad solutionem gabellæ, qua de agimus

iuxta

iuxta dictam l. 2. Recop. quod valde elegans est, tam ad nostram materiam, quam ad interpretationem text. in dicta l. naturalis. §. sed si facio. D. de præf. verbis.

16 Quinto *nota ex dicta l. 2. Recop. quod ex rebus permutatis decima solui debet iuxta cuiusque rei estimationem, quæ fieri debet per bonum virum, qui est ipse iudex, vel alius, quem ipse designauerit iuxta tradita in l. continuus §. cum ita. D. de verb. obligat. & l. 31. tit. fina. partit. 7. tradit Menochius de arb. iud. quæstio. in proemio ex num. 7. & casu. 2. & aduerte, quod si ipse iudex estimare velit, cum vt vir bonus audeatur, bonos viros debet consulere peritos in ea re, vt ita sententiam ferat ex l. 23. tit. 4. part. 3. & traditis per Auend. in tit. de exceptio. num. 37. vers. immo & aliud. & de hac re plura diximus supra in scholio ad dictam l. 2. Recopil. verbo: *vel ab altero.*

17 Sexto *nota, quod cum dicta l. 2. statuat solui debere permutationis decimam secundum iudicalem estimationem vtriusque rei, admittenda non erit taxatio partium in ipso contractu facta, seu formale pretium, vt loquar cum Vlpiano in l. in lege falcidia. 62. in fine. iuncta glos. ibi, in prima expositione. D. ad leg. fal. veluti si rem æstimatam in decem, dedi tibi pro alia re in eadem quantitate taxata, iuxta l. 1. C. de rerum permut. & quæ ibi Doctores notant. Effectus est maximus propter fraudem, quæ posset à partibus committi, vilius æstimando res magni valoris. pro qua sententia est text. elegans in l. si fudum sub conditione. §. si libertus. delega. 1.

vbi æstimatio per testatorem facta non nocet hæredi falcidiam detrahenti. Itaque licet à partibus res æstimentur, si tamen semper ab initio de rebus permutandis tractauerunt, adhuc nō venditio, sed vera permutatio contracta intelligitur, sic vt in ea quoque specie locum habeat dispositio dictæ l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. iuxta resolutionem Pineli in rub. C. de res. vend. 2. parte. cap. 1. num. 16. de qua re vide Tiraque. de retrah. ligna. §. 1. glos. 14. num. 19. Secus autem erit, si pretium rei datæ in pecunia fuerit definitum, & postea ex accidenti in re alia taxata solutio fiat: quia tunc vera venditio manet per notata ab eodem Pinelo vbi supra, iuxta terminos l. pretij. C. de resc. vendit. sic fiet, vt vnus rei duntaxat decima debeat in ea vltima specie iuxta quantitatem pretij in pecunia definiti, & habeat locum dispositio l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. alterius autem rei datæ in solutum pretij illius venditionis, decima solueda erit iuxta veram distinctionem, de qua supra cap. 7. ex num. 49. vbi de datione rei in solutum alterius, vel pecuniæ, latissime egimus. Atque ita accipiendum est, quod de gabella tradit Tiraque. dicto num. 19. scilicet, vt tanquam ex venditione debeat, si contractum sit iuxta speciem dictæ l. pretij. aliàs debeat tanquam ex permutatione hoc nostro iure vt dixi, circa quod videndus est Baldus consil. 340. lib. 3. effectus est maximus, vt vna vel duplex decima debeat ex prædictis: & quia vbi permutatio est, vtraque res iudicialiter æstimanda erit ex dicta l. 2. Recopilati.

Septi-

18 Septimo * ex eadem l. 2. nota, quod cum in permutationibus per estimationem rerum decima solui debeat: si contingat, permutationem fieri vnius rei aestimabilis cum alia re inestimabili, decima ex ea parte solui non debet, vt expressè tradit Montalius in repertorio leg. ord. verb. *Alcanala*. ea ratione, quia eo casu legis verba deficiunt per ea, quæ in terminis non tam clari & forribus tradit Bartol. in l. 4. §. prætor ait. per text. ibi. in §. sequenti. D. de damno infecto. nu. fina. quem sequitur Angelus in eadem l. 4. §. totiens. num. 1. & Io. de Imola in dicto §. prætor ait. num. 11. plura iura allegans in confirmationem illius sententiæ, quæ habet, vni legis non comprehendere eam, cui legis verba non conueniunt. l. quod constitutum. D. de testa. mili. & text. in cap. ad nostram. el. 3. de iure iura. & cap. in demeritibus. §. penul. de electione. lib. 6. & ponit exemplum in eo, qui dedit rem suam pro iure sepulchri: quia sacra & religiosa non recipiunt estimationem. Quæ sententia valde mihi placet, ita quod isto casu nemo ex contrahentibus decimam debeat: is enim, qui sepulchrum dedit, gabellam non soluet, quia etiam si pro pecunia dedisset quasi vendens, eo iure non teneretur: propterea quod locus ille sacer ad sepeliendum destinatus vendi non potest omni iure, nempe Regio, Canonico, & communi, cap. abolendæ. de sepulturis. l. locum. C. de religiosis & sumpt. sane. & l. 1. tit. 13. part. 1. atque ideo tanquam ex venditione nulla, non debebitur decima ex traditis supra cap. 14. num. 1. vbi hanc questionem latè expli-

cimus in num. 5. Immo nec ille, qui rem profanam dedit pro iure sepulchri, decimam debeat, quia ultra quod nulla est rei spiritualis permutatio cum re profana, iuxta text. in cap. fina. de rerum permut. & ex permutatione nulla non debetur gabella, vt dicemus infra isto cap. num. 25. res à se recepta, ex qua solui deberet decima, tanquam ex pretio, ex ijs, quæ diximus supra nu. 3. aestimari non potest: deficientibus autem verbis legis, & legem ipsam deficere, ac cessare dicendum est ex prædictis. Quinimò licet ius sepulchri pro alterius sepulchri iure, seu capella permutaretur, quæ quidem permutatio valet, cò quod spiritualia inter se permutari queunt, licet vendi non possint, text. & glos. & doctores in cap. ad questiones. de rerum permut. & glos. in cap. super eo. de transactio. nulla decima deberetur etiam inter laicos, quia neutra res aestimari potest ex ijs, quæ diximus.

19 Octauò notà, * quod cum vnus quisque ex permutantibus solvere debeat decimam ex ea re, quam in pretium rei à se datæ, ab alio receperit, vt iam dixi: si rem, quæ aliàs vendita immunis esse solet, in pretium receperit, non ideo rei illius priuilegio excusabitur: veluti si fundum dederò pro equo ornato sella & freno, vel libris, aut alio, ex enarratis in l. 34. titu. 18. lib. 9. Recopilat. quin potius, secundum equi estimationem, & librorum valorem, decimam soluturus sum iuxta dictam. l. 2. Recopilat. Etenim ea priuilegia locum habent, quando res illæ in contractum veniunt vt merx, non vt pretium. atque ita debet intelligi prædicta

dicta l. 34. prout satis aperte colligitur ex eadem l. 34. ibi. *ni de la moneda*. vbi si pecunia veniat in contractu vt merx, apertam immunitatem habet, sicut panis coctus, & aliæ res ibi expresse: & tamen constat, quod ex pecunia vt pretium deducta in venditione & permutatione, decima debetur, vt probat dicta. l. 1. & dicta. l. 2. Recopilatio. & ex infra dicendis apparebit ratio est, quia tunc non soluitur decima ratione ipsius pecuniæ, sed ratione rei venditæ, aut permutatæ pro ea.

20 Nono aduerte, * quod cum in superioribus capitulis sepe passimque dixerimus, ex venditione alicuius rei vnica duntaxat decimam deberi, nempe à venditore, iuxta decisionem dictæ. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. modò autem in isto capitulo constituamus, ex permutatione duplicem gabellam dependi, tanquam ex venditione duplici, ex traditis supra hoc eodem capite nume. 3. propter decisionem dictæ. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopilat. sicque præter alios iuris effectus & differentias, quas inter venditionem & permutationem vbiq; doctores notant, & tradit I. C. in .l. fina. D. de condict. causa dati. hæc maxima longaque apud nos differentia sit, quod ex venditione vna decima, & quidem à venditore, ex permutatione autem duplex, nempe ab utroque contrahente debeat, ex dicta. l. 1. & l. 2. Recopilat. & diximus supra nu. 4. * Vtilissima apud nos est, & valde necessaria celebris illa doctorum quæstio: Quando ex altera parte res, ex altera autem pretium & alia res datur, an venditio, an verò permutatio sit. quam quæ-

stionem vltra ordinarios latissimè differuit Tiraquel. de retrat. ligna. §. 30. glo. 1. & Contraru. lib. 2. varia. resolut. cap. 4. & Anto. Gometius. 2. tomo. varia. cap. 2. & post eos omnes Arias Pinclus in Rub. C. de resc. vend. 2. parte. cap. 2. & ad materiam gabellæ adplicat (licet in aliis terminis) Vincentius Herculanus in l. 2. in princip. num. 16. D. de verb. obligati. Effectus autem huius disputationis, vt iam dixi, ille est quam maximus: quod si conuentio illa venditio sit, vnica duntaxat gabella debebitur, et quidem per venditorem, nempe decima pretij recepti, & estimationis rei sibi datæ, cù pars pretij sit, iuxta l. fundi partem D. de contrah. empt. & quæ latissime differuimus supra capi. 15. ex num. 21. at si permutatio esse dignoscatur, non solum soluet decimam is, qui rem dedit pro pecunia & alia re, sicut si esset venditor, sed is quoque, qui pecuniam & re dedit pro re alterius, decimam erit soluturus, nempe illius rei à se datæ iuxta estimationem iudicis, seu illius rei, quam recipit, quatenus rei suæ correspondet. Igitur cù in prædicta quæstione quandoque permutationem fieri, quandoque venditionem contrahi doctores intelligant, necessarium nobis esse videtur ad eorum resolutionem aduerte, vt quid in ea specie circa Regalem decimam dicendum sit, facile percipiatur.

Et * quamuis in ea quæstione communis Bartoli, & doctorum sententia sit, vt contrahentium mens & verba inspiciantur: nempe, vt si vendere & emere voluerunt, venditio sit: quod si permutandi animus & intentio fuerit; permutatio sit.

permutatio esse iudicetur, prout resoluit Tiraquellus dicta glos. 1. num. 2. tamen id intelligendum est, quotiens ex eo contractu nemo potest quidquam prætere præter ipsos contrahentes, secus verò si filii aut tertij cuiuspiam interit, quod venditio potius, aut magis permutatio esse intelligatur illa conuentio: quia tunc ne fraus aliqua tertio fiat per nominationem partium, magis inspiciendum est, quod re vera agitur, quam quod à partibus simulatè concipitur: puta si ex venditione debeat gabella, & non ex permutatione: vel fortè è contrario ex permutatione, & non ex venditione gabella seu laudimium deberetur: vel in venditione sit locus retractui, non verò in permutatione, prout apud nos est l. 13. tit. 10. lib. 3. fori. quæ est hodiè l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. ita ex communi & vera sententia resoluit Tiraquellus vbi supra numer. 12. Vnde cum in nostra materia de iure tertij disputetur, nempe filii pro gabella adquirenda vnica, vel duplici ex prædictis, magis inspiciendum est in ea questione, quid re vera agatur, quam quod à partibus dicitur,

Igitur cum ex altera parte datur res, & ex altera pretium & res alia datur, & quæritur: quis contractus re vera contrahatur in ea conuentione, communiter doctores dicunt inspiciendum esse, quod præualet, nec de nominatione partium curandum fore: vt scilicet, si res data cum pretio, maioris valoris est, quam pretium ipsum simul datum, permutatio sit potius: quod si pretium præponderet, venditio sit, ita tradit Tiraquellus vbi supra numer.

9. Quo fiet in nostra materia, vt quo casu permutatio sit, duplex decima deberi videatur, vt dixi: quo autem casu venditio sit, non nisi vnica solui debeat ex prædictis.

Ceterum, si res & pretium per omnia paria sint, & eiusdem æstimationis, ita vt neutrum alter præstet, seu præponderet, magna dubitatio est apud doctores, quid re vera actum esse intelligatur, nempe venditio, an permutatio: nam in nostra materia, cum de iure tertij agitur, denominatio partium, quæ potest esse fallax & dolosa, inspicienda non est, vt dixi supra: & magno pere variat doctores, Baldus enim in præludiis feudorū col. 4. vers. pro intellectu horum. existimauit eo casu venditionem potius contrahi, quam permutationem, quæ plures alij sequuntur. At in contrarium, immo quod permutatio sit potius, quam venditio, communior est doctorum sententia, quæ ex multiplici ratione confirmat & sequitur Tiraquellus vbi supra ex num. 13. Sed vtriusque sententiæ autores tam validi sunt, vt vix firmari queat, quid secure in nostra materia dicendum sit, scilicet an in prædicta specie cum res & pretium equalia sunt, vnica decimam tanquam ex venditione, an duplicem tanquam ex permutatione deberi dicamus. Vnde non mala, sed prudens satis, & huic nostre materiæ valde consona, & rationabilis videtur media sententia Alciati in l. 2. in princip. num. 18. D. de verb. obligat. quem refer Tiraquellus supra allegatus num. 38. nempe, quod isto casu duo contractus sunt, & permutationis & venditionis pro media parte: ita vt in nostra materia dicendum videatur

deatur, quod quatenus & ex qua parte venditio est, vnica duntaxat gabella debeat à venditore ex dicta l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilati. quatenus vero & ex qua parte permutatio est, duplex decima solui debeat ab vtroque scilicet contrahente ex dicta l. 2. eodem tit. & li. quam sententiam secuti sunt Covarruias & Pinelus in præallegatis locis.

23 Verum enim uero, * quamuis hoc ita inspectis iuris principiis ex doctorum resolutione dicendum videatur, lex nostra Regia aliter decidit, & reiiciens eas doctorum controuersias & distinctiones statuit: Quod quotiescunque res aliqua pro alia re datur, siue pecunia non sit, siue vero interueniat quomodocunque, principaliter (scilicet) aut accessorie (generaliter enim illa l. 2. Recopilat. loquitur) ita vt iuxta ciuiles Regulas permutationis adhuc contractus maneat, aut propter pecuniæ interuentum in venditionis contractum transeat ea conuentio, ex vtraque re decima debeat iuxta iudicalem æstimationem ita tradit & generaliter decidit prædicta l. 2. ibi. *quier interuenga en ello dinero, o no*: dict. tit. 17. lib. 9. Recopilat. quæ nominatim in illis verbis hanc supra habitam disputationem aperte voluit dirimere in hac nostra gabellarum materia: ita vt, si fundum meum dederit tibi pro mille aureis & vno seruo vel fundo tuo centum aureorum, proculdubio dicendum sit, quod quauis eo casu ex prædicta doctorum resolutione non permutatio, sed vera emptio & venditio aperte contrahatur, eo quod pretium siue pecunia rei simul da-

te præpoderat, duplex adhuc decima soluenda sit, nempe ex vtroque; re iuxta iudicalem æstimationem ex generali illius legis Regiæ dispositione. Et ita fiet, quod nedum venditor decimam soluet mille aureorum, quos recipit, & æstimationis quoque fundi seu serui simul cum ea pecunia recepti: sed & emptor quoque pendere debet decimam fundi seu serui, quæ dat, quasi in ea parte permutare potius, quam emere censeatur: & hoc est, quod tradit prædicta l. 2. quæ sic verissime debet intelligi & praticari.

Obiter verò in proposito explicare oportet, qualiter in hoc casu ab vnoquoque contrahentium Regalis hæc decima soluenda sit: Et dico, * quod si dedi tibi fundum pro mille aureis & alio fundo, quicumque contractus illa conuentio sit, nempe siue venditio siue permutatio, adhuc quidem, quia vna res pro alia datur, duplex decima debetur: & ego soluturus sum decimam illius pecuniæ à me receptæ, item & æstimationis fundi, quem simul cum pecunia recipio, iuxta taxationem iudicis, vt modò dixi: quia hæc omnia in pretium fundi mei recepisse videor ex traditis supra numer. 3. & probat dicta l. 2. ibi. *quier interuenga en ello dinero, o no: que de todo se pague el Alcauala*. vbi pondera verbum *todo*. Tu autem ex qua parte pecuniã dedisti pro fundo meo decimam non solues, siue verus emptor sis in ea specie, siue permutans: quia quomodocunque pecuniam dederis pro alia re vel pecunia, privilegium eius te eximit à gabellæ solutione, iuxta textum in l. 34. ibi. *Ni de la moneda*

monedada tit. 18. lib. 9. Recopilat. iunctis ijs, quæ tradidimus supra numero. 4. solues ergo decimam æstimationis fundi mei, quem recipis, pro qua parte congruit & concurrat cum fundo tuo à te dato simul cum pecunia: quia receptæ rei, non datæ æstimationi impicienda est ad computationem gabelle, ex traditis supra in dicto nu. 3. Rem ergo subiiciamus exemplo, vt res ipsa, & resolutionis utilitas pateat: diximus, quod dedi tibi fundum pro mille aureis & alio fundo, qui æstimatus per iudicem centum alios aureos valere reperitur: pone autem, quod fundus meus, quem do, taxatus per iudicem valet mille & quatuorcentum aureos: quæro, & belle dubitatur, qualem decimam & ex qua quantitate vterque nostrum sit soluturus: atqui clarum est ex prædictis, debere me decimam ex mille & centum aureis, quos quasi in pretium mei fundi me recepisse apparet, sicque centum & decem debeo. Tu vero, qui mille & quatuorcentos aureos recepisti, sic solues: ex mille & centum, quæ correspondent rei & pecuniæ à te datæ, decem duntaxat solues, nempe ex solis centum, quos valet tuus fundus, quia ex mille quæ correspondent pecuniæ à te datæ, nihil debes, cum pro eis pecuniam dederis ex dicta l. 34. Recopilat. tercentos autem aureos, qui supersunt non decimati, debes diuidere pro rata inter pecuniam & fundum à te datum, & sic in vndecim partes, quia pecunia & fundus à te datus summant vsque in mille & centum aureos: & ex decem partibus, quæ correspondent pecuniæ, nihil debes, quia quicquid cum pecu-

nia adquisitis, siue emendo, siue permutando, liberum apud te est à gabella ex dicta l. 34. Vndecima vero pars illorum tercentorum aureorum, quæ correspondet fundo per te dato, decimari & gabelari debet. est autem illa vndecima pars ex tercentis, viginti septem plus minus: solues ergo ex prædicto contractu & conventionione circa tre decim aureos: & ego soluo centum & decem. Quod si vnusquisque nostrum solueret decimam æstimationis rei, quam dat, ego soluissem centum & quadraginta ex fundo meo, qui valebat mille & quatuorcentos aureos: & tu soluissem decem duntaxat ex fundo per te dato, qui valet centum: Est ergo maximus effectus, intelligere, quod gabella debetur in permutatione ex æstimatione rei receptæ quasi ex pretio, instar venditionis, cui adsimilatur permutatio in dicta l. 2. Recopilati non vero ex æstimatione rei datæ, vt notauimus supra dicto num. 3.

His ergo prænotatis ad literalem, & mentalem illius l. 2. expositionem, quæstiones in materia necessarias ingredior: * Inter quas illa est elegantissima & utilissima, si rem tibi dederis, vt rem aliam mihi des, & antequam dederis, me contractus pœniteat iuxta textum, & quæ ibi doctores notant in l. si pecuniam. D. de conditione. causa dati. & in l. 44. vbi Gregorius Lupus. tit. 14. partit. 5. & l. 3. tit. 17. eadem partit. an adhuc Regalis decima peti possit vtriusque, vel alterius rei per gabellarium: quemadmodum si vendidero tibi, & re integra à venditione ipsa recedamus iuxta l.

ta l. i. C. quando liceat ab empti. disced. iam supra diximus cap. 14. numer. 7. adhuc deberi decimam iuxta doctrinam Bartoli in l. ab emptione. num. 12. D. de pactis. Et profecto, si ad resolutionem huius quæstionis ius commune inspicias, facile intelliges, quod cum ex pœnitentia alterius contrahentis re ex altera parte integra & non secuta, vnusquisque contractus innominatus sic rescindatur, vt nunquam perfectus fuisse appareat, iuxta dictam l. si pecuniam. D. de condit. causa dati. & quæ cumulat Dueñas regula. 110 cum sequenti. necessario consequetur & fiet, vt decimam eo casu non deberi dicamus, quasi ex imperfecto contractu, iuxta notata per Bertachi. Firmi. de gabellis. 3. parte octauæ partis principalis. num. 48. Nam lex ista, quæ ex permutatione decimam solui iubet, de valida & perfecta permutatione intelligenda est, scilicet re ex vtraque parte secuta, vt diximus supra num. 3. argum. eorum quæ de venditione præcepimus supra cap. 14. num. 1. quod ita in propriis terminis nostræ quæstionis de gabella indubitanter tradit Ferdinand. Menchaca lib. i. controuer. vsus frequent. cap. 11. nu. 21. nempe, quod pœnitentia secuta, Regalis decima non debeat.

Sed si ius regium animaduertas, quod quidem apud nos, præcipue in hac materia iurium Regalium, aduertendum & obseruandum est, non sic facile resolues prædictam quæstionem: * Etenim apud nostri iuris autores valde controuersum est, an hodie attento iure Regio, de quo in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5.

Recopilat. locum habeat pœnitentia in contractibus innominatis, necnè: cuius rei cognitio, iam vides, quàm necessaria sit ad nostram quæstionem: etenim si pœnitentia quæquam eorum non licet, vbi contractus ab altera parte secuta initium sumpsit, aperte fiet, vt in nostro casu, quamuis alterum pœniteat, cum adhuc contractus duret & teneat, decima Regalis debeat. idemque erit, & si vtrunque pœnituisse, quia cum semel contractus perfectus fuerit, ex rescissione postea secuta partium consensu, fiscus aut gabellarius præiudicari non potuit in iure suo, ex doctrina communi in dicta l. ab emptione. D. de pactis. quod si pœnitentia adhuc hodie licet, dum res ex altera parte non est secuta, prout de iure communi satis constat ex dict. l. si pecuniam. iam resolutam habebis quæstionem hanc ex supradictis, vt nulla tunc decima debeat.

27 Tamen * in hac controuersia ex vtraque parte sunt multi viri doctissimi, & celebres aduocati, sic vt si autoritate in hac re moueri velim, non ausim dicere, cui sententiæ magis adhæream: Etenim quod hodie in contractibus innominatis pœnitentia locum non habeat, satis disputat & tenet Ant. Gomerius 2. tomo varia. cap. 8. n. 4. quem sequitur, & defendit Did. Peretius in dicta l. 3. versicu. dubitari. col. 1049. tit. 8. lib. 3. Ordina. & pro constanti tradit additio doctoris Salcedo ad regulam Bernardiaz. 549. & ante hos tenuit Greg. Lupus in l. 3. verb. *qualquier de las partes*. cum glossa sequenti. tit. 6. parti. 5. quos magis sequitur Martienus in dicta l. 2. glossa. 2. tit. 2.

16. libro. 5. Recopilatio. Contrariam autem sententiam, immo quod ea lege regni nihil immutatum fuerit in contractibus innominatis, quorum obligatio respectiva est, sed quod tantum loquatur & procedat ea lex in obligatione simplici, latissime tenet & disputat Menchaca de success. creatio. lib. 2. §. 12. ex num. 64. quem sequitur D. Ant. Menesius in repet. l. naturalis. §. 1. num. 19. D. de præ. verbis. & huius quoque sententiæ fuit Grego. Lupus sibi contrarius in l. 1. verbo. *gran pro.* titulo. 1. 1. partita. 5.

Vnde ego, cum quia ratione iuris potius, quam vilius magistris auctoritate moueri soleo, tum etiam pro bono pacis inter tot, ac tantos viros ex nostratibus doctissimos, mediam sententiam amplector, & ab omnibus accipiendam
28 puto: * & existimo in hac re faciendam esse distinctionem: aut enim in permutatione incipimus à re, vel à conuentione de permutando: Si à re, vt quia absque vlla promissione, sed tractatu quodam habito in præfatione contractus de re mea cum tua permutanda, vt est naturale: statim rem meam dedi tibi, vt tuam mihi dares, sic dicēs: do tibi hanc mulam, vt des mihi tuum equum. profecto antequam tu des mihi equum, ego nulla tibi obligatione teneor, quia nihil promisi, nullaque causa subest, ex qua obliger, cum adhuc ego nullam rem acceperim: sed tu solus obligaris rei interuentu ex ea causa, quod rem meam acceperis, vt tuam dares: ita probat textus in l. iurifgentium. in principi. D. de pactis. & l. 1. D. de rer. per. & quæ vtrouque notantur. Quo fit, vt quæ

diu res ex tua parte non sit secuta, me pœnitere queat ex dicta l. si pecuniam. D. de condictio. causa dati. & quæ supra diximus. quæ quidem pœnitentia cur isto casu locum non habeat etiam iure Regio dictæ l. 3. Ordina. nulla ratio potest efficere, si recte consideretur, quod illæ leges regie supra allegatæ loquuntur, vbi quis se obligare voluit: at in isto casu ex mea parte nulla obligatio est, & nullus animus me obligandi, quia nihil promisi, sed statim feci, quod eram promissurus: igitur ad hunc casum prædictæ leges Regiæ non pertinent. Solum autem obligor in eo contractu, quando res est etiam ex tua parte perfecta: tunc enim & ego quoque obligor ex eo contractu saltem ad euictionem rei, quam dedi, si forte tibi euicta fuerit: quia cum & ego rem tuam acceperim, subest causa, propter quam ad euictionem & securitatem rei à me datæ obligatus sum: * & propterea contractus ille *synalagma* appellatur in dicta l. iurifgentium. in principi. D. de pactis. & reprehensus est Iulianus ibi, quod sic obiter intelligi debet: *synalagma* autem est contractus ille, ex quo duplex oritur obligatio, nempe ex vtraque parte l. Labeo. §. contractum. D. de verbor. signific. vbi Alciatus aliter explicat textum in dicta l. iurifgentium. in principio. quæ quidem duplex ex vtraque parte oriens obligatio reperitur in illo contractu innominato, do vt des, eo tempore, quo ab vtraque parte impletus ille est, & res secuta: secus vbi ex altera tantum parte adimpletur, quia (vt dixi & satis apparet) eo casu nulla obligatio est ex parte
dan.

dantis ob causam, sed ex sola parte recipientis, qui tenetur ideorem suam dare, aut interesse solvere l. naturalis. §. & si quidem. D. de præscr. verbis. quo casu non dū perfectus esse contractus dici potest: & ideo eum, qui solus impleuit, pœnitere contractus potest, non alterum ex dicta l. si pecuniā D. de condit. causa dati. qui omnino tenetur implere, aliàs conueniendus ad interesse dicta l. naturalis. §. at cum do. D. de præscr. verbis. & l. 43. vbi Gregorius. tit. 14. partita 5. & sic decima Regalis eo casu deberi non potest, quasi ex imperfecto contractu ex supra dictis. Quod habere locum etiam iure Regio satis ex resolutis apparet, cum scilicet à re incipimus, nō à promissione de permutando. & ita potest procedere secunda opinio nostrorum doctorum supra relata.

30 Quod si * à promissione de permutando incipiamus, sicut fit in specie rex. in l. ex placito. C. de re. permut. cum eo casu promissio quædam sit vtriusque, qui se ad permutandos suas obligare voluerunt, nulla efficax ratio dari potest, cur isti naturaliter, quasi ex nudo pacto, non teneantur iure ciuili, & efficaciter ciuilique, obligatione non adstringantur hodie dicto iure Regio, non minus, quam si stipulatio interuenisset: sicq; isto casu absque dubio dicendum puto, pœnitentiam non habere hodie locum de iure Regio, etiam stipulatione non interueniente. Veluti si ego promittam tibi mulam hanc meam cum illo tuo equo
32 permutare, & tu consentias in idem placitum: Etenim isto casu, velis nolis, permutare debe-

bis mecum, & conuentionis te pœnitere non poterit, nec me ipsum potest te inuito: quia efficaciter obligati sumus ex nuda ista promissione Regio iure dictæ l. 3. ordina. & l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilatio. sicut obligaremur ciuili iure, si ab vtraque parte stipulatio interuenisset ex dicta l. ex placito. C. de rerum permut. Nec obstat, quod ista promissio de permutando non est simplex, sed respectiva: quia immo simplex est, sicut si quid aliud simpliciter promississem: * & illud agit dicta l. 2. Recopilation. in hoc casu, vt quamuis ad hoc, vt tenereris, necessaria foret stipulatio iure ciuili, vt probat dicta l. ex placito. C. de rerum permut. nuda hodie promissio sufficiat: quod esse intentum illius legis regie Menchaca & omnes illius opinionis sequaces agnoscunt, scilicet legem illam Regiam voluisse tollere stipulationis solennia, de quibus egimus supra capit. 1. ex numero. 16. nec nos minus dicimus, aut minus factum dici potest isto casu: etenim quod stipulatio facit in dicta l. ex placito. nuda promissio faciet hodie ex dicta l. 2. tit. 16. libr. 5. Recopilatio. Vnde, quamuis vltimo isto casu alter velit pœnitere, non poterit: sed adimplere debet promissum: & hæc est vera resolutio in hac re, quemadmodum qui promittit vendere, necessariò tenetur adimplere, quod nemo vquam dubitauit, & satis probatur ex his, quæ supra resolui cap. 13. numero. 4. & 5.

32 Solus est, * qui aliud pro constanti, & quasi vsu receptissimum tradit, Menchaca dicto. lib. 2. de successi. creat. §. 12. numero. 60. vbi

ait, quod si inter nos conuenerit vt venderem tibi domum meam, tamen antequam pretium definitum fuerit, liberum mihi erit recedere ab hac conuentione, & non vendere tibi, etiam si plus æquo pretij nomine offeras: idque verum esse ait omni iure, & practicum esse in persona fratris sui. Sed certe quamuis prædictus Menchaca sit vir acutissimus, & qui exactissime rem solet disputare, non videtur satis rem hanc cõsiderasse: Etenim si intelligit, in ea specie promissionem de vendendo inter nos præcessisse, velim nolim adimplere debeo: & nulla ratio est, cur non teneat obligatio hoc nostro iure Regio, quò si quis simpliciter nudo pacto quidquam promiserit, tenetur efficaciter, dicta l. 2. Recop. ita vt ex contractu obligatus maneam ad vendendum, sicut ex testamento tenetur hæres in l. & si æquo. delega. 1. circa quã vide late resoluta supra capit. 16. Quod si intelligit de ordinaria illa & naturali conuentione seu consensu, quo & emens & vendens de re distrahenda consentiunt sine ulla promissione, alter, vt pretium habeat, alter, vt rem: vt quia ego volo vendere, & sic me velle vendere aio: & tu vis emere, atque ita velle te emere dicis: profecto verissimum est, quod si in pretio discordamus, vt quia ego volo carius vendere, tu vilius emere desideras, vt est naturale, l. si voluntate. C. de resc. vendit. interim antequam de re & certo pretio conueniat inter nos, quò tandem casu emptio & venditio perficitur, textus est in Principi. iustit. de empt. & venditione: & tradidimus stipul. cap. 3. numero 6. bene potest

rit me poenitere, & vel nemini vendere, vel alij nec tibi dare, prout quotidie fit, & vsu venit ipso Menchaca testate in dicto loco. quod est diuersum ab eo casu, quem tractauimus in permutationis materia. Etenim intelligere debes, quod modò diximus in materia venditionis, ex eo procedere, quia nemo nostrum se obligare voluit ad emendum aut vendendum, quamuis eo tempore, quo de pretio disceptabamus, vnusquisque eo esset animo & voluntatis affectu, vt venderet, aut emeret: & qui tractat de vendendo, vendere dicitur, idem de emendo, vt est text. notabilis cum glos. verb. eius. in l. debitor. D. de separat. & l. si rem. §. si cum mihi. vbi glos. verbo. venderes. D. de præ. verb. At verò dicta l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. solum loquitur & procedit, quando quis voluit se obligare, vt constat ex illius verbis: *pareciendo que alguno se quiso obligar a otro.* & ita quoque procedit quod circa permutationem à promissione incipientem diximus. alias enim, nisi promissio sit, nullus consensus obligat: * Etenim quod dixit l. C. in l. 1. D. de pactis. pactum esse duorum in idem placitum & consensus: dubium non est, sic esse intelligendum, si modò consensus ille promissionem in se habeat: quam tacuit l. C. in ea l. 1. properans ad differentiam pacti, & pollicitationis vnus tantum consensum habentis: vel quia persuasum hoc putauit omnibus, pactum sine promissione esse non posse l. sciendum. §. dictum. D. de edil. edicto. Nec enim consensus eundi Romam erit pactum, aut contractus: nec consensus tuus & meus, quamuis in

re emenda & vendenda concurrant, contractum aut pactum vllū de vendendo faciunt, si nō sit promissio, argum. l. vt sit. D. pro socio & hac ratione verum est, quod dicit Menchaca dicto num. 60. quãuis eo modo, quo ipse intelligit, sit falsissimum.

Itaq; ex hac resolutione in summa collige, * quod si à re. incipiēs in permutatione, dedi tibi rem meam, vt aliam tuam dares, interim re integra (hoc est) nondum re ex tua parte secuta, siue me poenituerit, siue non, iuxta dictam l. si pecuniam. D. de condi. causã dati. quasi ex imperfecto nec absoluto contractu decima non debebitur. Idē que erit, si ego velim stare contractui, tu autem poenitentia ductus ex parte tua implere nolis: quia licet tunc contra te agere possim, vt meum reddas, vel si malim, interesse soluas nomine poenæ, ex l. naturalis. §. & si quidem. D. de præcrip. verbis. & l. 43. vbi Grego. tit. 14. part. 5. nullam tamen actionem habeo, qua te poenitentem compellere possim ad implere contractum, & rem tuam dare, vt bene explicant Bartolus & doctores in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 14. D. de verb. obligatio. cuius sententiam communem dixit Menchaca in dicto §. & si quidem. num. 22. atque ideo perfectus, & consummatus contractus dici non potest eo tempore, cum nulla ex vtraque parte implendi, & perficiendi obligatio sit, rerumque interuentum ad sui perfectionem permutatio requirat, l. 1. D. de rerum permut. deberique ita minime potest Regalis decima, prout expresse tradit Menchaca dicto lib. 1. controuer. vsu frequent. cap.

11. num. 21. cui adhæreo. Etenim ex permutatione tunc demum Regalis decimæ obligatio nascitur, iuxta dictã l. 2. tit. 17. lib. 9. Recop. quando res est ex vtraque parte secuta, & non antea: quia tunc temporis permutatio incipit esse perfecta & in esse producta, vt eleganter probat Fort. Gassia in l. iurisgentium. in princip. fol. 25. D. de pactis. & diximus supra nu. 3. Quod si * à promissione de permutando incipiamus: videtur, quod quamuis neutrum ex nobis poenitere queat ex suprãdictis, tamen decima non debeat, donec verè & realiter permutatio fiat rebus traditis, & hinc inde secutis, vt modo dicebam, quia prædicta l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil. ex permutatione decimam deberi statuit, non ex permutationis placito, quæ valde differunt, vt constat ex l. ex placito. C. de rerum permut. Sicut & supra diximus cap. 13. numero 5: quod ex pacto de vendendo decima non debetur, donec venditio ipsa in effectu contrahatur, conuentione habita de re & certo pretio iuxta textum in Principi. Instir. de empt. & vendit. atque ita in nostro casu expresse tenet Parladorius dicto lib. rerum quotidiana. ca. 3. §. 3. nume. 53. & vide latissime Tiraquel. de retra. conuent. ad finem. questio. 5. Effectus erit maximus ultra gabellæ dilationē, quia cum pactum de permutando à permutatione ipsa differat, recte poterunt paciscentes à pacto recedere ex communi vtriusque consensu, & non permutare: nullaq; fiet gabellario iniuria, quamuis si vere permutassent, non prodesset distractus ad decimæ liberationē, ex dictis Bartoli cum communi

in ab emptione, numc. 12. D. de pactis.

36 Tamen * in hac re mature & subtiliter considerare oportet, quod si inter nos conuenit hodiè, vt rem meam talem dem tibi pro tali re tua, cum tali & tali cōditiōe aut lege: sic vt de modo faciendę permutationis omnino, & perfectę conueniat, & sic discedamus, nec statim res ab altera, vel ex neutra parte secuta fuerit: quamuis verissimum est attento iure ciuili, quod isto casu permutatio non contrahitur, sed pactum de permutando, quia permutatio non consensu, vt nominati contractus, sed rei interuentu eo iure celebratur, vt docet textus elegans in l. 1. D. de rerum permutat. tamen cum hodie istud pactum tam efficax sit iure Regio, ac ipsemet contractus permutationis realiter celebrata, sic, vt ad firmitatem permutationis post illam conuentionem de permutando, nihil amplius requiratur ex supra resolutis: & quod fiet postea, solum videri queat primę conuentionis solutio, & implementum: Ego crediderim, hodie dici posse, isto casu statim permutationem cōtrahi solo consensu: Moueor, quia si olim iure ciuili non contrahebatur permutatio solo consensu, ex eo solo erat, quia si id admitteretur, cum permutatio esset contractus innominatus, fieret, vt ex pacto nudo efficacem actionem & obligationem daretur, ita expresse arguit I. C. in l. 1. D. de rerum permut. ibi: *alioquin si res nondum tradita sit, nudo consensu constitui obligationem dicemus, quod in his duntaxat receptum est, quæ non suum habent: vt in emptione, venditione, conductione, mandato: hæc*

sunt verba Iuris Consulti. Quod sane inconueniens aut absurdum hodie non est, sed potius ius ipsum à lege ciuili traditum & statutum in dicta l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. & dicta l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. ergo cessante inconueniente, & ratione iuris mutata (prout mutata vides) sine dubio dicendum est,

37 Quod * solo consensu possunt hodie contractus innominati fieri, ex cōmuni illa doctorū traditione que habet, mutata vnica ratione legis siue expressa siue coniecturata, & legem ipsam mutari, seu corrigi, prout resoluit Tiraq. in tract. de cessante causa. litera. L. n. 132: quod est optimum, & eque vtile: etenim fiet ea seruata sententia, vt statim isto casu decima debeat, quæ aliàs non deberetur, nisi cum postea res ipsæ in effectu traderentur ex vtraque parte, iuxta superius resoluta num. 3. quod forte differrent contrahentes in plures annos, sicut & differri passim solet cuiusq; contractus solutio, & implementum: nam cum partes actū haberent omne id, quod requiretur in specifica, reali, & formali permutatione, sic vt alterum sine altero pœnitere non posset, tacuissent forte per multos dies, aut annos circa rerum implementum & traditionem, donec ipsarum usus exigeret, permutationem conuentam realiter perficere. Quinimmo ex eadem sententia fiet, quod, cum statim permutationem solo consensu fieri dicamus, pœnitere non poterit contrahentes illius contractus, etiam ex communi vtriusque consensu, in præiudicium iuris gabellario fiscove questiti, ex doctrina Bartoli & doctorum in dicta l. ab emptione. D. de de. pactis. l. doctri-

Doctrina autem superius tradita num. 35. cum qua est Parladius in loco ibi allegato, procedat eo casu, quo generaliter conueniret inter nos, vt rem meam cum tali re tua permutaremus: nec de modo & conditionibus, quibus faciendā permutatio esset, tractaretur: sed reliquum maneret in tempus contractus faciendi: isto enim casu solum ac verum pactum de permutando dici poterit & est, nō permutatio vera, que esset informis. At formalis illa conuentio de permutando, vera ac perfecta permutatio dici debet: cum, vt iam dixi, statim & quocumq; possint partes ad rei traditionem inuicē se compellere, que sola rerum traditio reliqua est in ea conuentione, vt omni iure permutatio compleatur. Idque maxime hodie procedet in nostro Regno, in quo secundum communem, * & vulgarem loquendi usum, perfecta permutatio intelligitur, quæ pura conuentione fit, licet propter rerum absentiam, & loci distantiam, aut ex alia causa, statim traditio non fiat: qui quidem usus, & rei ipsius effectus potius inspiciendus est, quam iuris subtilitas, secundum quam aliud potius dicendum fortassis esset, ex latissime resolutis per Tiraquel. de retractu. conuentione ad finem tituli. questio. 5. per totam.

39 Item * & memouet in eam sententiam, quod videam, si aliter dixerimus formalem conuentionem de permutando à permutatione ipsa distinguentes, nullum quidem, hodierno Regioque iure inspecto, effectum iuris considerari posse, propter quem partes maluerint comodo de permutan-

do pacisci, quam re ipsa permutare: nisi vel quia res ipse erant loco distantes, cum tamen aliàs essent illas tradituri tempore conuentionis: vel quia vellent eō contrahendi modo, permutationis gabellam differre in fraudem legis: eo quidem animo, vt si postea ab eo contractu mutua voluntate discederent, decimam non soluerent, quasi adhuc semper cōtractus fuisset imperfectus, iuxta ea, quæ considerauimus supra num. 35. aut saltem gabellarius non statim posset eam petere, donec ipsi vellent perfectam permutationem declarare rerum ingressu, quæ re vera & in effectu inter eos antea ab initio perfecta fuisset: quique aliàs, nisi eo essent animo differendæ decimæ, aut casu aliquo de fraudandæ, statim propriè ac verè permutassent rebus traditis: quæ fraus & machinatio patrocinarum non debet eis, quominus statim decimam debeant & soluant, quæ si vere permutantes: licet eo modo contrahentes per pactum, retracto & communi iure uti videantur, iuxta celebrem doctrinam Baldi cum multis aliis à Tiraquel. lo relatam de vtroque retractu. in præfatione. n. 75. Debitur autem isto casu dicta decima, si res mobiles sint, vel in loco contractus, vel in loco traditionis secutæ iuxta regulas in venditione traditas supra capite. 4. per totum. vt ibi aduertimus num. 30.

40 Sed his cōsonum videretur, * idem dicere in venditionis pacto: scilicet, vt si formale sit expressio prædictio, & aliis conditionibus, quibus expressa quoque res vendenda erit, non solum sit & iudicetur pactum de vendendo, sed vera, propria,

pra, ac pura venditio, statim illis verbis contracta inhunc modum: promitto tibi vendere illam domum his & his finibus designatam mille aureis ita soluendis, & his conditionibus, & pactis: & tu in ideam placitum consentias, dicasque; te recepturum & empturum eam rem dicto pretio, & illis pactis, facturumque; ita promittas mihi: Secus autem dicendum fore, si pactum fiat informe, veluti si pactum camur quod tibi vendam illam rem, & quod tu emas, non autem dictum fuerit de certo pretio: quod isto casu solum pactum de vendendo sit, non venditio: iuxta quam distinctionem loqui videtur Lud. Gometius, licet non ita explicat in §. in personam. num. 40. Instit. de actio. vbi pactum de vendenda tibi re pro decem, venditionem esse ait: & videtur optima distinctio pro concordia dissidentium in ea re apud Tiraquel. vbi supra de re. tra. conuent. ad finem tituli. quaestio. 5. praecipue attento hoc nostro iure Regio dictae. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. in quo securius procedet ea distinctio, quam digestorum iure quo loquitur Gometius.

Adhuc vero contrarium teneo: 41 immo, * quod pactum de vendendo etiam formale, non sit pura & statim contracta venditio: quia vere partes non vendunt, sed promittunt vendere ex resolutis per Tiraque. in dicto loco. Quae res valde differunt, ita ut si statuto caueatur: quod de venditione solvatur gabella, prout lege nostra statuitur, de promissione de vendendo soluendam non esse doctores res. putent, ut ex Iaco. Butricatio, & Angelo in l. l. C. de pactis pignori, & aliis, resoluit Boerius: deci-

sione. 48. nu. 9. immo ex tali differentia multi alij, nec contemneri effectus oriuntur, sic ut qui aliter dicat, ius ipsum confundat. Inter quos effectus ille maximus, & praecipuus est, quod interim periculum rei, de qua vendenda pactum est, non sit eius, qui esset empturus, sed domini: cuius contrarium foret, si vere emisset, ex toto tit. D. de peri. & commo. rei venditae. & quae tradit Ant. Gometius. 2. tomo varia. resolut. cap. 2. num. 32. propter quem effectum intelligi potest emptor, sic pactus esse de emendo, nec statim emisse: scilicet, ut ea res non esset suo periculo, donec pecuniam haberet, & ea soluta rem emptam sub dominio, & custodia sua acciperet, cum tamen interim necessario remansura esset apud dominum venditorem, donec ei pretium solueretur, iuxta notata in l. Iulianus. §. offerri. D. de actio. empti. Atque ita sine dubio dicendum est, quod decima non debeatur ex eo pacto, nisi partes postea perfecte vendiderint. 42 quia * tunc vere debetur, ut ex communi sententia resoluit Caro. Molinaeus in consuet. Paris. tit. 2. §. 55 glo. 1. num. 86. quicquid aliud voluisse videatur Bar. in l. si pupillus. in pri. D. ad legem fal. relatus per Tiraque. de re. tra. lign. §. 1. glo. 14 num. 124. vel nisi rei traditio, aut pretij solutio secuta sit ex vi. promissionis, quantumuis in duabus verbis de vendendo non intercesserint: quia & tunc purificata & contracta venditio videbitur ex tacito consensu, ut resoluit C. quarru. lib. 3. varia. resolut. cap. 4. num. 8. vers. decimo octavo. Alioquin si in solo pacto de vendendo persistant, cum ille effectus de periculo rei

lo rei in promptu sit, propter quem intelligi queat emptor, sic contrahere voluisse & non aliter, praesumi quidem non poterit contra venditorem fraus aliqua differenda, aut evitanda decimae, prout alias in pacto permutationis supra considerauimus. nisi si aliter, & alio modo fraus aliqua probaretur, quia tunc ferenda non erit iuxta. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. & quae tradit Hippollitus singu. 698.

Igitur si pactum fuerit de informi permutatione, ut quia promissimus permutare, nec diximus qualiter, secundum quae supra resolui: iam dictum est, quod decima debeatur eo tempore, quo realiter rebus datis permutatio facta fuerit, & indubitabile hoc est. * illud autem valde dubitare licet in ea specie, cui gabellario praedicta decima debeatur: an ei, qui tempore pacti praecedentis fuerit, an vero huic ultimo, qui traditionis tempore existat: & in hac quaestione Io. Parladorius. lib. rerum quotidiana. cap. 3. §. 3. num. 35. ait, quod re postea tradita secundum placitum praecedens, decima pertinet ad eum publicanum, qui erat tempore conventionis & pacti praecedentis: non autem ad eum, qui tempore rerum traditionis fuerit, sicuti expressim tradit Ant. Gometius. 2. tomo vari. reso. cap. 44 8. in prin. * Ego vero in hac re ab Antonio Gometio & sequaci plana iuris ratione dissentio: & primo, quia ille mouetur ex eo, quod in contractu permutationis, quae rei interuentu contrahitur, actio & obligatio oritur ex ipso pacto & conventionione partium, non ex traditione postea secuta, ut sibi probat textus in. l. ex placito. C. de

rerum permu. cuius verba sunt: *ex placito permutationis, nulla re secuta constat nemini actionem competere.* ergo, inquit Gometius, a contrario sensu, re postea secuta, actio oritur ex permutationis placito, & non ex re ipsa secuta: & idem tenet glo. in dict. l. ex placito. Hoc autem fundamentum falsum est, quia immo ex re ipsa initium sumit obligatio in permutatione, non ex ipsa conventionione, ut expressim tradit text. in. l. 1. ibi. *permutatio autem ex re tradita initium obligationi praebet.* D. de re. permut. qui textus nulla inductione indiget: eiusque rei veritas clara ratione patet, quia cum ego promitto dare ut des, solum est quoddam nudum pactum de celebrando in futurum innominato contractu permutationis: unde postea dando rem meam, ut tuam des, primi placiti naturalis obligatio (quam nasci verius est iuxta notata per doctores in. l. petens. C. de pactis) ex mea parte soluitur ac perimitur, quia facio quod promisi: quia autem modo de praesenti rem meam do tibi, ut tuam mihi des, ex praesenti consensu re vestito civilis actio nascitur contra te, ut des mihi, vel interesse soluas, iuxta text. in dicta. l. naturalis. §. & si quidem. D. de praescrip. verbis. & diximus supra num. 34. pristina quoque illa naturali obligatione manente, quae ex primo placito permutationis nata est contra te.

Nec * obstat text. in dicta. l. ex placito. ibi. *re secuta.* vbi videtur sentire, quod si res sequatur, ex primo placito nascitur actio, prout intellexit glossa, ibi: nam respondeo, aliud dicere Imperatores in dicta lege: scilicet quod si re ipsa permuta-

De Decima Venditionis,

mutatio celebrata non est, resecuta ex altera parte, sed solum conuenit inter nos de permutando, nulla nata est actio, nisi pactū illud stipulatione firmetur. Atq; ita contra eam glossam tenuit Paulus Castren. in l. iurisdictionum. in prin. nu. 4. D. de pactis. & magis cōmuniter reprehendi dicit Alex. ibidē nu. 5. & Fort. Garfia fol. 30. col. 3. Igitur cum Antonij Gometij fundamentum deficiat ex vero intellectu dicti l. ex placito. & eius quoq; sententia corruere debet. *Quæ ex eo præsertim corruit, & falsa est quia quamuis verū esset illud præsuppositum desumptum ex glo. 1. in dicta l. ex placito. adhuc veranō esset Gometij illatio quoad decimam: etenim quicquid illud esset verum, adhuc Antonius Gometius, nec quisquam alius negare poterit, quin actio & obligatio nata non sit ex placito permutationis, donec rei traditio fiat ex altera, vel ex vtraque parte, cum sit contractus, qui rei interuentu contrahitur, vt cōstat ex ipsamet. l. ex placito. & ex l. iurisdictionum. in prin. D. de pactis. & quæ vbiq; doctores scripserunt. & in dicta l. naturalis §. & si quidem. D. de præscrip. verbis. & sic ante rei traditionem saltem imperfectus contractus est, attenda ea opinione glos. ac re tradita perficitur, & nasci obligatio incipit siue ex re, vt verum est, siue ex præcedente placito nasci dicat cum prædicta glossa; ergo modo quoque decima Regalis deberi incipiet, & huic vltimo gabellario dari debet, nō primo. Quæ quidem mea sententia hoc sequenti argumento confirmatur, prout in simili quæstione & materia resoluit Ludouic. à Peguera de fœudis.

versi. 1. ampliati. 14. num. 88. nam si inter ementem & vendentem de re & pretio pure conueniat, sic tamen vt scriptura fiat, iuxta textum in Princip. Instit. de empr. & venditi. & in l. 6. tit. 5. part. 5. indubitabile est, quod donec scriptura fiat, actio non nascitur ex ea conuentione, quasi perfectus contractus nondum sit: & tamē scriptura postea facta, actio & obligatio non oritur ex scriptura, sed ex præcedenti conuentione, quæ modo per scripturam perfecta est: & nihilominus dubium non est, quin decima huic vltimo gabellario debeatur, cuius tempore contractus venditionis perficitur: non primo, cuius tempore non perfectus, sed inceptus contractus est, vel initiatus vt dixit glossa in l. contractus. verbo. vel id quod. C. de fide instru. quod ita expressē in propriis terminis tenuit Gometius. 2. tomo varia. cap. 2. num. 17. & diximus supra cap. 3. num. 6. sic vt inaduertenter locutum esse Gometium in hac nostra quæstione satis appareat, & immerito eum fuisse secutum Parlatorium dicto §. 3. num. 35. Nec ista res vllum iuris mysterium habet: etenim ex eo procedit nostra decisio, & resolutio in vtraq; quæstione, venditionis scilicet & permutationis: quia quamuis ex præcedenti conuentione nascatur actio, sic nascitur, ac si præsens modō esset consensus ad venditionem, cum sit scriptura: & ad permutationem, cum res traditur, vt vere præsens est.

47 Illud autem postremo loco dubitare licet, * an quod modo retuli circa venditionem in scriptis factam iuxta resoluta supra capit. 3. num. 6. locum habeat in permutatione,

tionem, in qua partes scripturam fieri voluerunt: ita vt si rem dedi tibi, vt aliam tuam, de qua cōuenit, mihi dares, & dictū sit, quod eius rei instrumentum fiat, dicendum sit, non videri contractum permutationis perfectum, donec scriptura conficiatur: sicut in venditione simili, quando sic de re & pretio conuenit, vt inde scriptura fieret, non esse venditionem perfectam diximus, nisi scriptura facta, vt tradit textus in prin. Instit. de empr. & vendit. & prædicta l. 6. tit. 5. par. 5. cuius rei effectus plures euenient in permutatione.

48 Primus effectus erit, * quia si ita dedi rem tibi, vt aliam dares, sic vt scriptura permutationis fieret, perfectō nedum me pœnitere poterit iuxta l. si pecuniam. & quæ ibi notantur. D. de cōdict. causa dati. cū supra resolutis isto capite: sed & te quoq; poterit pœnitere absque eō, quod ad interessē tenearis, iuxta tex. in l. naturalis. §. & siquidē. D. de præsc. verbis. ratio est, quia nec ex mea parte nata erit actio & obligatio contra te, quasi aliquid aliud præter rei interuentū & traditionē ad ortum obligationis in eo contractu requiratur, nēpe scriptura: sicut euenit in venditione simili in d. pri. Insti. de emp. & vēd.

Secundus effectus erit, vt quāuis si ex vtraq; parte traditio rerū fiat, neminē possit pœnitere, vt notatur in d. l. si pecuniā. adhuc isto casu ante scripturæ confectiōnē cuiuslibet partis pœnitentiæ erit locus, ea ratione, quia ex neutra perfectus contractus est, sed initiatus donec scriptura fiat, vt dicit glossa in l. contractus. verb. vel id q. C. de fide instru. & expressē tradit Salycet. ibi, nu. 4. Tertius etiam effectus

erit, quod adhuc rebus ipsis permutatis & traditis decima nō debebitur, nisi ex tēpore scripturæ confectæ, sicut in simili venditione diximus supra cap. 3. nu. 17.

49 Igitur * in hac vtilissima quæstione absq; dubio dicendū est, idē esse in permutatione, q̄ in venditione & reliquis contractibus, quoad effectū scripturæ attinet, vt aperit probat tex. in d. l. contractus. ibi, *Venditionū, & permutationū. C. de fide instru. vbi DD. consentiunt. & sic absq; dubio quoq; verissimos esse omnes illos effectus, quos supra retulimus. Inter quos ille est præcipuus, qui attinet ad Regalē decimā, qua de agimus: scilicet, vt nō debeatur ex ea permutatione, donec scriptura plenē fiat iuxta d. l. contractus. & ei gabellario debetur, qui tēpore conficiendæ scripturæ fuerit, instar venditionis, iuxta tradita supra per Anto. Gomet. d. 2. tomo. varia. cap. 2. n. 17. Hoc autē verum esse intellige, nisi ex aliquibus coniecturis apparere valeat, q̄ partes ad solā probationē, nō ad cōtractus substantiā scripturam desiderarunt, quæ duæ res inter se differunt, vt notat gl. in d. l. cōtractus. verb. in scriptis. Quæ in re non illa coniectura sufficere, q̄ statim à permutatib⁹ rerū traditio facta sit, prout aliās sufficere in venditione ad scripturam contractā superius diximus cap. 3. nu. 14. vbi resoluimus, quod si in ea venditione traditio rei veditæ, aut pretij solutio præsens fuerit, intelligetur scriptura non tam ad substantiam, quam ad probationem requisita, atq; idē venditionē & regalem decimam non suspendi. Hoc enim locum nō habet in permutatione, quia eū ex natura sua*

Hh re con

re contrahatur, initium ipsius est rei traditio, quæ tamen in venditione consummata quedam perfectio est, ut constat ex l. 1. ibi, *Re tradita initium obligationi præbet*. D. de rerum permu. atq; ita ex ea traditione, quæ necessaria est ad initiū contractus secundū suam naturam, nihil noui coniectare licet quōad scripturæ effectum, prout alias recte cōiicimus in venditione, eo quod solo consensu ex natura sua contrahitur, nec traditio nē requirit. l. 2. D. de contr. empt.

50 Illa autem* euidens coniectura erit, si post rerum traditionē decimam eius cōtractus gabellario illius temporis permutantes soluisent: quia licet gabellæ solutio longè differat à cōtractu, necessariò probat ipsum cōtractū inter partes præsentēs, tanquam in vim antecedentis necessarij ad ipsam gabellam, etenim ex accessorio ad probationem principalis inferitur necessariò, ut in expressio resoluit Aymon Craue. de antiqui. tempo. 1. part. 5. quarto limitatur. num. 73. Quàmuis aliàs dici soleat, quod liber gabellarū, in quo gabellæ solutio reperitur, cōtractum nō probat, ut tradit Alex. confi. 36. viso processu. col. 2. lib. 5. & sequitur Decius in cap. cum causam. nu. 3. de probat. & declarat Alua. Valascus de iure emphy. 1. par. quæst. 9. nu. 30. Quò fiet, ut quāuis partes permutationis pœniteat, nihilo magis gabella repetatur: nec si postea scriptura fiet, gabellarius aut dominus eius tēporis quidquā possit prætere contra gabellarū, qui erat tempore cōtractus, aut contra hæredes prioris domini circa illam decimam, quæ semel tanquā ex perfecto cōtractu soluta est: p-

ut nuper euenit de facto in causa, quæ acta est à Marchione de Zenere Infantatūsq; Duce cum quibusdam vassallis suis Comitatus del Cid, qui res suas permutauerāt reali traditione secuta, ea addita lege ut inde scriptura fieret: contingerat autē conuentio hæc, & rerum traditio viuente adhuc Marchionissa de Zenete eius marre, à qua decimas illius anni illiusq; Comitatus gabellarij conduxerant: scriptura verò à partibus requisita eo tempore facta fuit, quo prædictus Comes & Dux in Marchionatu illoq; Comitatu successerat, & petebatur, ut contrahentes illi suarum permutationū decimas huic domino soluerēt, quasi suo demum tempore per scripturam perficeretur, non antea, ex d. l. cōtractus. C. de fide instru. ego eram iudex illi* causæ, quæ non leuis quantitatis fuit: & quia probabatur, quod illi permutantes, rebus ipsis statim traditis, illicò etiam, non expectata scripturæ confectio, decimā soluerāt ijs gabellarijs, qui eo tempore eius decimæ conduxerāt, iudicau eos nō tam ad substantiam suorū cōtractū (sic ut interim quemq; pœnitere possēt) quā ad solam probationē, nullo iam pœnitentiæ loco relicto, scripturā requisisse ex cōsideratione prædicta: atq; idcò decimā à principio tanquā ex perfecta permutatione debitā, ac benè solutam fuisse declarau, & à superioribus iudicibus illius domini Ducis confirmatum fuit.

51 Cæterū* cū trāfactio innominatus cōtractus sit, ut notatur in l. siue apud acta. C. de transact. dubitari potest, an ex ea regalis decima debeatur: videtur enim aliquatenus venditioni aut permutationi cōiungi.

iungi, de qua quæstione videndus est Tiraq. de retrā. lig. 5. 1. glo. 14. nu. 61. & nu. 65. & nu. 73. ex cuius dictis hæc verissima colligitur resolutio: quod trāfactio innominatus cōtractus est, do ut facias, nēpē, ut à lite discedas ex nota. in d. l. siue. & l. si pfundo. C. eo. tit. sic ut generaliter nulla dubitatio esse possit, quin eius decima tanquā ex venditione nō debeatur, ut expressè notat Io. Parlad. d. cap. 3. §. 2. nu. 31. & dixim? sup. cap. 7. n. 5. in fi. hoc autē illam limitationē habet, nisi ita trāfactio fiat, ut actor cedat omne ius, quod in re litigiosa habet, pro pecunia à possessore soluēda, aut è cōtrario: quo casu apertam venditionem contrahi tradit Bartolus in l. 1. n. 2. D. pro emptore. & Paul. de Castro ibi. n. 2. verū esse explicat, si modò constet, ius aliquod in ea re cedentē habuisse: Et tunc rectè procedet dictū Baldi in l. per diuersas. C. mandati. vbi ait, statutum disponens, quod de emptione & venditione soluatyr gabella, habere locum in trāfectione & quietatione: quem refert Antædeus à Ponte in quæstionibus laudimialibus. quæstio. 32. aliter enim, si de iure cedentis non constet, quāuis ab eo sui iuris cessio fiat, nullavenditio erit, sed sola trāfactio, quia deficit res, quæ veniat per tex. in l. neq; emptio. D. de contrah. emp. ideoque nec gabella debetur, ut dixi.

Ex quo illud magnoperè animaduertendū est, quod siue actor rem litigiosam relinquat reo pro pecunia: siue reus restituat actori pecunia accepta: vtrumq; enim esse potest, & vtroq; casu esse, vel non esse venditio ex supra notatis: gabellarius non habet fundatam inten-

tionem suā pro exigenda decima, si sola trāfactio attendatur: quia hæc, ut dixi, regulariter est innominatus cōtractus, do ut facias, ex quo decimam non deberi satis cōstat, eò quod locationi assimilatur. l. naturalis. §. at cum do. D. de præf. verbis. & bene notat Parladorius vbi supra. §. 3. nu. 4. in fi. quamuis enim simplex traditio seu restitutio rei, tanquā sit ei*, cui traditur, facta ex causa trāfectionis dominium rei transferat, si forè tradēs sit dominus, præcipuè adiecta ea clausula, cedens omne ius. & c. l. ex causa trāfectionis. & ibi Baldus. C. de vscap. l. si per errorem. D. eo. tit. quod nō esset in traditione, quæ ex alia causa alicui fieret tanquā de re sua, propter tex. in l. 3. §. subtilius. D. de cōd. ob causam. & est speciale in trāfectione: tamen non statim ex ea fundabitur intentio gabellarij petentis decimam tanquā ex risultante venditione, etiam si mediante pecunia litigantes transegissent: quia non perinde constat venditionem esse, nisi, ut notat Paulus Castre. in d. l. 1. nu. 2. gabellarius probet eum, qui rem restituit, & ius suum cessit, siue actorē siue reum, tunc fuisse verum dominū: vel probet litem fictam ad occultandam veram permutationem seu venditionem, iuxta l. cum hi. §. sed cū lis. D. de trāfacti. & resoluit Caro. Molinæus in Cōsuet. Paris. tit. 1. §. 22. quæst. 21. nu. 67. itaq; ex simplicibus trāfectionis terminis nihil gabellarius habet ad consequendam decimā, nisi vteri* iuxta prædicta prober.

52 Verū, ut vltimam manū imponam huic permutationis materie, illud dubito: * an ex remuneratoria donatione decima debeatur,

propterea quod non sit mera ac simplex donatio, sed genus quoddam permutationis esse dixerit I. C. in l. sed si lege. §. cōsuluit. in fi. D. de per. hæred. prout ibi, & alijs in locis DD. notant, multos inde iuris effectus colligentes, quos recēset latē Tiraq. in l. si vnquā. verbo. donatione largitus. ex nu. 11. C. de reuo. don. Inter quos ille est maximus quoad nostrā materiam: vt si statuto caueatur, q̄ ex donatione debeatur gabella, cuiusmodi sunt plurima Italię statuta, solui eā non debere ex remuneratoria donatione affirmauerit Bertachi. de gabellis. 3. part. octauę partis principa. quæst. 34. nu. 41. quē refert & sequitur Tiraq. vbi supra nume. 64. ea ratione vterq; motus, quia q̄ min⁹ præualet in ea remuneratione, donatio est: sentientes inde, q̄ magis præualet permutatio ex d. §. cōsuluit. ac proinde vt talis iudicari debeat, argu. tex. in l. quæritur Hermaphroditum. & summano Bartoli ibi. D. de statu hominum. iuncta doctorum regula & doctrinā, quam resoluit Tiraq. de retract. ligna. §. 30. glo. 1. nu. 10. contractum in dubio iudicandum ac denominandum esse secundum naturā eius, quod in eo præualet. Ex qua re aperte consequitur, quod si iste remunerator non tenetur statuto loquente de donatione, sine dubio obligabitur ex nostra lege loquēte de permutatione.

Sed adhuc contrarium puto: quia verē, si remunerator non dicitur donare, ex eo est, quod susceptum beneficium exsoluit & compensat, vt expressē tradit textus in l. Aquilius Regulus. ibi. *Possē defendi non meram donationem esse, verum*

officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum. D. de donatio. l. si pater. §. si quis. D. cod. titu. ibi. Nam merces eximij laboris appellanda est. Ita vt magis videatur distrahere, Antidorem obligationē dissoluens, quæ ad gratificandum profuscepto donationis beneficio nascitur, iuxta notata per doctores in l. ex hoc iure. per glossam ibi. verbo. obligationes. D. de iusti. & iure. & in l. si nō sortem. §. liberrus. D. de cond. indebiti. & l. in testamento. §. 1. D. de fideiuss. circa quarum lēgum conciliationem videndus est Tiraquel. in legibus cōnubia. glo. §. num. 56. & est bonus textus in l. seruus ea lege. in fine. D. de seruīs export. magis (inquā) videtur distrahere remunerator, obligationē illā dissoluēdo, quā cōtrahere aliquo permutationis modo, vt videbatur dicere d. l. sed si lege. §. cōsuluit. D. de per. hered.

Etenim illud constat, quod si ego liberalitatem exercens, rem aliquam tibi dederō: ac tu postea suscepti beneficij memor nec ingratus, remunerandi gratia dederis mihi aliquam rem: quamuis tu nō simpliciter dici queas donare ex notatis in. d. l. Aquilius Regulus. certissimum est, quod tua remuneratio liberalitati meę, quæ semel effectum habuit, nō obest, quominus adhuc post susceptam etiā remunerationē plenē, ac verē dicar meram ac simplicem tibi donationem fecisse: quod satis de se patet, & aperte probatur ex textu in l. si remunerandi. in princ. D. mandati. vbi si tibi mandauerō aliquid pro me facere, tuq; gratuito feceris, prout est natura mandati, vt sit gratuitum. §. fi. Instit. de mandato. licet eam qualitatem ius Regium

gium non exprimat, vt constat ex l. 1. titu. §. part. 3. fortassis bene, vt putat Dida. Peretius in l. 1. versic. procurator largē. tit. 11. lib. 2. Ordina. quamuis postea ego ad tatis factionem ministerij mihi impendi gratia, non ideo mandatum illud, quod semel fuit gratuitum, in locationē transit, iuxta ea quæ tradit textus in dicto. §. fi. Instit. de mandato. sed adhuc mādati actio durat. Ergo eodem modo, nec precedens donatio simplex & mera, propter secutam remunerationē in permutationis aut venditionis contractum trāsibit. Modo igitur ad argumentum: & colligo ex prædictis, quod si propter remunerationem primus donator non desinit esse donator verus & simplex, aperte consequitur, vt nec remunerator ipse permutans sit: cū permutatio duo extrema requirar, sicut venditio, quæ sine emptore esse nō potest, nec emptio sine cōtractus natura declarata per textum in l. 1. D. de contrah. empt. & l. 1. D. de rerum permu. & notauimus supra hoc eodem capite. nu. 7. & in cap. 10. nu. 35. quia, vt dixi, remunerator nullo modo contrahit, sed distrahit potius, moralem illam obligationē dissoluens, quæ ex honestate & gratitudine ad remunerandum impellit, prout in alijs speciebus & quæstionibus resoluit Couar. lib. 1. varia. cap. 20. nu. 4. ac proinde, quasi soluat, non merus donator dicitur in dicta. l. Aquilius. & subsequuntur omnes illi effectus, quos latē resoluit Tiraquel. in d. l. si vnquam. verbo. donatione largitus. ex nu. 11. C. de reuo. donatio.

53 Nec* obstat tex. ille difficilis in dicta. l. sed etsi lege. §. cōsuluit. in fine. ibi: *Genus quoddam permutationis esse. D. de petitio. hæred. quia illud dicit I. C. similitudinariē, vt constat ex illa dictione, Velut: similitudo autem non stat in realitate seu natura & substantia permutationis, quia cum hæc sit contractus, in remuneratione autem nullus sit, vt explicitum, nulla potest esse proportio & similitudo entis ad non ens: sed stat in subrogatione illa, quæ sit vnus rei receptæ in locum alterius, quæ ad permutandum data est: est enim permutatio vnus rei pro alia re datio siue concessio. l. 1. vbi Gregorius. titu. 6. part. 5. quæ quidem subrogatio similiter reperitur in remuneratione, eo quod rem illam, quæ mihi datur in satisfactionem rei à me donatæ, in locum illius succedit, propter quam data est, ac si verè permutatæ res essent, nec min⁹ bene dixisset I. C. in dicto. §. cōsuluit. velut genus quoddam venditionis esse, vbi non res abvtraq; parte donatæ essent, sed ex altera parte pecunia intercessisset: nam & tunc, si cū possessor bonæ fidei rem hæreditariam donasset, remunerator ei postea pecuniam dedisset, apertum est, quod & pecuniā istam debuisset vero hæredi restituere, ac si verè illam rem pretio vèdidisset, & pretium ipsum factū fuisset hæditarium, iuxta. l. si & rem. D. de per. hæred. & hic est verus sensus & mens illius textus in dicto. §. cōsuluit. quem bene nota, vt intelligas inde nullam decimam deberi ex remuneratoria donatione, quia verè nulla permutatio est, aut venditio: modo, sub eo genere donationis eiusmodi*

contractus non occultentur animo fraudandæ decimæ: prout iam vidi litigatum per quendam gabellarium, qui fraude detecta ex verisimilibus coniecturis obtinuit in lite, & rectè, propter. l. 11. ibi: *Suenen donaciones*, titu. 17. lib. 9. Recopilat.

54 Animaduerte autem, * quod superius dixim⁹ de remuneratoria donatione, dicendum non esse de donatione reciproca & vicissitudinaria: nempe illa, quæ fieret eodem contextu & tempore, veluti dono tibi hanc domum, & tu mihi vice mutua donas fundum, iuxta textum in. l. quod autem. §. si vir & vxor. D. de donatio. inter vir. & vxor. de qua latè agit Ioan. Lupus in repeti. Rub. de donat. inter vir. §. 50. quia certè hæc talis donatio verè & propriè quædam permutatio est, proprius quidem, quàm altera remuneratoria: etenim ex nulla parte aliqua perfectæ donationis reperitur, nihilq; vtraque donatio veræ donationis habet, præterquam nominationem partiū, quæ ita donationis verbo appellare voluerunt eum contractum: quod autem verè sit, permutatio manifesta est, vt notat Tiraquel. in repe. l. si vnquam. verbo. donatione largitus. num. 110. C. de reuo. donat. & minimè dubitandum puto, quin locum habeat nostra. l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat.

Nec obstat textus in dicta. l. quod autem. §. si vir & vxor. ibi: *Recte placuit compensationem fieri donationum*. vbi expressè ait l. C. duas eodem modo donationes fieri: sed quia inuicem compensantur, vtraque valet, cum nemo coniugum locupletior reperiatur, ex doctrina textus in. l. si sponsus. §. penult. versi. vbi-


cunque igitur. D. eo. titu. atqui si eo modo permutatio vera contractetur, non appellasset donationes l. C. Nam respondeo, quod Vlpianus l. C. satis prudenter loquitur in ijs, qui inuicem sibi quantitatem donauerunt: nempe, quia in pecunia numerata, vel in alio genere, quod numero constet: veluti maritus dedit vxori quinque aureos, & totidem illa marito donauit: vel etiam maritus dedit vxori aliud genus, quod pondere vel mensura constet, puta quinq; corbes vini, modiosvè tritici, aut libras metalli, & totidem illa eiusdem generis & bonitatis viro donauit. Quo casu verissimum est, duplicem & vicissitudinariam donationem fieri, non permutationem aut alium contractum: quia cum datum & receptum eadem penè res sit in genere fungibili, iuxta notata. l. 2. §. murui datio. D. si cert. pet. cum ijs, quæ ad eius expositionem rectè notat Caro. Moliæus in tract. de vsuris. nume. 18. atque ita nemo eorum dici possit inutile pro vtili & magis necessario dedisse, sed idem pro eodem: cum in pecunia, ac perinde eadem ratione in prædictis generibus sic adequatis, nõ cadat affectio. l. nūmis. D. de in litem iura. impossibile est, & contra permutationis naturam, vt ea videatur esse contracta, iuxta textum in. l. 1. D. de contrah. emptio. sed vel ad inuicem sibi donasse dici debent, vt tradit textus in dicto. §. si vir & vxor. vel pueriliter eos iocatos esse, idem pro eodem accipientes assenerandum est, iuxta ea quæ eleganter notauimus supra num. 13. Cæterum si non quina sibi donassent inuicem illi cõiuges, sed res diuersas, pro-

proculdubiò existimo, quod l. C. Vlpianus non diceret, eo casu donationes esse, ac validari per compensationem in dicto. §. si vir. sed veram potius ac perfectam permutationem contrahi: quæ, sicut venditio, aut alius quicumque contractus bona fide gestus, inter virum & vxorem non est prohibita, prout ex Imperatoris rescripto adnotat textus in eadem. l. quod autem. §. idemque. versi. si vxor à marito suo. ibi: *vt appareat venditionem*. D. de donatio. inter virum. & hic est verissimus intellectus ad dictum §. si vir & vxor. quicquid eum generaliter in quibuscunque rebus donatis doctores intelligant, vt constat ex Ioan. Lupo, & Tiraquello vbi supra.

Verum tamen est, quod si adhuc expressè & sine fraude voluissimus ad inuicem donare res diuersas, rectè possent procedere illæ donationes: vt quia ego sola liberalitatis causa, nullo præcedente tractatu, dono tibi hæc rem simpliciter, non sub modo, vt rem aliam mihi des, iuxta. l. naturalis. per totam. D. de præsc. verbis. & tu inuicem, & eodem modo statim donas mihi rem aliam, sic ambo expressè volentes, vt non permutatio, sed mutua donatio fieret amoris, ac mutuae affectionis manifestandæ gratia: quod quidè, quomin⁹ ita sit, nulla ratio prohibet: & quotidie videmus inter magnates, & nobiles viros fieri, qui vel in transitu, vel in nuptijs, aliquib⁹ rebus pretiosis, magnique valoris inuicem sibi donatis, puta equis, ensibus, armis, & annulis, amicitie, & hilaritatis argumentum præstant, vel liberalitatem quisq; tuã usque ad contentionem exercet.

Atque ita quotiens id ex temporis, rerum, ac personarum qualitate factum esse constiterit, seruandum erit: Cæterum in materia suspecta (qualis hæc est propter decimam, quæ ex permutatione debetur) in dubio intelligam veram potius permutationem contrahi, & mutuan donationem fingi, iuxta dictam. l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. est enim ille tractatus permutationi, quàm donationi proximior ex supra resolutis.

Summa capituli decimi octau.

- 1  *Vra tributaria locari possunt, exposita. l. locare. D. locati.*
- 2 *Conditiones quaterni generalis regni conuentionis, & ordinationes Regia, quæ nuenos apuntamienos appellantur, vt leges sunt obseruande.*
- 3 *Si gabellæ locentur personis prohibitis, nullius momenti locatio erit.*
- 4 *Si actores gabellarum, vel quicumque officiales concilij cuiusque populi, gabellas conduxerint locatio & conductione valet, exposita lege, seu conditione. 37. gene. conuent.*
- 5 *Qualiter Iudæi & Sarraceni prohibiti olim fuerint gabellas conducere, & quid hodie dicendum sit.*
- 6 *Qualiter possunt clerici iura ista conducere.*
- 7 *Traditur vera praxis. l. 118. stili. quæ clericum tributorum conductorem pro reliquis carcerari iubet.*
- 8 *Exponitur. l. 14. tit. 16. lib. 9. Recopilat. circa gabellarios primam consuetudinem reassumentes.*
- 9 *Exponitur. l. 128. in quat. gabella.*
- 10 *Qualiter minores possint gabellas conducere.*

- ducere. *exposita. l. 61. in quater. gabella.*
- 11 *Minore conducente gabellas præter formam dicta. l. 61. an conductio valeat.*
- 12 *An vxor, quæ simul cum marito, ab alio, quam à Rege gabellas conduxit, efficaciter obligetur, exposita. l. 9. titu. 3. lib. 5. Recopilat.*
- 13 *Venditor, qui habet instrumentum venditionis aut permutationis, tenetur petenti fisco aut gabellario edere ad eorum intentionem fundandam, extensa. l. 10. titu. 17. lib. 9. Recopilat.*
- 14 *Exponuntur l. 130. in quat. gabell. & l. 3. titu. 5. lib. 7. Recopilat.*
- 15 *Limitatur resolutio, de qua supra num. 12.*
- 16 *Gabellarij tenentur idoneos fideiussores dare: quos si non dederint, adhuc locatio valet.*
- 17 *Quid autem, si satisfactio data sit, quæ postea reperitur non idonea, remissiuè.*
- 18 *Exponitur. l. 1. tit. 10. lib. 9. Recopila. circa locum, in quo debeant gabellarij satisfacere.*
- 19 *Qualiter prædicta. l. 1. practicari debeant in particularibus dominis præter Regem.*
- 20 *Exponuntur remissiuè. l. 50. & l. 66. & l. 68. in quat. gabella.*
- 21 *In locatione gabellarum, etiam post omnimodam additionem, quarti adiectio admittenda est, seruatis legum solennitatibus, quæ pro forma sunt obseruande.*
- 22 *Correcta est. l. 7. titu. 7. part. 5.*
- 23 *Quarti adiectio specialis est de iure in solo Rege, quamuis de consuetudine in rebus quoque Reipublicæ obseruetur.*
- 24 *Quando res in plures annos locatur, qualis & quando esse debeat adiectio quarti.*
- 25 *Locatio facta in plures annos, una est,*
- non plures locationes.*
- 26 *Locatio gabellarum ultra triennium fieri nequit.*
- 27 *Dispositio. l. 4. titu. 13. lib. 9. Recopilat. in quarti quoque adiectione obseruetur.*
- 28 *Qui malè obtulit quartum, an possit iterum aliud quartum offerre.*
- 29 *Plura quarta addi possunt vnum post aliud: modo legitimum tempus non transierit.*
- 30 *Traditur elegans declaratio ad l. 72. in quater. gabella.*
- 31 *Exponitur. l. 65. in quat. gabe. remissiuè.*
- 32 *Ordo iudicialis in petitione decimæ, & eius praxis traditur circa. l. 121. in quate. gabella.*
- 33 *Traditur elegans declaratio ad l. 27. & l. 29. cum similibus. titu. 19. lib. 9. Recopilat.*
- 34 *Qualiter dies assignati ad solutionem decimæ in l. 31. titu. 19. lib. 9. Recopilat. computari debeant à tempore contractus.*
- 35 *Temperatur in duobus casibus dispositio illius. l. 31.*
- 36 *An à venditore, qui conuentam cum gabellario quantitatem intra legitimum tempus non soluit, integra decima exigi possit, ac si conuentio non præcesserit.*
- 37 *Qui semel incurrit pœnam dicta. l. 31. Recopilat. non curabit illam, quamuis ante sententiam debitum soluat.*
- 38 *Minor viginti quinque annis restitui potest contra pœnas, quas secundum leges gabellarum incurrit: & medicus defectus in solutione gabella non nocet.*
- 39 *Fraudans regalem decimam huius Regni, mortaliter peccat ex communi Theologorum sententia.*
- 40 *Refertur sententia doctissimi Fr. Angles Valentini docentis, qualiter venditor teneatur in foro conscientie, nec*

- ne, contractum manifestare, & gabellam soluere gabellario nõ petenti.*
- 41 *Declaratur assertio quadam Præsulis Couarruias.*
- 42 *Nulla in his Regnis consuetudo est, derogans decisioni dicta. l. 31. Recopilatio.*
- 43 *Declaratur assertio F. Angles Valentini, de qua supra num. 40.*
- 44 *Resoluitur quemcunque teneri in foro conscientie debitam gabellam offerre etiam non petenti gabellario.*
- 45 *Laus Fr. Antonij Cordubensis ordinis Minorum.*
- 46 *An pœna legum contra gabellarum fraudatores statuta, & semel commissa ad eorum heredes transeat.*
- 47 *Qui sine dolo gabellam non soluit, legitimas pœnas non incurrit etiam in exteriori iudicio: quod ad casum quoridianum perpenditur.*
- 48 *An pœna statuta in venditoribus in l. 31. Recopilat. committi possit contra heredes eorum, quo casu isti non manifestauerint, nec soluerint gabellam legitimo tempore, cum efficere potuerint.*
- 49 *Resoluitur questio, de qua supra num. 46.*
- 50 *Exponuntur l. fraudati. & l. commissa. D. de publica.*
- 51 *Attingitur, an pœna. l. 26. & l. 27. titu. 19. lib. 9. Recopilat. ipso iure committatur, vt ad heredes transeat.*
- 52 *Pœna in legibus gabellarum statuta nõ debentur in conscientia.*
- 53 *In pœna dupli vel quadrupli his legibus statuta simplum continetur.*
- 54 *Ius pignoris aduersus bona debentis decimam gabellarius habet: & ideo potest in solidum illius heredes conuenire.*
- 55 *Res vendita in emptorem non transit hypothecata pro decimæ solutione, sed libera.*
- 56 *Gabellarius non habet auctoritatem vendendi bona debitorum.*
- 57 *Debitor decimæ & cuiusq; tributi carcerari debet.*
- 58 *Quinimò ab Ecclesia extrahi potest iure Regio & communi, sed ius Canonicum resistit, & obseruatur.*
- 59 *Et eius hæres carceratur, nisi inuentarium faciat.*
- 60 *An mulier carcerari possit, & quando pro gabella.*
- 61 *Quid si debitor nobilis sit, an carcerari queat.*
- 62 *Quod si conductor aut collector sit, carcerari potest, exposita. l. 4. titu. 2. lib. 6. Recopilat.*
- 63 *Noratur Bæza circa intellectum dicta. l. 4.*
- 64 *Traditur ratio dicta. l. 4.*
- 65 *Collectoris officium non tenetur nobilis inuitus suscipere.*
- 66 *Nominatores collectorum, vt fideiussores tenentur.*
- 67 *Dicta. l. 4. procedit, quamuis collectoris officium honorificum sit, iuxta l. 9. titu. 7. lib. 6. Recopilat.*
- 68 *Conciliantur. l. 19. & l. 20. titu. 17. lib. 9. Recopilat.*
- 69 *Exponuntur quadam verba prædicta l. 19.*
- 70 *Declaratur. l. 10. titu. 17. lib. 9. Recopilat. cum l. 4. titu. 18. lib. 2. Ordin.*
- 71 *Agitur de intellectu & obseruantia. l. 101. in quat. gabe.*
- 72 *Qui præscribit gabellam, non est tutus in conscientia.*
- 73 *Declaratur error Didaci Peretij in hac materia.*
- 74 *Latissime agitur de intellectu & practi. l. 114. in quat. gabella. vsque ad num. 79.*
- 80 *Late agitur, quod dispositiu. l. 118. in quater. gabella. seruanda est etiam in summa trium millium maravedinorum, reprehensio Auendano.*
- 81 *Rex an possit quidquam statuere aut facere, ex quo damnum proueniat gabellaris conductibus.*

De locatione iuris de
cima: quarti adiectione: &
iudiciali ordine ob-
seruando.

CAPVT. XVIII.



Postquam in superioribus capitibus huius tractatus late differuimus, qualiter & ex quibus contractibus Regalis decima debeat, reliquum est inquirere, quo pacto, & ex quibus personis & rebus peti debeat, & in his ultimis capitulis expediemus. Et * primum constat, iura tributaria veluti pedagia, vectigalia, & similia locari posse, vt ex l. licitatio. §. 1. & l. vectigalia. §. fina. & l. Cæsar. D. de publica. notar Bartolus in l. cotem ferro. §. qui maximos. num. 1. D. eo. tit. Quia quod dicitur in l. locare. D. locati. locū habet & procedit circa seruitutes prædiales: cuius rationem tradit Longouallius in repetit. l. imperium. 4. parte. fol. mihi. 56. D. de iurisdic. omni. iudi. & generaliter de locatione gabellarum, & qualiter fieri debeat, ac possit, agit Bertachinus Firmi. de gabellis. 2. part. Nominatim verò de hac nostra decima, qualiter ea locari debeat, & quibus personis, vel non, decisum extat in titu. 10. & 11. & 12. lib. 9. Recopila. & in toto quaterno gabellarum: & in conditionibus quaterni generalis Regni conuentionis & prorogationis illius,

illius, quam *elencabegamiento general del Reyno*, vulgò dicimus: * Quæ quidem conditiones vt veræ leges obseruandæ sunt, prout in fine earum conditionum cauetur, & declarat Menchaca de success. creatione. lib. 3. §. 28. num. 28. vers. illud autem controuersum est. Venetijs. & præterea decisum extat id, de quo agimus, in Regijs illis ordinationibus, quas Hispanè *Apuntamientos nuevos* appellamus, quarumque decisio in deremendis litibus obseruanda est: nec enim Rex noster equissimus eas reuocare seu abrogare voluit, vt potè vtilis & penè necessarias, prout constat ex Comitijs, quæ habitæ sunt Madriti anno domini. 1578. petitione. §. 3.

Cæterum inter ea omnia, quæ prædictis legibus disposita reperiuntur, præcipuè notanda sunt ea, quæ in hoc capite suo ordine dicemus: sunt enim magis difficilia & maiori annotatione digna. Et circa personas conductorum, quibus ius istud locari potest ac debet, necnè, primò notandum est: Quod * personæ prohibitæ in prædictis legibus gabellas conducere, ita regulariter prohibentur, vt si aliter fiat, nullius momenti conductio sit ipso iure, vt benè notat Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 15. num. 12. in impressione Salmatiensium: quia verè prohibent illæ leges, & habent locum notata in l. cum lex. D. de fideiussio. Verū est tamen quod ipsemet Menchaca notat dicto lib. 2. §. 17. num. 70. Venetijs. * quod si rationales, & gabellarum actores, vel quicunq; officiales concilij iura ista in parte, vel in totum conduxerint, contra prohibitionem conditionis 37.

gene. conuent. conductio valet & tener, licet ipsi legalibus pœnis subijciantur, quæ per dictam conditionem extensæ sunt vltra dispositum in l. 3. titu. 5. lib. 7. Recopilat. & quæ notat Auilesius in cap. 32. Prætorū. verbo. *Officiales*. quia inquit, cum ea lex seu cōditio pœnam statuat, nec vltra processerit contractum aduersus illius legis formam initum annullando, videtur dispensasse, vt pœna præstita contractus valeret, ex ijs, quæ ibi resoluit. & vide quæ dicemus infra num. 14.

Secundò nota: * quod inter personas prohibitas annumerantur Iudæi & Sarraceni, vt constat ex l. 38. in quater. gabella & l. 3. tit. 10. lib. 9. Recopilat. vbi certa lege statuitur, qualiter isti possint gabellas conducere, necnè: cū ante eas leges omnino & sine distinctione essent prohibiti ex varijs Regum ordinationibus relatis per glossam Peregrinæ verbo. Iudæus. questio. 5. in princip. Sed hodie apud nos neutra illarum legum tam antiquarum, quam recentiorum necessaria decisio est, eo quod expressè loquatur de veris infidelibus, quales nulli in Hispania sunt Regum Catholicorū beneficio, vt expressè ad eas leges notat Dida. Peretius in l. 40. glo. 1. titu. 3. lib. 8. Ordina. pag. 79. col. 1. ita vt obiter intelligas omnes istos, quos *Morisicos* appellamus, cū Christiani sint, & vt tales habeantur, rectè posse vbicunq; sine distinctione legis quaterni gabellarum iura cōducere, prout in praxi receperunt videmus.

Tertiò nota: * quod licet de iure cōmuni generaliter clericis prohibita sit gabellarum & aliorum iurium

82 Remedium l. 2. C. de rescin. vendit. non habet locum in hac materia, quod iniquum non esse declaratur.

83 Si sterilitas fructuum obuenerit ex casu fortuito, pensionis remissio non fit in hac materia: quod etiam iniquum non esse ostenditur.

84 Augmentum ex casu fortuito in gabella proueniens pensionem non auget: quod in vno casu declaratur.

85 Traditur ratio. l. 1. tit. 22. lib. 9. Reco.

86 Qualiter in hac materia locum habeat cunctio: & spoliatus gabellarius quo remedio uti possit: & an in debito gabelle opponi possit compensatio: vide remissiuè.

87 Quod gabellarij promississent vt tales, non tenentur seruari si apud eos non remansit locatio.

88 Exponitur ratio. l. 14. §. 1. lib. 6. titu. 13. lib. 9. Recopilat.

89 Qualiter cuiusque loci capitatio & conuentio vniuersitatem solam obliget, non verò singulares personas.

90 Maximus effectus prædictæ assertionis ostenditur.

91 Distributio subit. inter ciues, vel populos capitatos, qualiter semel vel pluries reuideri possit, declaratur.

92 An si ciuitas capitata locet gabellas, ipsa maneat decimæ obligationi subiecta, ex venditione & permutatione à se postea factis.

93 Resoluitur ea questio secundum hodiernam praxim.

94 Colligitur elegans resolutio circa dominos locantes gabellas terrarū suarū.

95 Traditur ratio fundamentalis l. 3. titu. 18. lib. 9. Recopilat. & l. licitatio. §. fiscus. D. de publica.

96 Appellatio in hac materia ad quos iudices interponatur, remissiuè.

97 Mortuo possessore maioratus, an eius successor teneatur stare locationi.

98 Late exponitur. l. si filio. §. si vir. D. de luto matrimo.

iurium conductio ex traditis per Bertachi. de gabellis. 3. parte. nu. 2. propter tex. in Auth. de sanctis. Episcopis. §. alium. collat. 9. iure nostro Regio concessa est, dū modo sub laicis fideiussoribus fiat, vt tradit. l. 8. titu. 10. lib. 9. Recopila. qua in re duo subnotanda sunt.

7 Primum: *quod si sub legitima fideiussione, vel alijs defacto clericus gabellas condaxerit, nedū eius fideiussores laici coram seculari iudice conuenientur, ex traditis per Guidonem Papam, quæstio. 562. Sed & ipse quoq; clericus coram eo seculari iudice poterit conueniri, ex ijs quæ dicemus infra capit. 19. num. 84. Immo in Regio carcere detineri debet ex dispositione. l. 118. stili. quæ non solum in clerico coniugato intelligenda est, vt putat Castellus in l. 66. Tauri. verbo. *De se arraygar.* col. 10. versi. per quod viderur. in additione, quæ incipit, de hac materia. sed etiam in quocunque clerico sacerdote, vt existimat Baeza de inope debitore. cap. 17. num. 15. Sed illud quidem, quia vix tolerabile est & minimè laudabile, in vno solo casu se fore admissurū testatur Menchaca rei dominicæ Senator Regi^o lib. 1. de success. creat. §. 10. nu. 648. versi. quo casu. Venetijs. nempè, quo clericus tempore conductionis vt laicus intercederet, scq; laicum esset mentitus, argu. per totum. C. si minor maiorē se dixerit. quem refert & sequitur Mexia Pontius in pragma. panis. conclus. 5. num. 24. qui tamen illius legis stili mentionem non faciunt. Ea verò lex generaliter loquitur in quibuscunque Regijs tributis, non verò specialiter de hac decima, quæ eo tempore erat Hi-

spanis incognita, vt aduertit supra in præfatione nu. 18.

8 Secundum: *quod aduersus conductores iurium regalium, & eorum fideiussores, qui coronam reassumpserint, & ad iudicem Ecclesiasticum reclamauerint, poena statuta est in. l. 3. titu. 4. lib. 6. Ordina. & l. 14. tit. 16. lib. 9. Recopila. quarum decisio ita locum habet, si cū effectu per sententiam iudicis Ecclesiastici secularem forum declinauerint: secus autem si ante sententiam poenituerint, & se iudici seculari subiecerint, vt rectè explicat Mexia Pontius vbi supra nu. 61. & Didacus Peretius in. l. 17. titu. 3. lib. 1. Ordina. verbo. *Pero que si resumiere corona.* * Qui & eodem modo intelligit. l. 127. in quat. gabella. quæ punit clericos & Ecclesias petentes Regium debitum à Thesaurarijs coram iudicibus Ecclesiasticis: de cuius legis iustitia & ratione agit Menchaca lib. 3. de success. creat. §. 26. num. 66.

10 Quartò nota, * quod ita demū minores viginti quinq; annis ad gabellarum cōductionem admittuntur, si prius solenniter iurauerint iuxta formam textus in. l. 6. dicto titu. 10. lib. 9. Recopilat. quæ erat. l. 61. in quater. gabella. videlicet, ne aduersus talem locationē restitui possint, iuxta Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vedit. & l. 6. titu. 19. partita. 6. prout alijs restituerentur, vt ait textus in. l. in fraudem. §. fina. D. de iure fisci. Nec ideo minus eorum obligatio & contractus valebit, ex decisione. l. 6. titu. 1. lib. 3. Ordina. quæ prohibet in laicorum contractibus iuramentum apponi, siue illam dicamus annullare contractū siue scripturam duntaxat, iuxta tradita

data per Tiraq. de retra. ligna. §. 2. glo. 1. nu. 2. & Gomez Arias in. l. 65. Tauri. nu. 15. Auenda. de excquen. manda. 2. parte. cap. 27. nu. 14. versi. penult. quia in hoc casu speciali prædictæ decisioni derogatum est, vt exprimit dicta. l. 61. ibi. *no embargante las leyes que defien den lo contrario.* Quæ verba ita intelligit Gomez Arias vbi supra num. 14. ad finem. & Dida. Peretius in dicta. l. 6. Ordina. Quin immò hodie generale est, vt minor iuret suum quemcunque contractum, vt potè alijs infirmum ex l. 12. titu. 1. lib. 4. Recopilat. vt ex pluribus Hispanis autoribus resoluit additio ad Bernar. Diaz regu. 386. ideoque bono cum iudicio verba illa dicta. l. 61. quaterni gabella. ibi. *No embargante &c.* non transcripsit compiler in dicta. l. 6. Recopilat.

11 Illud* verò in hac re prætereundum non est, qd notat Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 14. nu. 115. versi. inferitur. nempè qd si minor viginti quinq; annis vt conductor principalis, vel fideiussor in hac gabellarū locatione admittatur, contra formam prædictarum legū nullo præstito iuramento, magis est, vt contractus ipso iure non valeat: quia duo, inquit, sunt illarum legum præcepta: Primum prohibitorium, ne talis contractus fiat, vnde actus contra factus nullius momenti est: Alterum poenale, vnde talis actus utilis est quoad poenā tantum, exactiōemque. Sed ego in contrariam sententiā inclino, quæ quibusdam magis placuit, vt refert ipse Menchaca in dicto loco, eo quòd videam eas leges non prohibere, quod minores iura gabellarum conducant, sed iubent

administratoribus, vt eos non admittant, sumusque ita extra terminos textus in l. cum lex. D. de fideiussore. cum notatis. quin potius videtur, quod si defacto fuerint admisi, non reperiantur inhabiles ex prædictis legib⁹, quominus ita obligent, & obligentur, sicut alijs de iure obligare, & obligari possunt, iuxta notata in. l. si curatorem. C. de in integ. restitu. minor. scilicet, vt eorum contractus valeat, quamuis aduersus eum ætatis beneficio vti possint, ppter quod prohibitum est, ne illis vectigalia locarentur, vt inquit textus in dicta. l. in fraudem. §. fina. in fine. D. de iure fisci.

12 Quintò * notanda est. l. 9. titu. 3. lib. 5. Recopilat. prohibens vxorem simul cum marito, siue vt fideiussorem, siue vt principalem obligari, præterquam eo casu, quo pro redditibus regalibus obligetur: Circa quod vltimū, illud maximè dubitatur, an si mulier & maritus nō à Rege ipso conduxerint, quod dicitur *Por mayor*: sed ab ijs, qui primò conduxerant, quod dicitur *Por menor*, vt explicat. l. 1. titu. 11. lib. 9. Recopilat. adhuc mulier teneatur, quasi pro redditibus regalibus obligetur, ex dicta. l. 9. Recopilatio. & quidem vera resolutio est, quod non obligabitur, quia verè isto casu non obligatur Regi, nec pro regijs redditibus, vt benè considerat Castellus in. l. 61. Tauri. in fine.

Verum prædictis obstat, quod pro exactiōe decimæ omnes gabellarij tã minores, quã maiores regio Privilégio gaudet, vt tradit l. 130. in prin. in quat. ga. cui non satisfacit Castellus, licet difficultatē pponat in dicto loco. Et* obstat

etiam, quod inquit Bald^o in l. 1. §. editiones. nume. 3. in fine, versic. iuxta prædicta. D. de edendo. quod sicut fiscus petens gabellam ex contractu, potest petere a reo, ut edat instrumentum contractus, & ille cogitur edere, si habet, quod est speciale in fisco ex l. 3. D. de edendo. quam explicat Iason in l. 1. num. 7. & 8. C. eod. titu. idem quoque in gabellarijs seruandum est, quia succedunt in locum fisci: quod dictum refert, & sequitur glossa in l. 6. titu. 8. lib. 1. fori. & est notandum ad extensionem l. 10. titu. 17. lib. 9. Recopilat. ut scilicet intelligamus, quod si venditor, aut emptor quo casu pro gabella conueniri potest, iuxta decisionē l. 3. 1. & l. 3. 2. titu. 19. lib. 9. Recopilat. venditionis instrumentum habeant, illud possit gabellarius petere, ut edant ad eius intentionem fundandam ex vera illa doctrina Baldi: fiscus autem, si non habeant, quia tunc id a rebellione tantum petere debet gabellarius, ex decisione dicta. l. 10. Recopilat.

Vtrique autem obiectioni respondeo, quod ea iura supra allegata procedunt in exactione decimæ, & cuiusque iuris regalis, ad quam bono equoque iure quicumque gabellarius fauetur, quia ius illud primordialiter ipsi Regi debetur, & quicumque gabellarius etiam minor causam ab ipso Rege habet, ut illud exigat, quamuis per mediam maioris conductoris personam consecutus sit: etenim si prior gabellarius a Rege conducens locat mihi illud ius, quod a Rege habuit, id ipsum mihi cedit: & ita in effectu ab ipso Rege illius iuris domino causam habeo, & quidē

14 eius nomine, iuxta notata in l. 1. C. de act. & oblig. ac p̄inde in illius exactione non minus, quam maior, ego minor gabellarius faueri debeo: & hoc est quod tradit dicta. l. 130. in quat. gabellar. & Baldus ubi supra. At quod ego debeo maiori conductori, a quo ipse cōduxit, non ipsi quoque Regi debeo, sed meo locatori tantum ratione contractus inter nos initi, ut satis constat ex notatis in l. solutum. §. soluta. D. de pigno. act. & per Anto. Gomet. 2. tomo varia. resolu. cap. 3. num. 12. ac proinde nulla ratio est, cur in eo contractu inter nos facto locum non habeat generalis regula dicta. l. 9. recopilatio. ut scilicet mulier obligari nequeat pro marito, ut benecenit Castellus in dicto loco. Quæ sanè resolutio prodesse quoque poterit pro intellectu. l. 3. ibi. *Ni de rebus reales.* titu. 5. lib. 7. recopilat. ut eius pœna & prohibitio non procedat in officiali conducente ab alijs prioribus gabellarijs, quia iam tunc regios redditus non videtur conducere, ex supradictis: sed procedat solum in conducente ab ipso Rege, aut a concilio loci capitati iuxta conditionem. 37. generalis conuentionis. Quo casu pœna legis committitur, sed conductio ipsa valida erit ut dixi supra nu. 4.

15 Istam verò resolutionem tunc limita, cum iste minor conductor simul cum vxore ipsius Regi ad petitionem prioris obligaretur: quia tunc maioris loco est, & prior ille in membro reconducto a Rege liberatur ex l. 1. 8. titu. 11. & l. 7. titu. 12. libro. 9. recopilat. atque ita habebit locum vxoris obligatio, quia verè tunc pro

pro redditibus Regijs obligatur. Sed cum hodie semper apponatur iuramentum vxoris, frustranea est ista disputatio, quia eo modo pro quocumque obligatur efficaciter, ut resoluit Ioan. Marientius in dicta. l. 9. Recopil. glossa fina.

16 Sexto & vltimo, * circa hunc personarum articulum adnotandum est: quod quicumque gabellarum conductores siue maiores, siue minores, tenentur satisficere, & idoneos fideiussores offerre iuxta conditionem. 6. Generalis conuent. & l. 47. in quat. gabella. qua in re quatuor subnotanda sunt: Primum, quod si locatio fiat iuxta legum dispositionem, fideiussio autem a conductore nec recepta, nec oblata sit, non irritatur contractus, sed rectè valet, commissarij autem & rationales ad periculum renebuntur, ut resoluit Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 15. num. 40. in impressione Salmanticensi. * Secundum est, quod si semel gabellarius dederit satisfactionē, & recepta sit a rationalibus & actoribus gabellarum, quæ tamen postea non satis idonea esse reperitur: dubium est, an incurrat in pœnam prædictæ l. 47. in quat. gabella. quod resoluit Menchaca libro. 1. de success. creat. §. 4. nu. 4. versic. illud autem dubium. & §. 3. num. 2. versic. vnde inferitur. in prædicta impressione. * Tertium est, quod prædicti fideiussores dari possunt etiam extra territorium, cuius gabellæ locarentur, modo intra hæc Regna satisfactio fiat, locis quibusdam exceptis, ut decidit. l. 48. in quat. gabella. & l. 1. titu. 10. lib. 9. Recopilat. quod iure speciali procedere resoluit Castellus in l. 66. Tauri. verbo. De

se arrazar. colum. 2. versic. sed pone, ante primam additionem, ea ratione, quia ubicumque dentur fideiussores, sub imperio & iurisdictione Regis locatoris sunt, 19 Quartum * & vltimum est, quod cum hæc vltima ratio in particularibus dominis non militet, nec ea quidem dispositio fortassis obseruabitur, de qua in dicta. l. 48. quater. gabellar. nisi vel in alio loco suæ iurisdictionis detur satisfactio, etiam extra territorium loci, cuius gabellæ conductæ fuerint, tunc enim eadem erit ratio: aliàs obseruanda erit regula iuris communis, de qua in l. multis. & ibi glossa, & Bartolus. C. de principibus agentium. libro. 12. est enim hæc satisfactio voluntaria, cum a voluntario contractu procedat, atque ideo in alium locum remitti non debet. l. si fideiussor. §. si necessaria. D. qui satisficere cogantur, ubi glossa. Barto. & doctores explicant communiter.

20 Cæterum * quoad modum in locatione seruandum, primo notanda est. l. 50. in quater. gabella. quam explicat Menchaca de success. creat. lib. 2. §. 14. num. 115. Venetijs. & l. 66. eiusdem quaterni. quam explicat idem Menchaca eodem libro. §. 14. num. 118. Salmanticensi. & l. 68. eiusdem quater. explicata ab eodem autore ubi supra. §. 15. num. 7. in prædicta impressione. & omnes isti conductores ab alijs muneribus municipalibus excusantur, ne eorum facultates & bona, quæ aliàs fisco obligata sunt, extenuentur, ut ait textus notabi. in l. semper. §. conductores. D. de iure immunita.

21 Secundò nota: * quod licet de iure cōmuni postquam semel lo-

estio vestigalium facta est, nullus offerens admittatur, vt notat Bart. in l. licitatio: in prin. nu. 5. & doctores communiter. D. de publica iunctis ijs, quæ tradit Auilesius in cap. 32. Prætor. verbo. *Pajar.* & omnes in l. & si sine. 5. questum. De minor. in hac gabellarum locatione etiam post omnimodam additionem adiectio quartæ partis totius pretij admittenda est ex l. 6. cum alijs pluribus. titu. 13. lib. 9. Recopilati: Quarum legum decisio ita obseruanda est, vt si aliter adiectio fiat, nullius momenti sit, quia vbi lex prohibet aliquid fieri nisi sub certo modo, ille modus censetur de forma, vt notant doctores in l. non dubium. C. de legibus. vbi Baldus, Alex. & Iason, & alij. & Bertachinus de gabellis. 3. par. octauæ partis princip. questio. 14. præsertim quod illæ leges Regiæ procedunt expressè annullando, si cõtrà vel aliter fiat, vt patet ex l. 8. & l. 11. & alijs eiusdem titu. 13. lib. 9. Recopilat. Quibus correctæ* est. l. 7. titu. 7. par. 5. vbi ex tertiæ partis adiectione quocũque tempore facta, & non minoris, iurium regalium locatio rescindebatur: sed eo quidem Partiarum iure ac tempore, decimale istud tributum incognitum Hispanis erat, vt diximus supra in præfatione num. 18.

22 Tertio nota: * quod ea prædicta quarti adiectio specialis est in cõtractibus Principis, nec in rebus minoris aut Reipublice locum habet, nisi iuxta notata in dicta. l. & si sine. 5. questum. D. de minori. & l. 5. vbi Gregorius Lup. titu. 19. parti. 6. vt putat Auendanius de sequen. manda. 2. parte. cap. 12. num. 10. sed certè secundum quod

tidiana praxim equè in rebus Reipublicæ, sicut in rebus fisci quartum admittitur.

24 Quarto nota: * quod si locatio fiat per duos vel tres annos, quartum istud offerri debet in primis tribus mensibus anni prioris, qui ex tempore finalis additionis cõputentur, iuxta l. 6. titu. 13. lib. 9. Recopilat. prout aduertit Auend. dicto cap. 12. num. 11. * Quia eo casu vnica locatio est, non plures ex sententia Bartoli in l. si seruus communis Mæuij. 5. fina. D. de stipulat. seruo. & in terminis declarat Marianus Socin. consilio. 68. vol. 2. quod ita intelligendum est, si ad omnimodam additionem locatio fiat, *Rematada de todo remate* vulgò dicimus: nec vllus licitationi locus relinquatur: prout alias fieri solet, *Dexando para cada año abierto el remate.* Atqui in hoc puncto ego vidi executoriam quãdam sententiam obtentam anno Domini. 1568. contra quendam gabellarium, qui per sex integros annos gabellas cuiusdam loci domini particularis certa mercede conduxerat, & finalis ac totalis additio facta erat: postea autem, cũ iam tres priores anni locationis decurrissent, licitator quidã quartum totius mercedis in reliquos tres annos futuros adiecit: & cum hac de re cum priori gabellario litigasset, hic secundus obtinuit, quod videretur contra prædictam

26 Auendaniij animaduersione: * sed ea sententia fortassis lata est propter. l. 4. C. de vestigali. & l. 7. tit. 7. Parti. 5. in quibus iuribus prohibetur, ius regale vltra triennium locari. qua de re videnda est conditio. 35. Generalis Regni conuentio. & quæ circa eam notat

Men-

Menchaca lib. 1. de success. creat. 5. 4. num. 26. versic. illud tamen.

27. Quinto nota, * quod si locatio fiat per plures annos, nõ tenerur licitator quartum addere supra omnem pensionem omnium annorum locationis, sed sufficit addere supra pensionem primi anni, modò in omnes annos locationem admittat: & poterit quidem quantitatem ac summam quarti illius per omnes annos quoad solutionem diuidere, vt in decima integra, vel dimidia expressum est in l. 4. dicto titu. 13. lib. 9. Recopilat. quæ lex in se quidem difficilis & intricata, quotidiana praxi etiam in adiectione quarti obseruatur.

28 Sexto animaduerte, * quod qui malè offert quartum, vt quia legitimam aliquam solennitatem prætermisserit, frustratorieq; ideò cogatur fisco quartum soluere, *de va xio* vulgò dicimus, eo quod quartum perdit, & rem locatam non habet, sed in priori cõductore manet ex l. 76. in quat. gabella. & l. 11. titu. 13. lib. 9. Recopilat. si tamen adhuc legitimum tempus trium mensium nondum transierit, bene poterit iterum debitis solennitatibus obseruatis quartum addere, & admitti debet, quicquid in priori oblatione per contradictorium iudicium exclusus sit à contractu, & solennitatis defectus ei fuerit oppositus, vt latè resoluit Mexia in l. Toleti. 1. parte. funda. 12. nu. 14. & faciunt resoluta per Tiraquellum, quem & ille allegat de retract. ligna. 5. 8. glos. 1. nu. 6. istoque iure vtimur.

29 Septimo nota, * quod nedum quartum, sed plura quarta vnũ post aliud in vna & eadem

locatione addi possunt, si modò tempus elargiatur, hoc est, spacium trium mensium non effluerit: nõ licet lex Henrici Regis, & cetera de vno quarto loqui videantur, vt videre est in l. 5. cum sequentibus. titu. 13. lib. 9. Recopilat. & regulariter dispositio de primo actu intelligi debeat. l. boues. 5. hoc sermone. D. de verb. signi. propter euitandam infinitatem, vt notant Doctores in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. quando lex alio modo specialiter prouidet, ne in infinitum procedatur, taxato scilicet tẽpore, intra quod actus fieri debeat, non habet locum cum regula textus in dicto. 5. hoc sermone. sed millies iterari potest ille actus, modò intra legitimum tempus fiat, vt ex Cumanò in l. si mihi & Titio. D. de verbo. obligat. & Decio in l. edira. num. 14. C. de edendo. tradit Andreas ab Exea de pactis. nu. 557.

30 Octauo nota: * quod vsque ad eo post omnimodam additionem licita est quarti adiectio, vt in contrarium licitatores pacifici nequeant: etenim si reditus, aut gabellæ Regiæ locentur sub hac lege & conditione, vt post contractum locationis consummatum cesseret omnis adiectio, quam Hispanè vocamus *Puja de diezmo, o medio diezmo, o del quarto,* nullius momenti contractus est: Quinimò nec pœna promissã valet, vt expressè decidit. l. 72. in quater. gabella. & in simili quoad istud, quod de pœnæ inualiditate diximus, est textus in l. stipulatio hoc modo concepta. D. de verborum obligatio. & l. Seius & Augerius. D. ad legem Falci. Sed nec iuramento firmabitur

talis contractus, ne fiat præiudiciū principi contra textum in cap. cū contingat. de iureiurā. cap. 2. de pactis. lib. 6. nec inde orietur obligatio naturalis, argum. l. si quis p eo. in prin. cum notatis. D. de fide iusso. glo. in simili, vbi plenè per Barto. Alex. & Iaso. in l. stipulatio ista. §. alteri. D. de verb. oblig. nec hac in re summi rationales dispē fare possunt, cū princeps nunquam videatur concessisse ea, quæ sunt de potestate absoluta, quale est leges transgredi, prout hæc omnia rectè animaduertit Menchaca lib. 2. de succ. creat. §. 17. nu. 58. in impressione Salmanticensi. vbi se notat sæpè vidisse contrarium obseruari, præsertim in locatione illius vectigalis, quod *Almoxarifazgo* dicitur.

31 Ultimo * circa eandem fere sententiam notanda est. l. 6. in quat. gabella. vbi pacta quædam in locationibus gabellarum reprobantur: de qua re agit Menchaca vbi supra §. 14. num. 117.

Rursus circa vltimum articulū de iudiciali ordine in hac gabellarum materia obseruādo, * Primò nota, quod inquit Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. distinct. 9. nu. 181. nempè, quod quando agitur contra debitores tributorum, & datiorum, & aliarum functionum fiscalium, & collectarū, nullus ordo iuris seruatur: immò etiam nec citatio requiritur, sed solum fieri solet præceptum de soluendo: & solet quoque fieri præceptum generale, vt quicumq; tenetur ad collectas, seu datia publica, debeat soluere sub certa pœna: prout in terminis tenet Baldus cōsilio. 434. incipit, licet. vol. 3. & habemus constitutionem regiam in

l. 5. titu. 7. lib. 9. Recopilat. Quæ similiter disponit, vt de plano procedatur in hac gabellarum materia, & quod si petitio aliqua corā iudice proponenda est, non subscribatur per aduocatum in modū libelli, sed simpliciter in modum cuiusdam memorialis offeratur: & iudex dicat, quod notificetur parti ea petitio, & respondeat intra tres dies negando, aut confitendo simpliciter, sine aduocati consilio, aliàs pro confesso habeatur: & ita iubeat Tabellioni, quod ad uersarium moneat, certioremq; faciat illius legis: & ita seruatur in praxi, prout nullies vidi, propter l. 121. in quat. gabella. & l. 4. dicto titu. 7. lib. 9. Recopilat. qui quidē specialis ordo iudicij originem habuit à consilio Baldi. 111. vol. 1. incipit, ad veritatem. quod refert Auenda. respon. 1. nu. 15.

33 Secundò * nota. l. 29. cum similibus. tit. 19. lib. 9. Recopilat. quæ iubet, vt mercatores palificent gabellario merces suas: circa quod animaduertendū est, quod si mercator semel negauit merces aliquas, vel falsò palificauit, bene poterit intra legitimū diei tempus, de quo in ea. l. 29. & l. 27. eo. titu. seipsum corrigere, & veritatem dicere, vt euitet pœnam legis, ex Baldo consil. 34. vol. 3.

34 Tertio * nota. l. 31. titu. 19. Recopilat. per quam statuitur, vt tam emptor, quam venditor vltro notificent, seu denunciēt gabellario contractum ab eis celebratum intra certum quoddam tempus, expressè declarantes quid, quantum, & cui personæ, vel à quo venditum sit. Quod sanè ita intelligo accipiendum esse, nisi ita expedire gabellarius sciret, quia tunc non oportet

oporteret ei denunciare, iuxta cōmunem distinctionem Baldi in l. post perfectam. num. 5. C. de peri. & comm. rei vend. Immò & venditor tenetur intra quinque dies decimam soluere gabellario etiā non petenti, modò domum suam per præconem denunciauerit, vt lex illa disponit. qui sanè dies computandi sunt à die contractæ venditionis, nempè cū contrahentes de re & pretio purè conuenerint, vt expressè ait dicta. l. 31. ibi. *Despues del otorgamiento, y fecha de la venta*: non expectata rei traditione, aut pretij solutione, vt satis significat ea lex, quæ mirificè confirmat notata in cap. 3. in prin. supra & in num. 24. versic. ex hac ergo. & in cap. 6. nu. 24. & dies ille venditionis in termino quinque dierum numeratur, quia sic expressè deciditur in ea lege, & in l. 20. in quater. gabel. vt notat Castellus in l. 64. Tauri. verbo. *Desde el dia*. in fine. Quamuis regulariter dies termini non computetur in termino, iuxta notata in l. 1. D. si quis cautio. & vltimus illorum dierum vsque ad Occasum Solis computari debet, quia sic deciditur, ibi. *Hasta el Sol puesto*. non obseruata computatione tex. in l. more Romanorum. D. de ferijs. vt notat Petrus Salazar in tract. de vsu & consuetu. cap. 1. nu. 53. Quæ quidem resolutio dupliciter temperanda est: * primò, nisi de gabellario dubitetur, quia tunc dies isti non currunt nisi ex eo tempore, quo certum sit, cui gabella debeatur, vt cōtingit in casu. l. 5. versic. *Pero si en un lugar*. titu. 17. lib. 9. Recopilat. nam cum eo casu etiam post venditionem contractam, incertum sit cui gabellario, & quo in loco

gabella debeatur, donec rei venditæ traditio fiat, dies illi legitimi ad solutionem decimæ assignari non à tempore contractus, sed à tempore traditionis erunt computandi, vt aduertimus supra cap. 4. nu. 13. Secundò, nisi venditio conditionalis sit, quia tunc non nisi ex tempore cōditionis impletæ dies illi computabuntur, cum interim gabella non debeatur, eo quod videtur nondum perfecta esse venditio, vt resoluimus supra capite. 5. nu. 2.

36 Quartò nota, * quod persæpè in praxi dubitatur, nempè si venditor antequam venditionem perficiat, de certa quantitate soluenda ratione decimæ conuenerit cum gabellario, vt fieri solet: & postea intra legitimos quinque dies, præfinitumvè tempus vtriusq; consensu, conuentam quantitatem non soluerit, an possit gabellarius eo casu totū illud petere, quod aliàs, si nulla præcessisset conuentio, à venditore deberetur: & insuper possit petere pœnam dupli, quæ statuta est in dicta. l. 31. Recopila. In qua questione proculdubio existimo, non posse gabellariū quidquam amplius petere, quam quod à principio conuenit, vt soluere: quia illa lex non rescindit cōuentionem partium, nec venditoris mora debitam quantitatem auget, nisi aliud expressè inter eos conuenisset iuxta textum in l. emptor. & quæ ibi notantur. D. de pactis. Nec obstat textus in l. quæro. §. inter locatorem. cum materia. D. locati. & l. 5. titu. 8. part. 5. & l. 28. titu. 11. par. 3. vbi frangenti fidem, impunè fides non obseruatur, & locator promittens colonū non expellere, poterit hoc face-

re, si colonus conuentam mercedem non soluerit: quia ideò procedit, quod locator ille sub spe recipiendæ mercedis statuto suo tēpore, pactus est, vt notat Couarru. in Rub. de testament. 2. parte. nume. 12. ad finem. At in nostra quæstione nullo respectu habito ad legitimam solutionem conuentum est, & id solum in sua conuentione gabellarius & venditor effecerunt, vt quamuis ad maiorem quantitatem ex vi legis gabellariæ venditor teneretur, non nisi illam, de qua conuenit, esset soluturus, legibus Regijs in hoc conuentionali, sicut in legali debito obseruandis: quò fiet, vt quamuis non nisi quod conuenit, petere debeat gabellarius, pœnam dupli possit exigere, si legitimus terminus solutionis transferit, ex dicta l. 31. Recopilat. scilicet nullo alio præfinito per pactum: atqui de hac quæstione agit Baldus in consilio. 229. lib. 5.

37 Quintò nota, * quod qui semel incurrit pœnam dictæ. l. 31. Recopilat. non euitabit eam, quamuis ante sententiam iudicis debitam gabellam soluat, seu offerat, ex. l. 125. in quat. gabella. vt per eam legem contra ius commune obseruat Castellus in. l. 70. Tauri. verb. *Y el alcuala.* versicu. extra quæro. Euitabit * autem minor viginti quinque annis, qui contra eam legem, vel aliam quamcunque commiserit in omittendo, poterit enim restitui, vt ex. l. si ex causa. §. penult. D. de minori. tradit in terminis Castellus in. l. 1. Tauri. fol. 18. ex pag. 1. Et generaliter modicus defectus in solutione gabellæ non nocet, vt notat Bal. in l. quānis. D. de cond. & demonst.

39 Sextò & principaliter nota, * quod transgressor dictæ. l. 31. titu. 19. lib. 9. Recopilat. in foro animæ & conscientie tenetur ad restitutionem simpli, ac mortaliter peccat, ex ijs quæ resoluit Couarru. in regula. peccatum. 2. parte. §. 5. nu. fina. versic. tertio hinc infertur. & Menchaca de succes. creat. lib. 3. §. 28. num. 28. versic. ex superioribus apparet. Venetijs. & latissimè Salmanticæ in eodem loco. inferens ad plures leges quaterni gabellarum. & Ioa. à Medina in Codice de restitutione. quæstio. 13. Fr. Alfonsus à Castro lib. 1. de lege pœnali. cap. 11. & Fr. Do. Soto lib. 3. de iust. & iure. quæstio. 6. artic. 7. & Menochius de arbit. iudi. quæstio. casu. 397. & nouissimè F. Iosephus Angles Valentinus in floribus Theolog. quæstionum. in quæsti. de vectigalium restitui. i. dubio. vbi vltra omnes ita declarat: * Quod licet inspecta prædicta l. 31. Recopilat. cuius iustitia manifesta est, verissimum esse videatur, quod de restitutione & peccato diximus: tamen secundum Hispaniæ consuetudinem nemo tenetur in foro animæ se ipsum prodere gabellario, Regiamque decimam soluere, donec ab illo exigatur & petatur: sufficit enim, inquit, paratum habere animum soluendi quocumque petatur: dum modò venditor, & quicumque alius decimam debet, non ex industria & fraudandi animo occultè contraxerit: nec donationis, locationis vè titulo, aut alio modo veram venditionem aut permutacionem occultet: tunc enim, licet ab ignorante gabellario decima non peteretur, ad restitutionem ille propter dolum & fraudem commissam.

fam. pculdabio obligaretur: quicquid Anendanius in dictionario verbo. *Alcauala.* aliud voluerit iniusta ratione, quam falsam esse aperte docuimus supra in præfatione. nu. 23. Cæterum vendentem proprias merces in foro, vel in quocumque alio loco, quem sana nec fraudolosa vendendi occasio obtulerit, neq; gabellarium quærere nec venditionem permutatione vè suam manifestare teneri, nisi ex teriore iudicio dictæ. l. 31. Recopil. nam, vt Pater ille inquit, satis superq; in exigendis vectigalibus vigilantij, ad quos illorum exactio pertinet: & qui retinet decimam donec exigatur, & paratus est soluere, nullam fraudem & dolum occultandum contractum committens, dici non potest inuito domino retinere: atque ita cum non peccare putat propter admissam illam Hispaniæ consuetudinem, quæ vbi vigerit, seruari debet, & in foro conscientie excusari, vt aperte docet & tenet Couar. in d. regu. peccatū. 2. part. §. 5. n. 5. ad finem. Sed in hac re animaduertendum est, * quod prædictus Couarruias non dicit talem consuetudinem in Hispania esse, qualem vigere affirmat prædictus F. Iosephus Angles vbi supra: sed inquit, quod vbi talis consuetudo fuerit, valere potest, propterea quod est circa decimanam ciuilem, secus autem si contra prædialem decimam iure diuino debitam Ecclesiæ induceretur: quia tunc, quicquid obtentum fuisset in loco, adhuc in foro animæ tenebuntur debitores illam soluere etiam non petentibus sacerdotibus, ad quos pertinuerit, ex ijs, quæ Iarús resoluit ipsemet Couarr. lib. 1. varia. resol. cap. 17. nu.

8. Itaq; Couarruias expressè loquitur de consuetudine, quæ introducta foret contra expressam decisionem illius. l. 31. titu. 19. lib. 9. Recop. quæ iubet venditiones patet fieri per venditores: tunc enim legitime introducta deberet obseruari, & lex illa Regia abrogata esse intelligeretur, sic vt venditor venditionem aut permutationem suam non manifestans, nec solvens decimam gabellario non petenti, minime in exteriori iudicio puniretur: quia consuetudo, quæ aliter se haberet, esset obseruanda, iuxta notata in. l. de quibus. cum materia. D. de legibus. & de hoc nulla dubitatio esse potest: quod ita etiã expressim tradit doctissimus & admodum reuerendus Fr. Antonius Cordubensis in suo quæstionario. quæst. 95. in respõsio. ad. 1. dubiũ. At * ista consuetudo prædicta legi Regiæ derogans nullibi in his Castellæ Legionisq; Regnis introducta & obseruata est: etenim semper & omni tempore obseruatum est, vt venditores conuicti, eo quod venditiones suas non manifestarent, nec intra præfinitum ea lege tempus decimam pretij soluerent, statutis pœnis puniantur, & puniuntur quotidie iuxta leges Regias: nec de tali consuetudine introducta verè loqui potest prædictus F. Iosephus, cum in contrarium videamus & semper viderimus communè praxim prædictas leges Regias obseruantem. Vnde * dubitabile mihi fuit, de qua consuetudine loqueretur ille Pater, cū tali viro valde docto dicenti consuetudinem esse, credi debeat, iuxta communem doctrinam desumptam ex glo. in. l. dos à patre. C. solu. mat. quam resoluit Roderi.

deri. Xvarez in Proæmio legū fori: nu. 17. & tamen videamus, vt dixi, in viridi obseruantia fuisse semper prædictam legē Regiam, sicut hodie est: nec cōsuetudine aliqua vllō tempore fuisse sublata. nisi intelligas, ex actibus occultis & secretis venditorum, qui absq; dolo & paliatione aliqua cōtrahentes venditiones suas tacuerūt, in iudicium ex gabellariorū ignorantia non deducti, consuetudinem illā legibus prædictis quoad pœnā & culpā mortalem in foro interiori derogantē, introductā fuisse, secus verò quoad pœnā ciuilem in exteriori foro: sed istud nimium mihi metaphysicū est, nec satis intelligo. Quapropter poti⁹ intelligerē, virum illum locutū esse de Theologorū & confessorum consuetudine, quorum fortassis inueteratā interpretationē fuisse intelligit, eas leges regias in foro animæ nō obligare, modò absit dolus, vt supra cum eodem autore explicuimus: quæ verò certam interpretationem semper habuerunt, minimè mutanda sunt. l. minimè. D. de legibus.

44 Sed adhuc contrariū verius esse existimo, vt teneri video à Doctis. Couar. vbi supra: nēpe q̄ d. l. 31. Recop. sic, vt iacet, obseruanda sit in foro conscientie, & q̄ venditor siue publicè siue occultè contrahat, decimam suæ venditionis offerre debet gabellario non petenti: quia cum iustissima lex gabellaria sit, vt supponimus (recto enim & antiquissimo iure tributū istud Regi competit ex relatis supra in præfatione) non inique iubetur venditor, & quicumq; alius huius tributū debitor, rem alienā, quam debet, vltro restituere: vnde

si quis aliter faciat, in legem iustā peccat, & rei alienæ detentor est. Cuius etiam sententiæ fuit F. Anro. Cordubēsis vbi supra d. quæst. 95. & alij grauissimi auctores communiter, quos supra retulimus nume. 39. saltem in rebus non minimis, sed grandioris pretij, vt alias voluit F. Do. Soto vbi supra. & in lib. 4. quæst. 6. arti. 4. Quinimò è contrario ait prædictus P. Cordubēsis, eam legem Regiam Castellæ consuetudine obseruari: cui viro magis adhæreo & assentio, scio enim fuisse doctissimum, & in hisce rebus valde versarum, erat enim, dum viueret, tanquam Pythium quoddā oraculum, ad quē omnes auxiliij & consilij gratia vētitabant, & velut inter Pythagoreos sic iactabatur, ille dixit: præfertim, q̄ Pater ille Cordubēsis fuit naturalis huius Regni: at ille F. Iosephus licet doctissimus, Valentinus est, cui de alieni Regni consuetudine vsque ad eò credendum non est, ex communi doctorum sententia, quam resoluit Menochius consi. 34. num. 20. lib. 1. quidquid vero dixerō, & dicturus sum, sacrosanctæ matris Ecclesiæ correctioni, & censuræ submitto.

46 Septimò, * vt materiam huius capituli prosequamur, vtilissima & frequentissima quæstio esse potest, si venditor occultans decimā, fraude doloque non soluens, contra prohibitionem dictæ. l. 31. Recopilatio. & aliarum legum eiusdem tituli, & libri. vita decesserit: qualiter pœna illarum legum semel commissā ad hæredes transeat. Et transire quidem, vt sicut vēditōr si viueret, ita & hæres eius pœnam soluere tenetur, expresse videtur in. l. fraudati. & l. commissā.

missa. D. de publica. & ex ijs iuribus tenet Abbas in consilio. 68. 1. parte. dixi autem, fraude doloque non soluens, * quia regulariter, vt pœna committatur in fraudatione gabellæ, dolus requiritur, vt resoluit Rolandus à Valle consi. 42. n. 15. lib. 3. & Abbas in d. consi. 68. quos refert & sequitur Menoch. in consi. 98. nu. 22. lib. 1. & est bonus tex. in. l. si. §. diui. el. 2. D. de publica. vbi ex defectu doli, commissi pœna remittitur alia leuiori imposita: q̄ obiter notandum est ad eum textū, vltra tradita per Couar. in regu. peccatū. 2. par. §. 5. n. 5. vers. secundo. Vnde fiet in præxi, q̄ si venditor sic subito moriatur post venditionē, vt nulla ei culpa imputari possit propter nō solutā gabellam, vel non manifestatum cōtractum, eo q̄ morte intra legitimam quinq; dierum dilatio nē præuentus, manifestare aut solvere non potuerit nec debuerit: nec etiam eius hæres venditionē ignorans nō soluisset aut manifestasset intra præfixū tēpus in d. l. 31. ti. 19. lib. 9. recop. pœna istius legis proculdubio nō debetur, quia dolus & culpa defecerunt ex prædicta communi sententia.

48 Quinimò * cum venditor non fuisset in culpa, quamuis eius hæres sciens & volens decimam non soluerit, legis pœnam non incurret, eo quod ipsa expresse loquatur de venditoribus, atque ideò cum sit pœnalis, ad eorum hæres extendi non debet. l. odia. de regulis iuris. nisi dicas, & fortassis verissimè, quod cum venditores confestim iubeantur ex ea lege gabellam soluere, nempe intra breuissimum quinq; dierum spacium: de illis duntaxat locuta lex

est, nec hæredis facta est mentio: Cæterum quia euenire potest, vt venditor sine culpa non soluat morte præreptus, vt dixi, dicendum videtur idem in hærede eius constituendum, quod in illo constitutum est. Cur enim sine pœna excusabitur soluere, quod excusare non posset is, cuius hæreditatem suscepit: vt alias arguit & decidit I. C. in. l. postulante. 44. in prin. D. ad Trebell. vbi Barto. & doctores, cū ijs, quæ dicemus infra isto capite nu. 59.

Sed his ita obiter * ac vt liter prænotatis, ad propositam quæstionem redeamus, de qua supra num. 46. & adhuc quamuis in dolo fuisset venditor, vt quia sciens per totum illud legitimum tempus gabellam non soluisset; nec venditionem manifestasset, dicendum est, pœnam, quam ipse incurrit, ad eius hæredes non transire; quia pœnales actiones, nisi contra delinquentem fuerint contestatæ, ad hæredes transire non solent. l. pupillum. §. in hæredem. D. de regu. iuris. & l. 1. D. de priua. delictis. & textus in. §. non autem omnes. vers. pœnales. Institu. de perpe. & tempo. act. & l. 25. titu. 1. parti. 7. quo fit, vt talis venditoris hæres nō nisi ad simplum decimæ non solutæ, in qua locupletior reperitur, condemnari debeat ex dictis iuribus. & l. si publicanus. in prin. D. de publica.

50 Nec obstat tex. in d. l. fraudati. & l. commissā. eo. tit. quia ea iura aperte loquuntur in fraudatione & cessatione vectigalis seu canonis. nō soluti, propter q̄ fundus ipse vectigalis, de quo eleganter agit Alci. lib. 3. dit. pūct. cap. 10. in commissā cadit ipso iure, vt satis exprimit d.

l. cōmissa. & tradit ex communi sententia Iulius Clarus lib. 4. sententiarum. §. emphyteusis. quæst. 9. & Montalius in repertorio legū regni. verbo. veñtigal. in additione. quo casu, nēpe cum pœna ipso iure imponitur viuenti, eam ad hæredes transire constat, ex glo. in l. 3. §. q̄ autem ait prætor. verb. etiā hæredi. D. quod quisq; iuris. vbi Bart. & doctores. & resoluit Tiraquel. in l. si vnquam. verbo reuertatur. n. 296. C. de reuo. dona. per tex. quem ipse allegat vt expressū in d. l. cōmissa. D. de publica. quæ pœna an. in foro conscientie debeat, resoluit Dida. Pererius in l. 2. titu. 9. lib. 2. Ordina. At nos loquimur de persecutione pœnæ, quæ à legibus regijs imposita, non quidem ipso iure, sed per sententiam iudicis debetur: prout hanc differentiam inter ius istud regium gabellarum, de aquo agimus, & ius commune, de quo in dicta. l. cōmissa. expressè adnotat Fr. Alfonso à Castro. de lege pœnali. lib. 2. cap. 2. ad finem. corollario 4. Atque ideò ad hæredes transire non potest ex dictis iuribus, cum notatis in l. si qua pœna. D. de verborum signific. & latè resolutis per Tiraquel. vbi supra, dicto verb. reuertatur. ex num. 20. Quin immò ex eisdem, & longa Tiraquelli resolutione, *vtiliter inferri potest ad interpretationem textus in l. 20. & l. 27. tit. 19. lib. Recopilat. quæ rerum amissionis pœnam imponunt: an scilicet illa ad hæredes transeat, necne.

52 Octauo nota, * quomocunq; pœna imponatur, siue (inquā) ipso iure, siue nō, illud constare, q̄ in foro conscientie non debetur, ex latè resolutis per Mexiam Pontium

in prag. panis. conclu. 6. ex nu. 51. qui in nu. 63. specialiter infert ad pœnas in his gabellarum legibus impositas. & tradit F. Alfonso à Castro vbi supra. * Illæ verò pœnæ siue dupli, siue quadrupli sint, ita accipi debent, vt simplum contineant, ex hoc edicto. §. si. D. de publica. regulariter enim hæc verba multiplicatiua simplum continēt, ita vt, qui gabellam cum duplo solvere teneantur, iuxta d. l. 3. 1. recopil. duplicem gabellam soluendo omninò liberentur, vt notat Caro. Molinaeus de vsuris. nu. 47. & facit tex. in §. tripli verò. Instit. de actio. & quæ notat Auilesius in capit. 1. prætorum. verbo. *setenas*.

54. Nonò considero, * q̄ cum eo ipso, quod venditio consensu cōtrahentium perficitur, ius decimæ fisco acquiratur, ex notatis supra cap. 3. & fisco pro quocunq; debito semper habeat ius pignoris I aufertur. §. fisco. D. de iure fisci. & tradit optimè Franciscus Balduinus in tractatu de pignoribus. capite. 7. ad medium. vbi ait publicanum ideò appellatum esse omnim pigneratorem: consequitur euidenter, quod si venditor decedat antequam decimam soluat, siue ex fraude, siue sine ea, mortali fato præuentus, poterit fisco, gabellariusvè eius nomine contra quemcunq; venditoris hæredem in solidum agere hypothecaria actione pro tota integraque decimæ quantitate, existentia glossæ in l. Moschis. verb. possessorem omnem. D. de iure fisci. cuius sententia saltem in hæredibus debitoris communiter approbatur, vt resoluit Dida. Couarru. lib. 3. variarum resolutio. capit. 7. nu. 7. vers. nam eo casu hypothec-

pothecaria actio. Quod ita hodie ex facto cōsultus respōdi. Præsertim quia, vt inquit Caro. Molinaeus in tract. diuidui & indiui. 3. parte. numer. 561. lex duodecim tabularum non diuidit inter hæredes obligationem tributorum.

Qua in re duo subnotāda sunt: 55 primum, * quod ius istud pignoris gabellario competens in persecutione decimæ, intelligendum est in reliquis bonis venditoris, secus in re ipsa vendita: quia licet adhuc ipsius maneat ante traditionem. l. si ex stipulatione. 5. D. de adqui. posse. quo iam tempore orta est decimæ obligatio, ex resolutis supra cap. 3. in pri. tamē in ea generali & legali bonorum obligatione comprehendendi nō solent: hæc enim res non à venditore obliganda, sed tradenda est, vt notat Romanus sing. 605. quem refert Alciatus in l. alienatum. 67. D. de ver. signi. ideòq; constat, ius istud decimæ nullaten⁹ emptores afficere, nec ratione scilicet rei emptæ, nec personali aliqua obligatione, nisi in casib⁹ l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop. iunctis ijs, quæ tradidimus supra cap. 15. n. 10. & quod de re emptæ pignori obligata traditur in l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopilat. speciale est in casu illius legis, singulari ratione, de qua infra dicemus capit. 19. num. 11. cum sequenti.

56 Secundum, * quod licet gabellarius ius pignoris in bonis venditorū habet pro consequenda decima, autoritatem non habet ea vendendi, sed iudices vendunt ad instātiā suam, siue quidem ordinarij illi sint, iuxta l. 2. tit. 7. lib. 9. Recop. siue ad hoc delegati per principem, vt bene explicat Gre-

go. Lupus in l. 52. verb. *los cogedo* res. tit. 5. par. 5.

57 Decimo * notāda est l. 130. in quat. gabe. cum l. 10. tit. 16. lib. 9. Recop. & l. 14. & l. 15. cum alijs. tit. 7. eodē lib. quibus cauetur: vt debitor pro Regali decima execut⁹ in carcere detineatur, donec soluat, quamuis indemnitate fideiussorē obtulerit, de quo in l. fin. tit. 21. lib. 4. Recop. quæ decisio specialis non est in debitore gabellarum, sed generalis in quocunq; fisci debitore, ex l. sacrilegij capite §. fina. ibi. *corpus retinendo*. D. ad legem Iuliam Peculat⁹. cuius priuilegij fisci meminit Salyce. in l. fina. num. 10. C. de priuileg. fisci vt hinc habeas veram rationem & originem illarum legum quaterni & Recopilationis, quarum decisio dupliciter extendenda est.

58 Primo * modo, vt intelligas hūc gabellarum debitorem nedum carcerari posse, vt dixi: sed etiā ab ecclesia extrahi, vt carceretur: generale enim est in regijs tributis, vt eorum debitores ecclesiarum immunitate nō gaudeant, vt probat tex. in Auth. de mandatis principum. §. publicorum. collat. 1. & l. 5. tit. 11. part. 1. Sed certe istæ leges contrariæ sunt iuri Canonico, ac proinde non obseruandæ, vt putat Abbas in cap. inter alia. nu. 24. de immu. ecclesi. quem refert & sequitur Greg. Lupus in l. 2. vers. *porcenda* dicto. titu. 11. part. 1. & Couarru. lib. 2. varia. resolu. cap. 20. num. 14. quicquid aliud voluerit Montalius in dicta. l. 5. part. per totam glossam. hæc ergo extensio nulla est, nisi extrahatur iuxta. l. fina. tit. 2. lib. 1. Recopilat. vt notat Io. Guter. in l. nemo potest. num. 183. delega. 1.

C. de susceptoribus: libro. 10. & l. fina. tit. 10. lib. 1. Recop. & conditione. 38. conuent. generalis regni. non ideo poterunt talem nobilem inuitum nominare ad illud officium ex prædictis. Quod ita semel iudicauit, & per sepe de facto inter nobiles & tributarios homines, qui in villulis & suburbijis habitant, anxie controuerti & litigari solet quotidie: dum infant rusticus nobilibus, vt vel illud gabellarum tributum colligant, in quo æque cum reliquis ipsi contribuunt.

67 Tertium & vltimum, * quod quæuis collectoris seu receptoris officium honorificum esse contingat, saltem viro nobili non indignum, quale est illud, de quo loquitur l. 9. tit. 7. lib. 6. Recopilat. non ideo magis collector nobilis gaudere debet priuilegio suo: quia licet in vno casu suauis ratio legis cessare videatur, prout in hoc casu, quo de agimus, aperte cessat ratio, de qua supra n. 64. non ideo generalis dispositio legis, vel in eo quidem casu, cessare debet ex regula l. ex his. cum sequenti: D. de legibus. & l. i. §. sexum. D. de postulando. & notatis per Alcia. lib. 1. Paradox. cap. 19. in fin. atqui ita iam in praxi obseruari vidi in nobili quodam Comitiorum procuratore, qui pro reliquis rationum suarum circa Regale seruitium, & exegerat, fuit carceri mancipatus.

68 Vnde decimo * principaliter nota, quod licet sic Regalis decima debeatur iure Poli & fori, vt superius diximus: adhuc si venditor rei mobilis aut se mouētis, raceat venditionem, non poterit gabellarius decimam, & poenam exigere, nisi intra illum annum, quo venditio contracta est, & post in aliis duobus

mensibus. Quod si immobilis rei venditio sit, aliter decimæ præscriptio statuitur in l. 19. tit. 17. lib. 9. Recopilati. cui contrarius esse videtur sequens textus in l. 20. eodē tit. & lib. & vtraque lex deuiat à dispositione iuris communis, de quo in l. 2. C. de vectigalibus: nec bene conciliat Olanus in antinomia litera. P. n. 57. ego vero distinguendo tempora, vt est in proverbio, sic vere concilio, ne legum correctionem inducamus l. præcipimus in fi. C. de apella. videlicet, quod dicta l. 20. quæ est Regis Ioannis II. anno domini. 1451. est antiquior quam altera l. 19. quæ est Catholicorum regum Ferdinandi & Elisabeth. nã vt supra admonuimus in scholio ad l. 1. tit. 17. lib. 9. Rec. vtr. iubemus. nu. 5. ij Reges catholici non sunt primi, qui de hac Regali decima & eius exactione leges ediderunt in quaterno gabellarum. Itaque dicta l. 20. generaliter statuit, vt gabellarij possint à quibuscunq; debitoribus decimam petere in toto anno, quo fuerint venditiones aut permutationes contracte, & insuper in alio quadriennio, post quod tempus quæcunq; gabellariorum petitio excludatur, videturq; ita secuta dispositionem iuris communis, de qua in dict. l. 2. C. de vectigali. vbi quinquenniū publicanis præscribitur. At dict. l. 19. in parte derogat legi priori, priori (inquam) in tempore, nō in ordine, quæ (vt est omnium peritorum sententia) nō bonum seruauit Atienza in ijs legibus digerendis & ordinandis. statuit ergo ea lex recentior, quod in venditione rei mobilis aut se mouentis gabella peti nequeat, nisi eo anno, & vltra in duobus mensibus: In vendi-

tio;

69 se autem rei immobilis, quæ in scriptis coram tabellione numericiuitatis & loci contracta fuerit, eo anno & in alio sequenti peti debeat: quod si coram alio tabellione, qui non esset in loco rei vendite, contrahatur venditio, decima peti possit intra duos annos integros à die factæ scripturæ computandos: * sic enim intelligo illa verba, *desde el dia q̄ el tal contracto fuere otorgado.* nam ex eo tempore venditio, quæ in scriptis fit, contracta esse intelligitur, iuxta ea, quæ supra resoluius cap. 3. nu. 13. Ceterum si hæc eadem venditio rei immobilis sine scriptis fiat, ea l. 19. nondeterminat, aut statuit circa tempus, intra quod decima petenda sit: & habebit locum eo casu generalis dispositio dictæ l. 20. quia quod in ea noua lege specialiter expressum non reperitur, id veterum legum, constitutionumque regulis relictum esse intelligitur, vt tradit dicta l. præcipimus in fine. C. de appellat. & quod correctum non est, stare non prohibetur l. sancimus C. de testa. eo ergo casu decimæ petitio concedetur in toto anno locationis, & insuper in alio quadriennio, iuxta dispositionem dictæ l. 20. quæ in hoc casu non reperitur correctæ, & quatenus ei noua illa lex non contradicit, seruari debet, estq; propterea in eo libro transcripta, vt bene notat additio marginea ibi.

70 Et hæc * sane distinctio magnopere notari debet hæc ratione: quia quod præcipitur in l. 10. tit. 17. lib. 9. Recopi. vt permutationes & venditiones coram publico Tabellione fiant: non ita accipiendum est, vt intelligamus, necessitatem imponi venditoribus in

scriptis contrahendi: Quin immo id solum statuitur, quod si prohibito suæ voluntatis scripturas contractuū facturi sint, nō nisi coram ijs tabellionibus faciant, de quibus in ea l. 10. quæ magis stringit contrahentes, quam antiquior illa decisio, de qua in l. 4. tit. 18. lib. 2. ordi. per quam bene possent coram quocunq; tabellione, qui esset numeri alicuius villæ, aut ciuitatis huius regni, instrumentū venditionis agnoscere, & se obligare, quicquid ille tabellio non esset ex numero illius loci, in cuius territorio contraherent, prout prædi. l. 10. desiderat, iuncta l. 101. in quat. gabe. quam allegat Gisontanus in l. 64. tauri. vers. septimo dubitatur. Ceterum, si contrahentes nolint suorum contractuum instrumenta conficere, bene possunt sine scriptura contrahere iuxta resoluta per Ant. Gome. 2. tomo varia. cap. 2. n. 17. & solum fiet, quod iuxta d. l. 20. longior dilatio erit gabellario ad petendas decimas venditionum quas factas esse probabilius ignorauerit, eo quod scriptura defecerit, nec per tabelliones certiorari poterit, quam si scriptura fiat iuxta dictam l. 19. quarum legum hæc est vera ratio decidendi, in ampliato vel restringendo tempore præscriptionis: quod tamen aliter statuitur in nouis illis ordinationibus, quas *apuntamientos* appellamus.

71 Sed anteq̄ hinc discedā, * prætereundū non est, contra tabelliones nō dantes copias venditionum statutum esse, vt ipsi gabellas soluant, quæ ex ipsis contractibus solutæ non fuerint: & quod gabellarij possint illas exigere intra annum, quo venditio contracta fuerit, & vltra in duobus alijs annis, vt constat

Ex dicta l. 101. in quat. gabell. quo casu dubitatum est, qualiter ille annus venditionis computari debeat. & Menchaca lib. 3. de succes. crea. §. 28. num. 28. vers. illud autem notandum est. in prima editione Salmanticensi. sic recte explicat, ut solum proficit, quod deest illius anni, & insuper aliud biennium concedatur: veluti si mense februario facta venditio sit, decem menses sequentes usque ad finem illius anni prætereant, & deinde sequens biennium: si autem mense decembris facta esset venditio, tunc post finem illius mensis statim id biennium currere incipiat. Sed certe istud tempus transcriptum non est in dicta l. 10. Recopil. quæ fuit desumpta ex dicta l. 101. in quat. gabella. atque ideo putem, generaliter obseruandum esse tempus, de quo in dicta l. 19. tit. 17. lib. 9. Recopil. ut scilicet tantum tempus habeat hic gabellarius aduersus talem tabellionem, negantem copiam venditionis, quantum habiturus esset contra venditorē occultantem contractum. Proderit autem ea Menchacensis consideratio ad intellectum dictæ l. 19. ibi. *en todo el año de su arrendamiento.* & dictæ l. 20. ibi. *en el año que durare.* ut scilicet intelligas prædicto modo eum annum esse computandum.

72 Duodecimo nota, * seriam magni momenti dubitationē esse, an legitimo illo tempore transacto, venditor præscriptione munitus, tutus sit in foro conscientie, an vero ad decimæ restitutionem teneatur, quemadmodum ante transactum tempus eum teneri superius resolimus hoc eodem capite num. 39. At qui hanc quæstionem proponit & non resoluit Palatius Ru-

ueus in cap. per vestras. in fine rotius operis. de donat. inter vir. & vxor. tutum verò non esse venditorē, quin potius in foro anime ad decimæ restitutionem teneri, licet gabellarius, cui facienda solutio est, ad petendum in iudicio actionem non habeat propter legalem temporis præscriptionem, iuxta dictam l. 19. & l. 20. tit. 17. lib. 9. Recopilat. expressè tenet F. Iosephus Angles in suis floribus Theolog. quæstio. in quæstione. quis à restituere sit liber. 4. dubio. difficult. 1. in fine. idemque tradit F. Antonius Cordubensis in quæstionario. quæst. 95. & tenendum est: quicquid * D. Peretius in l. 2. verb. *le ficere adulterio.* vers. ex qua inferri potest. tit. 15. lib. 8. ordina. pag. 304. in fin. aliud tenere videatur, eo quod præsupponit, consuetudinem esse, ut non nisi petenti gabellario decima debeat, quam quidem verum est non vigere, ut tradidimus supra num. 44.

74 Decimo tertio * notanda est l. 114. in quat. gabella. quæ est l. 28. tit. 19. lib. 9. Recopilat. vbi ad exhibitionem decimæ, vnius mediatoris seu proxenete, aut soli emptoris dicto in iudicium per gabellarium adducti standum esse statuitur: cum tamen regulariter vnius testis responsio non audiatur, etiam si præclaræ curiæ honore præfulgeat. l. iurisiurandi. C. de testibus. agit Dueñas in reg. 84. atque ita prædictam legem regiam, ut notabilem allegat Auenda. de exeq. manda. 1. parte. cap. 1. nu. 18. vers. in materia custodiæ. pro cuius legis intellectu & praxi nonnulla subnotanda sunt: * Primum, quod cum ea lex has duas, scilicet mediatoris & emptoris, personas tan-

tum nominauerit, eorum cuiusque fides electa esse videtur, ita ut in reliquis personis, præter has duas, generalis iuris regula obseruanda sit de qua in dicta l. iurisiurandi. argu. text. cum materia in l. inter artifices. D. de solutio. ratio autem illius singularis electionis ea esse potest, quia si emptoris & mediatoris dicto, qui frequenter ac solius venditionibus interesse solent, non staretur, longissimus fraudi campus patefieret, cui omnino obuiandum est, l. in fundo. D. de reiu. dicat. cum similibus. & l. 11. tit. 17 lib. 9. Recopilat.

76 Secundum, * quod ita demum emptoris & mediatoris dicto standum est, si per gabellarium adducti sunt in testimonium, ut aperte exprimit ea lex: alias enim contra gabellarium adductus mediator, aut emptor à venditore, nullam fidem faciet, ex dicta l. iurisiurandi. C. de testibus. quia cessat fauor & ratio euitandæ fraudis, quam pro gabellario considerauimus: & quod dicitur, dispositum in actu re, ad eum extendi iure correlatiui, ut tradit Feli. in præmio Gregoriano num. 8. ita accipiendum est, si correlatiua pariformiter se habent, alias secus, ut in nostro casu illius legis Regiæ, ex traditis per eundem Felinum post Abbatem vbi supra num. 4. & Abbatem in cap. 1. de locato.

77 Tertium est, * quod emptoris dicto credi debet, quando alias de ipsa venditione constaret, puta per partium confessionem aut alio modo, de certa autem pretij quantitate dubitaretur, cuius decima solui debet, ut quia gabellarius dicat contractam, ac deo decem sibi debe-

ri affirmet: venditor autem minoris vendidisse testetur. ut eo (inquã) casu, secundum emptoris per gabellarium adducti testimonium iudicetur: quod si gabellarius eum emptorem suspectum habeat, aliter de certo pretio probare debet iuxta ea, quæ dixim⁹ supra in scholio ad l. 1. verbo. *pretij.* tit. 17. lib. 9. Recop. Cæterum si nedum de pretio, sed & de venditione quoque disceptetur, an scilicet contracta fuerit, nec ne: ut quia venditor vendidisse neget, emptor autem affirmet: nullatenus erit solius emptoris audienda responsio, etiam si per gabellarium contra venditorē adducatur: aliter enim fieret, ut vel emptor esset testis in causa propria, ex quo solo suo dicto venditio confirmaretur: vel fieret, ut ex non probata venditione, atque ideo plusquam nulla, decima Regalis soluatur, contra ea, quæ resoluiimus supra cap. 14. num. 1. quorum vtrunque magnum absurdum est, ac propterea reiiciendum l. obseruare. §. fina. D. de officio proco. su. & l. nam absurdum. D. de bonis libert. & capi. quemadmodum. de iure iuran.

78 Quartum, * quod de emptore diximus, de mediatore quoque esse intelligendum: ut scilicet illi soli credendum sit, quando alias de venditione perfecta constaret, & de sola pretij quantitate dubitaretur: ut quia gabellarius maiorem decimam peteret à venditore, quam ille se debere fateretur, vel etiam peteret ab emptore gabellam iuxta l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recopilat. istis enim casibus solius etiam mediatoris dictum obseruandum est, ex expressa decilio

na dicta l. 114. in quat. gabell. & ra-

one tradita supra in primo nota
bili num. 75. Secus verò, si de ven-
ditiōe quoque dubitaretur inter
contrahentes, vt quia alter eorum
negaret venditiōem esse contra-
ctam: nam si isto casu mediatori-
bus crederetur ex prædicta lege re-
gia, fieret absurdum, vt vel ij inter
contrahentes quoque, alter parte
inuita; fidem facerent, cum ta-
men valde suspecti testes sint, & à
iure reprobentur, vt disponit tex-
tū auth. de testibus. §. quoniam ve-
ro. vbi est elegans glōf. verbo. pro-
hibitione. & notat Ancharranus
in consilio. 331. num. 2. & Bart.
in l. deferre. D. de iure fisci. quod
prædictam legem Regiam admit-
tere voluisse credendum non est,
nè in præiudicium tertij disponat
l. 2. §. si quis à principe. D. nè quid
in loco publico. cum similibus.
Vel daremus, quod ex non proba-
ta venditiōe inter partes, atque
ideo plusquam nulla, decima de-
beretur, vt in præcedenti notabili
considerauimus. sed vide Baldum
& Saly. in l. omnibus. C. de testi.

79. Vltimum, * qd si neuter cōtra-
ctū contractui venditiōis aut per-
mutationis stare velit, sed vterq; con-
traxisse negauerit: bene poterit cō-
tra eos, vel contra alterutrum me-
diator in testem adduci per gabel-
larium ex dicta lege Regia: quia
cessant absurda, & viget ratio cui-
tandæ fraudis, de qua supra in pri-
mo notabili num. 75. scilicet, nè
forte contrahentes cum à contra-
ctu mutuo consensu recessissent,
factum venditiōis aut permuta-
tionis occultent, Regalem deci-
mam fraudaturi, contra ea, quæ re-
solvunt doctores in l. ab emptio-
ne. D. de pactis. & quæ diximus su-
pra cap. 14. num. 7. quod etiam sal-

tem cum duo mediatores depo-
nunt, in crimine simoniæ obser-
uatur, cap. 1. de testibus. lib. 6.

Decimoquarto nota * disposi-
tionem l. 118. in quat. gabe. & l. 16.
tit. 8. lib. 9. Recopilat. quæ prohi-
bent per cuiusque loci aut ciuita-
tis concilium, prætoresvè, tributū
aliquod venditiōibus aut permu-
tationibus imponi sine licentia
principis, nè ratione prædicti one-
ris commercia & contractus illi
impediantur, vel saltem non ita
frequentes sint, vt esse solent, in
magnum fisci detrimentum, ex no-
tatis supra cap. 1. in fine. Eas vero
leges intelligit & limitat Auenda.
de execuquen. manda. 2. parte. cap.
14. num. 4. iuxta terminos l. 16. tit.
1. lib. 7. ord. quæ est hodie l. 1. tit. 6
lib. 7. Recopilat. & l. 25. tit. 6. lib.
3. nempe quod impositio illa sic
demum prohibita intelligatur, si
tria millia maravedinorum exce-
dat, secus alias: quia, inquit, bene
poterit per modum sise infra il-
lam summam in rebus venditis o-
nus imponi absque vlla Regis fa-
cultate, sicut & per contributio-
nem exactio conceditur, atqui eā
dem sententiam secutus est Mexia
Pontius in prag. panis. conclusio
1. num. 63. & mouetur vterque au-
tor, quia par ratio est in vtroque
casu. Ego vero ab illorum senten-
tia discedo ea ratione, quia prædi-
cta l. 118. quaterni gabella. lata est
à Ferdinando & Elisabeth Catho-
licis Regibus, qui quaternum il-
lum condiderunt longo tempore
post Regem Ioannem. II. autorem
illius l. 16. tit. 1. lib. 7. ordina. atque
ideo cum generalis sit, limitari nõ
debet per legem anteriorem: &
quia cum tempore Catholicorum
Regum satis constaret, imponi &

exigi posse summam illam trium
millium maravedinorum, & non
aliam ex illius Regis Ioannis secū-
di constitutione, & adhuc in præ-
dicta illa l. 118. quasi noui ali-
quid statuētes generaliter iubeāt,
vt nullum omnino onus ac tribu-
tum venditiōibus & permutatio-
nibus imponatur, vel id quidem,
quod aliquo tempore antea esset per-
missum, voluisse tollere credi de-
bent, vt eorum dispositio aliquid
operetur. l. etiam, in prin. D. de
bonis libert. & l. 1. cum notatis.
D. ad municipa. & quia ratio præ-
dictæ l. 118. ea est expressa, ne dam-
num aliquod fisco aut gabella-
riis fiat, oneratis cōtractibus, quo-
rum decima solui debet: & est qui-
dem iustissima: propter quam dixit
Angelus in l. at vbi. num. 2. D.
de petiti. hered. Quod locatis ga-
bellis, non poterit ciuitas loca-
trix exactiōem augere, vt loco
vnius denarii, qui exigī consue-
uit, duo exigatur, & ille alter suo
commodo cedat: quia ob illud
augmentum non erunt vendi-
tores aut emptores, quot esse con-
sueverunt in eo loco, atque ita dā-
num emptori, seu conductori ga-
bellarum fiet. quod etiam tenuit
Albericus in tract. statutorum. 1.
parte. quæstio. 123. & in rub. C. de
publica. & vectiga. quos refert &
sequitur Menochius consilio 34.
num. 13. lib. 1. istud verò inconue-
niens, & ea expressa legis ratio mi-
nimè militat & procedit in distri-
butione illius summæ per faculta-
tes aut capita faciēda, iuxta tradi-
ta per Bart. in l. 4. §. actor. num. 2.
D. de re iudicata. & Decium con-
silio. 335. volum. 1. & Grego. Lu-
pum in l. 20. tit. 3. 2. verb. *por lo que
vbiere.* part. 3. quia non sicut ex il-

la sise impositione, ita & ex hac
distributiōe aliqua terrio. parat-
tur iniuria contra dictam. l. 2.
§. si quis à principe. D. ne quid in
loco publico. sed ij soli oneran-
tur, qui granandi sunt: Ita vt ex
prædictis manifestum fiat, nullatenus
admitendam esse prædicto-
rum sententiam: quin potius existi-
mo, quod generaliter nulla pe-
cuniæ cōtributio, quæ ex lege iux-
ta eam trium millium quantita-
tem, vel obtenta licentia Regis ad
maiorē summam concessa sit,
prout quotidie conceditur, vendi-
tionibus & permutationibus im-
poni potest per modum sise inui-
to fisco aut gabellario, nisi id no-
minatim concedatur, ex prædicta
l. 118. in quat. gabel. nec obstat di-
cta l. 16. Ordina. quia in distribu-
tione loquitur, & in suo casu sin-
gulæ leges obseruari debent, eo
quod diuersa ratio est distributio-
nis & impositionis, seu sise ex præ-
dictis.

81. Quin * immo quamuis, vt dixi,
nominatim ex licentia Regis con-
cederetur talem impositionem fieri,
si gabellarius inde damnum ali-
quod patiat, agere poterit ad in-
teresse, ex doctrina Angeli in di-
cta l. at vbi. nu. 2. in fine. & Aimō.
Crauetæ consilio. 95. qui consu-
luit non licuisse Francorum Regi
nouas ordinationes constituere,
quibus emptor Grapharius dam-
num sentiebat, cum accedentes ad
illud officium deinde abstinerent
vt refert Menochius vbi supra, n.
14. Atque ita videntur intelligi &
limitari debere verba prædictæ l.
118. ibi, *sin nuestra licencia y mandado*
cum concordantibus supra alle-
gatis. de qua quidem materia late
agit Laurent. Siluanus in consilio

5. fed vide. l. 2. in fine. tit. 9. lib. 9. Recopilat. vbi id apud nos specia- liter cautum videtur, ne gabellarij possint ex facto Regis aliquam mercedis diminutionem petere: quæ cautio, vt formalis partium conuentio seruanda est, vt aliàs dicemus infra num. 83.

82 Decimo quinto nota, * quod licet regulariter prouisio l. 2. C. de resc. vendit. in locationis & conductionis cōtractu locum habeat, ex resolutis per Pinelum ibi. 1. parte. cap. 3. ex num. 17. & Menesium num. 13. & probatur in l. 1. ibi. *en las rentas*. hoc est, locationibus, tit. 11. lib. 5. Recopila. in hac gabellarum materia admittenda non est, vt notat idem Menesius in dict. l. 2. num. 15. & Matientius in dic. l. 1. Recopil. ex dispositione l. 143. in quat. gabella. & l. 14. & l. 15. titu. 9. lib. 9. Recopilatio. quæ leges non ideo iniustitiæ redargui debent: Etenim id agunt, vt reiecta iuris ciuilibus dispositione, quæ noua fuit, & per Deocletianum Imperatorē inducta in ea l. 2. Codicis. vt optime explicat Pinel ibi. 1. parte. cap. 1. ex nu. 2. in terminis iurisperitorū quod omnium contractuum pater est, contractus iste relinquatur: quo iure licitum semper fuit contrahentibus inuicem se in pretio circumscribere l. item si pretio. §. fina. D. locati. & l. in causâ §. idē Pomponius. D. de minorib. cum notatis per Pinel. in dicto cap. 1. per totum. præcipue num. 32. ea iusta & expressa ratione, ne Regium patrimonium, cuius publica utilitas est, quotidianis litibus vexaretur, eo colore ad differendam vel minuendam solutionem quæsito, quod lesio esset. Præsertim, quia quod in gabellariis con-

ducentibus, qui sagaces & experti esse solent, ijs legibus regiis statuitur, ad regem ipsum locantem extenditur, vt bona fides inæqualitate contrahentium, quæ in relatione consistit, obseruetur, iuxta l. si id quod. in fine. ibi. *vix bona fidei conuenire ei pacto stari, quod alteri caprio sum sit*. D. de rescin. venditi. Erit tamen in hac re attentius subnotandum, quod diximus de gabellarum locatione, ad earundem venditionem extendendum non esse: etenim in huiusmodi venditione rescissio dabitur propter lesionem iuxta dictam l. 2. C. de resc. vendit. cum similibus. vt bene aduertit Mencha. lib. 1. de successi. creatio. §. 5. num. 11. venetijs.

83 Decimo sexto nota, * quod quæuis propter sterilitatem ex casibus fortuitis contingentem pensionis remissio fieri solet in locationibus, vt est tex. in l. ex conducto. §. si vis. & l. si merces §. vis maior. D. locati. & l. licet. C. de tit. & apertius explicat l. 22. tit. 8. part. 5. atque in iuribus regalibus late resoluit Aegidius Bossius sub titulo de remissione merce. publica. in hac tamen gabellarum materia non obseruatur, quia ultra rationes traditas per Auenda. respon. 34. nume. 3. & per Mencha. dicto lib. 1. de successi. creatio. §. 10. num. 25. vers. ad hæc. Salmanticæ. hæc efficacissima ratio reddi potest, quod ea lege & pacto istius iuris locatio fiat, & semper multis retro annis facta fuerit, & fieri consueuerit, vt inquit l. 1. & l. 143. vers. *e por que consideramos*. in quat. gabe. & l. 2. tit. 9. lib. 9. recopilati. atq; ideo nedum vt lex, sed & vt iusta partium conuentio seruari debet, ex l. si quis domum. §. Iulianus. D. locati. & quæ

& quæ late resoluit Pinelus in dicta. l. 2. C. de rescin. vend. 1. parte cap. 3. ex nu. 26. vt aliàs diximus supra nu. 81. Quæ sanè resolutio intelligenda est quoad pensionem ipsi Regi soluendam: secus autem inter ipsas villas & ciuitates, & quæcunque alia loca, quæ in generali Regni conuentione comprehenduntur, quia tunc seruari debet conditio. 8. generalis Regni conuentionis.

Sed & illud adnotari oportet, 84 quod * quemadmodum propter sterilitatem pensio non remittitur, vt dixi, nec propter vbertatem quidem ex casu fortuito prouenientem augeri debet: quicquid regulariter aliud ex contraria relatione obseruetur iuxta doctrinam Abbatis in cap. propter sterilitatem. num. fina. de lacato. est enim, vt ille ait, cōtrariorum eadē dispositio l. 1. D. de his, qui sunt sui. quod est utilissimum ad plures quæstiones, & præcipue ad illam, quæ de facto contigit: Statuto huius ciuitatis Caraccensis prohibetur, ne forensē vinū intromittatur à quacunque persona ad vendendū vel permutandum, sine expressa licentia concilij, circa quod aliàs consuluit Rodericus Xua- rez allegatione. 14. modo concedit ciuitas aliquod pretiosum vinum intromitti & vendi, fortè ex loco sancti Martini vulgo appellato: quæsitum est, an gabelle, quæ ex vino illo forensi redigerentur, ciuitati locatrici cederent, an verò gabellariorum illius anni esset futura. Atqui Decius consilio. 4. libro. 1. in quæstione simili distinguendum esse putat inter gabellarum emptores & conductores, vt qui vino, vel distributo pretio ga-

bellas adquisierint, iuxta notata per Barto. in quæstio. 4. incipit, publicanus. & l. cotem ferro. §. qui maximos. D. de publica. vt sci licet si emptores sint, eorum modo cedat illud augmentum ex l. qui id quod. D. de peri. & commo. rei vend. secus autem in conductoribus, quia propter vbertatem ex casu fortuito contingentem pensio debet augeri, vt per Abbat. in dicto cap. propter sterilitatem, nu. 20. de locato. Sed certè, quamuis hæc Decij distinctio vera sit in sua specie, secus est in cōductione nostræ decimæ: quia cum sterilitatis damnum conductoris sit ex dicta. l. 1. quat. gabella, & fertilitatis etiam quodcunque commodum eius esse debet, retorquendo argumentum Abbatis vbi supr. Quod quidem ita verum est & procedit, si generaliter nulla forma & restrictione facta ad vina ciuitatis, istius membri gabella locata sit: aliàs enim secus esset, ex traditis per Angel. in l. ar. vbi. num. 2. D. de petito. heredit. quem refert & sequitur Decius supra. & Menochius in dicto consilio. 34. num. 15. lib. 1.

85 Ex qua resolutione * obiter intelliges rationem decidendi in l. 1. vers. *como quiera*. tit. 22. lib. 9. Recopil. vbi augmentum factum in portoriis, conductori non cedit: est enim vera ratio, quia regulariter certa forma & lege portorij locatio fieri solet, nempe vt tantum pro tali re exigatur: atq; ideo ipsius Regis locatoris augmentum est ex prædicta Angeli doctrina cum Decio, & Menochio vbi supra. Idemque erit, si non ius antiquum augeatur, sed de nouo imponatur ijs mercibus, ex quibus nul-

nullū antea ius solueretur, prout expressum quoq; est in ea lege Regia: & est ratio planissima, quia isto casu minime potuit in prima conductione venire & intelligi ea res, quæ nondum erat, argum. tex. in l. Rutillia Pola. & l. in lege D. de contrah. emp. & vide Baezã de decima tutori præst. capit. 30. num. 10.

86. Decimo septimo nota, * quod si aliqua pars territorij, cuius gabellæ vānerint, locatæ vè sint, à tercio aliquo euinceretur, vel membrum aliquod ipsius iuris diminutum fuerit, cuius erit iuxta ea, quæ late distinguit & disputat Grego. Lupus in l. 34. tit. 5. part. 5. q. si conductor iure suo per aliquem spoliatur, an possit vti interdicto ynde vi recuperandæ possessionis, vel iudicis officio defendatur agit Menochius de recup. posse. remedio. 17. num. 23. & præterea an gabellario in exactione istius decimæ, alterius debiti compensatio opponi queat, est tex. in l. auferretur §. vt debitoribus. D. de iure fisci. & l. 3. C. de compensat. tradit Bart. in Auth. de collatio. in prin. num. 3. collat. 9.

87. Decimo octauo nota, * quod gabellarum conductores non tenentur ad ea, quæ vt tales alicui promissæ sint, si apud ipsos ratione aliqua conductione non remanserit: forte quia principalis locationis contractus non tenuit à principio, vel aliquo modo ablatum eis est ius istud, prout tenuit Angelus in l. fina. per text. ibi. D. de consti. pecu. quem refert, & ad multa his gabellarum conductoribus quoti die occurrentia commendat Rod. Xarez in repet. l. post rem iudicatam. §. 1. num. 16. D. de re iudi-

cata. & idem tradit Ioa. de Imola in l. cum mulier. la 2. num. 1. D. soluto mar. quem refert & sequitur Grego. Lupus in dicta l. 34. gloss. mag. ad medium. tit. 5. partit. 5. id ita verum esse declarantes, si absq; culpa & facto conductoris ei auferatur gabella, secus aliàs, ex Baldo, & aliis doctoribus relatis per 88 Io. de Imola in dicto loco. * Vnde propter dirimendas & vitandas has lites, quæ iuxta prædictam distinctionem oriri possent quotidie inter primos gabellarios, & eos, cum quibus conuenerant super certa summa gabellæ nomine soluenda, vel super alicuius membri relocatione, cum tamen postea primis illis gabellariis ablata foret conductione siue absq; sua culpa, siue suo facto, iustissime catholici nostri Reges statuerunt, vt generaliter secundus gabellarius, in quo gabellarum conductione remanserit, teneatur stare omnibus conuentionibus & locationibus per primum factis, vt constat ex l. 14. & l. 16. tit. 13. lib. 9. Recopilat. quarum legum hæc est vera ratio decidendi.

89. Decimo * nono animaduerte, quod si ciuitas, villa, aut quicumque locus capitetur, *encabeçarse* vulgo dicimus, hoc est, à rege ipso, vel suo domino iura gabellarum certa mercede conducatur, prout fere semper fit: dubium esse solet, qualiter & quas personas ille contractus obliget. Atqui Auendanius in responso. 34. ex num. 1. tres vel quatuor conclusiones constituit: ac vere resoluit, quod ciuitates & villæ istius regni Castellæ & Legionis, vt quia legis condendæ facultatem non habent, sed superiorē recognoscunt, nullo modo possunt

sunt ita contrahere, vt virtute contractus initi à decurionibus & concilio Populi, reliqui vicini, qui non interfuerint, eorumve bona obligentur, ex sententia Bartoli in l. si se non obtulit. §. actor. num. 9. D. de re iudicata. quæ est vera & communis nemine contradicente in hoc puncto, vt constat ex traditis per Iaso. in l. ciuitas. ex num. 9. D. si cert. pet. & seruatur in praxi, vt satis colligitur ex conditione. 22. generalis conuent. Regni. * Effectus ille est maximus quod quicumque ciuis noluerit contribuere, inque ea generali conuentione comprehendi, recte poterit illud testari, offerens se esse soluturum decimam suorum contractuum, sicut forensis, iuxta prædictam conditionem. 22. ad medium. fietque ita, vt qui nunquam vendit aut permutat, nullius quoque summæ distributionem ac solutionem patiat, ac si capitatus locus non esset, quia, vt dixi, illius conuentio & capitatio non nisi consentientibus nocet: quod iam semel consului in hac ciuitate viduæ cuidam nobili, quæ pecuniaria alimenta accipiebat à genero, nihilque ita vendebat, sed emebat potius necessaria.

Sola igitur ciuitas, & vniuersitas populi capitati, eiusque bona ex conductione illa obligantur, iuxta tradita per Iasonem & Doctores in dicta l. ciuitas. D. si cert. pet. & in specie tradit Auendanius dicto responso. 34. versicul. secunda conclusio. quæ ne in damno sit, & vt commodius iure isto vti queat, aliqua gabellarum membra locare solet iuxta formam in vnoquoque loco consuetam, vel alias traditam in dicta conditio-

ne. 22. & aliis conditionibus generalis Regni conuentionis. & reliqua pecuniæ quantitas, quæ vltra illarum locationum mercedes necessaria est ad complendam omnem capitationis summam, inter eos ciues distribuitur, qui capitationis beneficio vti volunt, iuxta formam traditam in conditione. 28. dictæ genera. conuent. Vbi illud quoque recte deciditur qualiter si qui grauatos se esse dixerint, reuideri semel debeat distributio. idemque statuitur circa distributionem, de qua in conditione. 20. & conditione. 31. prædictæ conuentio. inquit enim illæ leges, quod si in ijs diuisionibus contribuentium aliquis se nimis oneratum præ cæteris alleget & conquærat intra statutum tempus, ea res rursus reuidenda seu rescindenda est, vt qui nimis oneratus inuentus fuerit, releuetur: & quod post hanc secundam refectionem, amplius reuocari & queri non liceat in hæc verba: *que cada vno pague lo que le quedare repartido*. Vnde dubium non est, quin vera mens sensusque illarum legum fuerit, vt omnis aditus occludatur ad illius rei quarrelam: & quidem iure, quia cum prædictæ leges peritissimos illius rei, illiusque oneris diuidendi actores accersiri iussissent, eorum iudicio standum est, argum. l. inter artifices. D. de solutio. & l. 1. §. final. cum ibi notatis per Doctores D. de verbo. obligati. & quod tradit Bartol. in l. 2. num. 21. & num. 22. C. de resc. vendit. prout optime notat Menchaca lib. 1. de success. creatio. §. 4. nu. 30. ver. deniq; & lib. 2. §. 14. nu. 28. Venetiis. vbi ex prædicta ratione miratur, qd vi-

dit in vsu forenſi ſæpe obſeruari, vt licet executio fiat iuxta dictam ſecundam reuifionem, ſeu reſectio nem, tamen per ſummos Regis rãtionales per modum iuſtitie decem re denuo cognofci poſſit.

- 92 Viciffimo nota, * non male in propoſito dubitarum eſſe, an ſi ipſa ciuitas poſtquam gabellas à ſe conductas iterum locaſſet, vt fieri ſolet, & iam dixi, aliquid ſuum vendat vel permutet, puta triticum, hordeum, vel fundum aliquem, de cimam gabellariis ſoluere teneatur. atqui Baldus in l. emptor. C. de hæredi. vel actio. vendita. nume. 4. ait, quod quidam conduxit à communi datum vel gabellam ſalis, modò commune emit ſalem & ille conductor petit à communi gabellam, commune autem dicit ſe non teneri ſoluere; quia non locauit niſi ius, quod habet l. qui tabernas. D. de contra. emp. ſed non habet ius contra ſe ipſum exigendi & petendi gabellam ſalis ex notatis in dict. l. emptor. ergo illud non vendidit neque locauit prædicto gabellario. quam queſtionem inquit determinatam fuiſſet per Doct. Raynerium in l. licitatio. §. fiſcus. D. de publicanis. & in eandem ſententiam facit, quia in generali ſermone loquentis perſona videtur excepta l. inquitio. C. de ſolutio. exornat Bernardus Diaz in regul. 307. & ad hanc queſtionem adplicat Additio ibi allegato Baldo in dicta l. emptor. & agit Boerius Decifio. 223. & Bertachi. Firmianº de gabellis. 7. parte principali. numer. 15. vbi tandem cogitandum nobis relinquit ſuper hac
- 93 queſtione. * Ego verò exiſtimo, quod apud nos nulla dubitatio eſt, quin gabellam debeat illa. ciui-

tas locatrix in queſtione propoſita, aliquid ſuum vendendo aut permutando poſt locationem, niſi aliter in ipſa gabellarum locatione paciſcatur, prout in omnibus fere locis paciſci ſolet: & eſt ratio huius reſolutionis, quia nomine ipſiusmet regis, cui & ipſa ciuitas & quæcunque vniuerſitas, ſicut alia quælibet particularis perſona eò tributo obligata & ſubiecta eſt iuxta l. 1. titu. 18. lib. 9. Recopilatio. locatio illa contrahitur, non verò nomine ciuitatis: eo quod firmior & ſecurior eo modo contracta videatur, vt experientia docet, & feruatur in praxi: quamuis ſi ſuo nomine locare ciuitas vellet, recte poſſet, iuxta l. nemo. C. de locato. cum notatis. ceſſantque ita fundamenta, quæ pro contraria ſententia allegari poſſent ex traditis per Baldum & ceteros doctores ſupra, & per Parlado. lib. rerum quot. capi. 3. §. 1. num. 26.

- 94 Ex qua reſolutione conſequitur quod * cum Magnates & quicunque domini in hoc regno, qui territorij ſui gabellas habent, veri domini ſint, ſaltem vt tales earum locationes contrahant: dubitare non poſſumus, quin liberi ipſi maneant in eodem illo territorio à gabellæ ſolutione, quicquid ea de re cum conductoribus non caueant: quia conductores illi nullum ius habent niſi quod per locationem à dominiſiſ conſtituitur, vt patet: ar ipſi domini, cum veri illius iuris domini ſint in eo loco, vel vt tales ex conſeſſione aut alienatione regia habeantur, neceſſario intelligi debent eo iure eſſe liberari, ne ſibi ipſis ſubiecti ac tributarij videantur, quòd ſane iuris ciuiliſ & naturalis ratio non patitur.

quia

quia & res & perſona ſua nemini ſeruit. l. vii frui. D. ſi vſufruct. p. ra. Igitur ſi iſti domini contra ſe ſuis non habent, quod ſtatim vt à Regibus conſeſſum illis fuit à principio, neceſſario quoad eorum perſonas conſuſum eſt, iuxta notata in l. ſi communi fundo. D. de ſeruit. ruſt: nullatenus videri poſſunt illud locaſſe, argu. l. qui tabernas. D. de contra. empti. & l. nemo plus iuris. D. de regu. iuris. * Nam & hinc eſt, quod Reges gabellam non ſoluunt, in quacunque huius regni parte contraxerint, ſiue (inquam) regale, ſiue particulare alicuius domini territorij ſit l. 3. quæ ſic debet generaliter intelligi, titu. 18. lib. 9. Recopilationis. quia ſcilicet Regibus iura debentur à vaſſalis & ſubditis, non etiam ab ipſiſmet Regibus, ne ſibi ipſiſ aut aliis tributarij ſint vllò modo, quod eſt impoſſibile: nam cum regum cauſa ea iura inuenta ſint, abſurdum eſſet eis iuribus reges ſubiecti, argum. textus in l. in pecudum. D. de vſufructu. & l. vetus. D. de vſufructu. & in hac neceſſaria ratione fundata eſt dicta l. 3. Recopilationis. & l. licitatio. §. fiſcus. D. de publicanis. non in aliquo fiſci priuilegio, vt bene ibi explicat Bartolus: quicquid velit Parladorius dicto cap. 3. §. 1. num. 21. & dicemus in cap. 19. num. 8.

- 96 Vigefſimo primò * circa appellationem in hac materia gabellarum interponendam, videnda eſt l. 5. & l. ſina. tit. 12. lib. 2. Recopilatio. cum l. 132. in quater. gabellar. & quod tradit Caſtellus in l. 49. Tauri gloſſa. i. verſicul. ſed iterum quæro. vbi diſputat, an in hac materia appellari poſſit ad con-

tilia ciuitatis intra ſummam aliã licitam, de qua in l. 7. tit. 18. lib. 4. Recopilatio: & tenet, quod non. & an etiam in hac materia locum habeat ſupplicatio duplarum, late reſoluit Doct. Xuares de parte in ſua practica. 1. tomo. parte. 7. num. 43.

- 97 Vltimo, pro complemento iſtius materiae & capitis, diſputanda eſt illa quotidiana queſtio: cum * maioratus poſſeſſor & dominus, qui decimas territorij ſui in plures annos locauerat, pendente locatione decedit, an ſucceſſor maioratus teneatur ſtare locationi pro tempore non decurſo. atqui in perſona mariti locantis rem vxoris, & in prælato locante rem eccleſie, quæ ad ſui commodum, vel eccleſie vtilitatem pertinet, optimam reſolutionem ſcripſit Couar. lib. 2. varia. reſoluti. capit. 15. nume. 5. & 6. vbi tandem reſoluit, quod vxor non teneatur præciſe ſtare locationi per maritum factæ conſtante matrimonio, ſed teneretur cauſatiue, ex l. ſi filio. §. ſi vir. D. ſoluto mat. & idem tradit Antonius Gometius. 2. tomo variarum. capite. 3. numero. 8. eccleſia verò in iis, quæ ad propriam ipſius eccleſie vtilitatem locata ſunt per episcopum, vel alium prælatum tanquam verum eius adminiſtratorum, recte ac præciſe locationibus ſolemniter factis ſtare conpellitur, ſicut minor. l. ſi tutel. D. de admin. tuto. in iis autem, quæ ad propriam ipſius prælati vtilitatem & alimenta pertinent, vt quia ſue dignitatis aut beneficij ſint, eius ſucceſſor non teneatur conſentire: ſed ipſo iure finitur locatio, quia ius locantis

perit per mortem l. si quis domū
 § 1. cum notatis. D. locati. Quod
 idem in rebus maioratus esse ob-
 seruandum recte resoluit & expli-
 cat Molina lib. 1. de primog. His-
 pa. cap. 1. ex Num. 1. ita vt questio
 ista nulla alia meliori resolutione
 indigeat, si recte explicuerimus
 text. quem non satis videntur præ-
 dicti doctores intelligere in dicta
 l. si filio. §. si vir. D. soluto matri.
 o Vt vero illius legis difficultas
 apertius appareat, tora res à prin-
 cipio agenda est: *inquit ergo
 Paulus l. C. in dicto §. si vir. Quod
 si maritus locauit alicui rem dota-
 lem fortè in quinquennium, &
 post primum locationis annum
 matrimonium dissoluatur: mari-
 tus potest rem dotalem mulieri
 non restituere, donec illa, heresve
 ejus cauerit, si quid præter vnus
 anni locationem maritus damna-
 tus sit, id se præstarum iri. ex quo
 Pauli responso omnes colligunt,
 prout refert Couarr. in dicto cap.
 15. nu. 5. & Gometius cap. 3. nu.
 8. quod mulier non tenetur præ-
 cise stare locationi rei dotalis
 per maritum factæ, sed quod tene-
 tur causatiue, eò quod de damno
 præstando cauere debeat. Hoc ve-
 rò dictum difficile est ex eo, quod
 si tutor curatorvè rem minoris
 aut pupilli locauit, finita tutela
 & cura, pupillus & minor stare te-
 neantur locationi. l. si tutela. D.
 de admi. tuto. Sed huic argumen-
 to responderi Couarr. dicto num.
 5. diuersum esse in tutore & cura-
 tore, qui nomine eorum, quorum
 res administrant, contrahunt, &
 sic ipsi quoque pupillus & minor
 obligati manent. at maritus licet
 rerum vxoris administrator est,
 pro suo tantū iure locat & contra-

hit, quatenus ipse velut dominus
 dotis esse intelligitur. l. in rebus.
 & que ibi notantur. C. de iure do-
 ti. sed certè ista differentiæ ratio
 insufficientis est: quia si ita esset, &
 maritus pro iure suo locat, fieret
 vt finito iure suo finiretur quoque
 locatio, & nec ipse maritus tene-
 retur, sicut fructuarius in dicta l. si
 quis domum. §. 1. cum iis, quæ de
 maioratus possessore diximus. D.
 locati. & tamen aperte colligitur
 ex dicto §. si vir. quod separato ma-
 trimonio adhuc tenetur maritus,
 fuit enim ratione reliquorum an-
 norum condemnatus. Quam diffi-
 cultatem sentiens Couarr. vbi su-
 pra num. 6. ait, quod ideo finito iu-
 re mariti, non finitur locatio in di-
 cto §. si vir. quia maritus locat vt
 administrator rerum dotalium &
 vxoris: quæ ratio nihil aliud vult,
 quam dicere, quod & pro iure vx-
 oris locat, quod ipse Couarruu.
 antea negauerat nume. 5. Quod si
 ita est, fiet, vt ipsa quoque vxor præ-
 cise teneatur stare locationi per
 maritum factæ, sicut & minor &
 pupillus ex dicta l. si tutela. D. de
 admi. tuto. Atqui istud pro resolu-
 tione huius difficultatis magis mi-
 hi placet, & verius est: etenim ma-
 ritus nedum pro iure suo quate-
 nus dominus est fructuum, sed &
 pro iure vxoris locat, cum ipsius
 vxoris ac rerum suarum admini-
 strator existat. id quod hodie ma-
 gis procedet iure Regio, quo sine
 licentia mariti vxor locare non
 posset rem suam l. 1. tit. 3. lib. 5. re-
 copilat. præcipue in rebus lucra-
 tis, iuxta l. 5. tit. 9. eo. lib. quam sen-
 tentiam de iure etiam communi
 tenuit Angelus in dicto §. si vir. &
 in l. emptorem. C. de locato. & a-
 lij relati per Couarruu. in dicto
 cap.

capit. 15. numer. 5. & cum ea vi-
 detur residere Antonius Gome-
 tius dicto loco num. 8.

Nec obstat text. in dicto §. si
 vir. quia solum dicit l. C. quod so-
 luto matrimonio vxor tenetur ca-
 vere marito, se illi præstaturam ef-
 fe omne damnum, quod propter
 locationem receperit: quod vt in-
 telligatur, notandum est, quod
 quamuis maritus nedum suo no-
 mine tanquam fructuum domi-
 nus, sed & nomine vxoris vt illius
 administrator rem dotalem loca-
 uit, tamen ipse vir solus ex locato
 tenetur, & sibi soli locati actio
 competit contra conductorem, vt
 bene ibi notat Angelus: quia eo
 iure digestorum per liberam per-
 sonam obligatio adquiri non po-
 test l. ea quæ ciuilitur D. de acqui-
 rerum do. & l. quæcumque gerim-
 us. D. de actio. & obligat. etiam
 nec per personam mariti l. ex pec-
 unia. C. de iure dot. Vnde, quam-
 uis soluto matrimonio si vxor no-
 llet stare locationi, per maritum
 cogeretur nedum ope exceptio-
 nis, sed etiam actione personali
 forte mandati, arg. tex. in l. sane vi-
 dendum D. de iure dot. tamen ip-
 se maritus solus est, qui conducto-
 ri tenetur: ac ideo si aliquid eue-
 niat in re locata, propter quod ma-
 ritus a conductore conuentus cõ-
 demnetur, inquit l. C. in dicto §.
 Si vir: quod exceptione aut rei do-
 talis retentione sibi prospiciet, do-
 nec vxor caueat id totum præsta-
 turam se esse: & econuersò, cum
 solus vir actionem habeat aduer-
 sus conductorem pro locationis
 mercede, is teneatur cauere mu-
 lieri, quidquid ex die matrimonij
 soluti ex locatione fuerit consecu-
 tus, illi se esse restitutum. In tu-

to autem & curatore aliter ob-
 seruatur, quia specialiter ex eo-
 rum contractu, pupillo & mi-
 nori actio utilis queritur, ex no-
 tatis in dicta l. si tutelæ. D. de ad-
 min. tuto. & econtrario vtiliter
 quoque obligantur. l. quotiens.
 vbi glossa. verbo. suo nomine. D.
 eo tit.

Summa capituli deci- mi noni.

- 1 **G**eneraliter omnes Regalem
 decimam debent.
- 2 Etiam nobiles ab hoc mune-
 re non eximuntur, & qua-
 re.
- 3 Exponitur cur forenses huic decima o-
 bligentur.
- 4 Qualiter acquiratur quasi possessio nõ
 soluendi gabellas.
- 5 Præscriptio centum annorum, aut anti-
 qua consuetudo, vel transcursus te-
 poris immemoralis, non excusat a
 gabella.
- 6 Quale esse debeat privilegium in hac
 materia: & de præscriptione exi-
 gendi gabellas, ad quam scientia
 & patientia Regis requiritur.
- 7 Nullus locus, aut villa, vel ciuitas alle-
 gare potest, quod nunquam in ea
 concessum fuerit ius istud nostris
 Regibus.
- 8 Regius fiscus gabellam non debet, &
 quid de aliis fisco.
- 9 Ecclesia, & ecclesiastica persona im-
 manes sunt, & quo iure, diuino vel
 humano, remissive.
- 10 Laici vendentes ecclesias liberi non sũt
 a solutione decimæ.
- 11 Traditur ratio l. 8. tit. 18. lib. 9. Reco-
 pilat. & explicatur praxis l. 7. tit. 9.
 lib. 5. ordina.
- 12 Limitatur & declaratur dicta l. 8.

- 13 Exponuntur quadam verba textus in dicta l. 3. tit. 18. lib. 9. Recopilationis.
- 14 Deciso textus in l. 31. & in l. 32. dicto tit. 19. lib. 9. Recopilatio. non habet locum, nec procedit in clericis emptoribus.
- 15 Emptores laici rerum ecclesie vel clericorum, liberas eas non accipiunt, quominus postea reuenditori decimam debeant.
- 16 Si res communis laici & clerici vendatur, pro parte laici Regia gabella debetur.
- 17 Declarantur quadam verba l. 6. tit. 18. lib. 9. Recop.
- 18 Resoluitur, an clericus prima tonsura decima solutione immunitatem habeat, iuxta textum in l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopil.
- 19 Prædicta l. 2. Recopilat. iuri Canonico contraria non est.
- 20 Notatur F. Angles Valentinus.
- 21 Defenditur dicta l. 2. Recop. & vera eius ratio traditur: ostensa differentia inter eos clericos habentes beneficium, & non habentes.
- 22 Traditur alia differentia inter eos clericos iuxta Bartoli sententiam.
- 23 Clericus prima tonsura habens collationem beneficii, non quædat privilegium immunitatis, nisi vere illud possideat.
- 24 An, quod dicitur de beneficio, dicendum sit de pensione.
- 25 Assignatur ratio ad S. Concil. Tridenti. dum non admittit pensionem ad hoc, ut quis sub eo titulo ordinetur.
- 26 An clericus prima tonsura habens cappellaniam, immunis sit à gabella solutione.
- 27 Conductores reddituum ecclesiasticorum, à Regia decima solutione non sunt immunes, si eos redditus vendiderint.
- 28 An laici tertias decimales habentes, ex fructuum venditione immunes sint.
- 29 Qualiter in foro conscientie securi sint illi laici tertias obtinentes à manu Regis.
- 30 Traditur vera resolutio questionis, de qua supra num. 28.
- 31 Laici possidentes tertias, nullum ius spirituale habent.
- 32 Si laicus possidens Tertias, eas venderit, venditio valet.
- 33 Laici possidentes Tertias à manu Regis, bona conscientia obtinent, ipso etiam iure inspecto præter consuetudinem.
- 34 Proponitur questio, cur qui tertias habent, soluere gabellam debeant: & tamen charitatiui subsidij oneribus obligantur.
- 35 Resoluitur ea questio.
- 36 Pontifex beatus XII. concessit tertias, Regi Alfonso undecimo.
- 37 Bene potest Papa tertias semel concessas charitatiui subsidio diminueret.
- 38 Qualiter legitima clericorum hereditas ad heredes pertineat.
- 39 Bonis venditis ex iacente hereditate clerici, an regalis decima soluenda sit.
- 40 Resoluitur ea questio.
- 41 Executio potest fieri in armis & equo, quæ reperiuntur iacente nobilis debitoris hereditate.
- 42 Ampliatur hæc præcedens resolutio.
- 43 Ampliatur resolutio, de qua supra n. 40.
- 44 Explicatur, qualiter privilegium foriduret in bonis clerici defuncti.
- 45 Bona clericorum nullum speciale privilegium habent quoad gabellas.
- 46 Si clericus vendat rem alienam, ut suam, gabellam non debet.
- 47 Explicatur, quando bona clerici gaudeant privilegio ipsius clerici.
- 48 Traditur, qualiter mortuo episcopo, & eius bonis venditis, decima Regalis

- galis debeatur, necne.
- 49 Qualiter & quando possit episcopus testari.
- 50 Venditis bonis nouitij religiosi, decima debetur.
- 51 Clerici negociatores decimam debent, & quo iure, exposita. l. 5. titulo. 1. lib. 2. Recopilat.
- 52 Quis dicatur negociari.
- 53 Dubitatur, qualiter accipi debeat hæc clericorum negociatio, ut gabella subiiciantur.
- 54 Eatenus licita est contra clericum exactio gabella ratione contractus, quatenus ei est illicitus ille contractus.
- 55 Non negociatur, nec gabellam debet ille clericus, qui sic emit rem aliquam etiam reuenditurus, ut in ea cum sua persona & industria aliquid operetur.
- 56 Clericus emens equum aut mulam, ut cultiorem reuendat, etiam aliquid lucraturus, Regiam gabellam non debet.
- 57 Traditur de clerico emente vvas, ut vinum reuenditurus faciat: & de eo, qui venam ferri emerit, ut ferrum confectum vendat.
- 58 Agitur de clerico, qui oves, aut vaccas emit, & fructus natos vendiderit, an gabellam debeat.
- 59 Limitatur & declaratur communis Summistarum sententia circa monasterium emens venam ferri, aut alterius metalli.
- 60 Clericus emens fundum, qui fructus pendentes habeat, si eos fructus collectos vendiderit, Regiam decimam debet.
- 61 Quod si vaccas aut oves prægnantes emerit, & fetus natos vendiderit, decima non obligatur: & vtriusque dicti ratio detegitur.
- 62 Ardua questio proponitur, an clericus conducens & seminans aliena prædia, fructusque inde natos & collectos vendens negociari dicatur, ut decimam debeat.
- Opinio Montalui refertur.
- 63 Ut clericus negociator decimam Regalem debeat, illud oportet, quod sua negociatio illicita ei sit iure Canonico.
- 64 Ut clericus vendens gabellam debeat non illud sufficit, quod rem a se venditam illicite adquisierit: sed & necessarium est, quod sic vere negocietur.
- 65 Negociari dicitur is, qui ex quocumque contractu sine venditionis, sine locationis, aut aliis acquirit, ut vendens lucrificat.
- 66 Clericus conducens fructus decimales alicuius territorij, vel fabricæ alicuius ecclesie, & illos vendens gabellam debet.
- 67 Generaliter clericis prohibitum est iure Canonum aliena prædia conducere.
- 68 Qualiter agricultura a negociatione differat.
- 69 Clericus conducens & seminas aliena prædia, & inde collectum fructum vendens, decimam debet, quia negociatur.
- 70 Agricultura, quæ ab antiquis laudata est, ea esse ostenditur, quæ in proprijs agris, non vero quæ in alienis exercetur.
- 71 Satisfit argumentis, quæ vrgent contra eam sententiam, de qua supra nume. 69.
- 72 Deciso textus in §. vendita, institutus de rerum diuisione. procedit quoque in locatione.
- 73 Consideratur alia ratio pro clerico conducente.
- 74 Satisfit prædictæ rationi.
- 75 Clericus emens fructus in alea, iuxta l. nec emptio. vers. aliquando. D. de contrah. empt. & eos vendens gabellam, debet.

- 76 Satisfit alij obiectioni.
- 77 Clericus conducens hortum, vel agrum plenum arboribus, & fructus naturales inde collectos vendens, decimam debet.
- 78 Quod dicitur clericum conducentem pradia aliena, & fructus vendentem, gabellam debere: intelligendum est, prater eum, qui iuxta Canones licite conduxerit.
- 79 Ut clericus negociator decimam debeat, nulla precedens monitio necessaria est: & ratio traditur.
- 80 Exponitur l. 4. titu. 4. lib. 6. ordin. & l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina.
- 81 Si clericus emat rem pro suo vsu, quam postea ex accidenti vendiderit, gabellam non debet.
- 82 Poena reuenditoris tritici, iure Regio, non habet locum contra eum, qui ex accidenti reuendiderit.
- 83 Declaratur l. 7. ibi. E. yglesias. titu. 18. lib. 9. Recopilar.
- 84 Clerico vendente ex negociatione, qualiter & coram quo iudice, & a qua persona gabella exigenda sit, late declaratur.
- 85 Si dubitetur, an clericus fuerit negociatus, quis erit iudex causae.
- 86 Exponuntur verba dictae l. 7. Recopilar.
- 87 Clericus, qui semel negociatur, gabellam debet, licet non sit mercator.
- 88 Ex quacunque re vendita per clericum in modum negociationis, gabella debetur.
- 89 Eremitae non clerici, si quidquam vendiderint, immunes non sunt in hoc regno.
- 90 Hospitale approbatum, ecclesiae privilegio gaudet.
- 91 Quid de sororibus beati Francisci.
- 92 Qualiter fratres ordinum militarium gabellam debeant, exposita ratione l. 9. tit. 18. lib. 9. Recopil.
- 93 Aliqui regij artifices, & officiales gabellam non debent: & quare.
- 94 Per quot gabellae solutiones privilegium immunitatis perdat remissive.
- 95 Caecus & alij excusati a personalibus & patrimonialibus muneribus, a decima Regali non excusantur.
- 96 Notatur Pontifex in cap. licet. de censibus.
- 97 Decima huius regni nec patrimoniale nec personale, nec mixtum munus est, sed quid neutrum.
- 98 Coactus vendere, an a decima excusetur.
- 99 Traditur scripta resolutio in hac quaestione, & eius fundamenta referuntur.
- 100 Iuste coactus vendere per magistratum, aut legem, decimam debet.
- 101 De alijs tributis ad regalem decimam non licet arguere.
- 102 Exponitur l. Caesar. D. de publica.
- 103 Exponitur l. fina. §. si propter necessitatem. D. eodem titu. & l. 1. C. de naufragijs. lib. 11.
- 104 Nulla ratio est, cur coactus vendere, privilegium exemptionis habeat.
- 105 Declaratur communis distinctio inter necessariam & voluntariam venditionem.
- 106 Cum quis vendit coactus, veram venditionem contrahit.
- 107 Venditio non contrahitur, nec decima debetur in casu. l. 2. titu. 1. parte. 2.
- 108 Si quis cogitur vendere, damnum decimae debet ei resarciri: & ex toto gabella debetur.
- 109 Limitatur praedictum, nisi rei venditae pretium a lege taxatum sit, ut in hordeo & tritico.

De

De personis, quae decimam immunitatem habent.

CAPUT. XIX.



1 **V**endendo, aut * permutando in his Regnis Castellae & Legionis, omnes homines ad Regiam decimam obligantur, cuiuscunque sexus, aetatis, religionis, conditionisque sint: siue (inquam) masculi, siue foeminae, siue maiores, siue minores, siue Christiani, siue ethnici: siue particulares personae, siue vniuersitates & loca: & siue nobiles, siue ignobiles, vel quacunque dignitate conspicui, quales sunt Comites, Marchiones, & Duces l. 4. in quate. gabella. & l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilar. Quae * non ideo iniustitiae arguenda est, quod nobiles quoque ut dixi, & viros clarissimos comprehendat: quos tamen antiquissimum Hispaniae ius ab omni tributo liberauit, siue exemptos esse declarat, ut eleganter resoluit Otalora de nobilitate. 2. parte. capit. 4. & parte. 5. cap. fina. in principio. quia cum plebs reliqua potius non esset, omnes necessarios sumptus Regibus nostris suppeditare, propter magnam fortassis Hispaniae nobilitatis multitudinem, aequitas fuit, ut nobilium auxilio eleuaretur, ut recte considerat F. Dominicus Soto lib. 3. de iustit. & iure. quaestio. 5. art. 7. & vide quae supra dixi in praefatione num. 33.

3 Quinimmo * aduenae & alienigenae, qui in his praedictis Regnis vendiderint, aut permutauerint, huic decimae subiiciuntur, ut constat ex l. 24. tit. 19. lib. 9. Recopilar. & resoluit Menchaca. lib. 3. controver. vsu frequent. cap. 52. nu. 2. & Bertachinus de gabellis. 7. parte. num. 6. idque iusta ratione, quia in totius regni vtilitatem & defensionem hoc ius Regale penditur, argu. text. in Auth. demanda. principi. §. publicorum. quo casu & peregrinos grauare debent Regnicolarum tributa, ut tradit F. Iosephus Angles, in suis floribus Theolo. quaestionum. in quaestione de restitutio. vectiga. 2. dubio. difficultate. 6.

4 Nec * excusari quisquam potest ex eo, quod alleget & probet, se nunquam talem decimam soluisse, ac proinde se esse in quasi possessione non soluendi, ut probat dicta l. 1. ibi. No embargate que digan, que nunca la pagaron, & que estan en possession de la no pagar. tit. 18. lib. 9. Recopilar. quia in his incorporabilibus vel factum aliquod contradictionis requiritur, ut quasi possessio adquiratur, ex doctrina glossae in l. qui luminibus. D. de seruit. verba. l. 1. C. de seruit. & aqua. tradit Bartolus in l. sicuti. §. sed si quaeratur. D. si seruitus vendi. & expresse in proprijs terminis, de quibus agimus, tradit Petrus Rebuffus ad leges. Galli. 3. tomo. tractatu de materijs possessorijs. in praefatione num. 159. & circa istam quasi possessionem non soluendi vectigal, vide Boeri. decisio. 246. quem allegat Auenda. de exeq. manda. 1. parte. capitul. 1. numero. 21. versiculo. quibus potest accommodari, & non ab non. Sed

5 Sed & quamuis iura gabellarū, & alia iura Regalia præscribi queant, vt tradit textus in capi. super quibusdam. 6. præterea, de verbo. signi. Bart. in l. si publicanus. 5. fina. D. de publica. & late resoluit Laur. Syluanus consilio 96. incipit, prima fronte, ex num. 4. & habemus textum generalem in l. 1. titulo. 15. libro. 4. Recopilatio. in materia istius decime nō procedit præscriptio quantumuis lōgissima, quia expressè prohibetur per dictam l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. quod recte potest facere, vt in terminis illius legis tradit Menchaca de succes. creat. 1. parte. lib. 1. 5. 10. num. 22. & 5. 26. nu. 140. lib. 3. Immo * nec transcurfus tanti temporis, cuius initij memoria non sit, excusabit ab hoc munere: quia licet vim priuilegij habeat, iuxta l. 3. 5. ductus aquæ. D. de aqua quotid. & æstiu. non omne priuilegium sufficit in hac materia, nisi in libris Regiis scriptum reperiatur, vt bene tradit Auendanius de exeque. manda. 2. parte. capit. 4. numer. 27. vsque in finem. etenim quodcunque aliud priuilegium iniustum, & indebitè extorsum datumque esse intelligitur iuris præsumptione, de qua in dicta l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat. prout sæpe factum est tempore multorum Regum hispaniæ, qui Maurorum bellis intestinis, & frequentibus subditorum rebellionibus magnopere ac multotiens sunt conturbati, eorumque patrimonium Regale velut oppressum, & magna ex parte diminutum fuit, vt constat ex historia, & tradit expressè l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopilat. licet eam sanè legem non de præscriptio-

ne non soluēdi gabellam ex propria persona, sed de præscriptione iuris exigendi gabellas ab aliis personis, loqui appareat, quæ de re videndus est Auilesius in capit. prætorum. 12. verbo. *Alcaualas*. & Auendanius vbi supradicto capi. 4. numero. 20. & Matthæus de afflictis decisio. 400. numero. 12. vbi resoluit, in ista quasi possessione exigendi gabellas, scientiam & patientiam Regis requiri. Atque ideo, cum in illo casu non soluendi gabellas ex propria persona immemorialis etiā consuetudo & præscriptio tanquam iniqua reprobetur, & irritetur à prædicta l. 1. Recopilati. fit consequens, vt nunquam prodesse possit alicui, nec legi debeat derogare, quæ de venditionis ac permutationis decima lata est, siue consuetudo illa præterita, siue futura sit post legem introducta, post legem scilicet, quæ illam reprobat, ex traditis per Couar. lib. 3. varia. resolut. cap. 13. num. 4. & bonam glossam doctoris de Accuedo in l. 3. verb. *aunque se diga. ti.* 1. libr. 2. Recopilati. & expressè in nostris terminis circa intellectū dictæ l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilati. quæ erat l. 4. in quat. gabel. tradit & resoluit Gregor. Lupus in l. 6. verb. *tributos*. tit. 29. parti. 3. Atqui istud quidem, quod de immemoriali præscriptione diximus, intelligendum est in gabella seu *Alcauala*, qua de agimus, nam reliqua tributa facilius præscribuntur, vt dixi: & bene aduertit Olanus in antinomia iuris litera P. num. 49. in fine. qualiter autem in prædicta l. 1. Recop. præscriptio & consuetudo differant, collige ex notatis per Corneum consilio. 268. num.

7 numero. 16. & 17. volumine. 4. Sed nec * præterea proderit allegare, quod nunquam eo locis in quo exigitur, talis decima soluta & exacta fuerit, non tãquam consuetudine præscripta, ne obftet dicta l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilatio. sed tanquam Regibus Castellæ & Legionis in eo loco à principio non concessa: prout in fauorem cuiusdam loci se ab huiusmodi tributo excusantis allegabat quidam solennis aduocatus me presente in curia Regia: etenim istud credibile non est, immo falsum esse conuincitur ab historia, cui standum est ex notatis per Bart. in l. 1. num. 22. D. si cert. pet. ex qua constat, omnia loca, omnesque villas, & ciuitates huius regni Castellæ & Legionis, hanc decimam concessisse, & pependisse regi Alfonso vndecimo, prout tradidimus supra in præfatione. nume. 20. Quicumque ergo locus, aut quæcunque particularis persona se exemptum, & à solutione huius gabellæ liberum esse cõtendat, priuilegium scriptum & in Regalibus libris exscriptum debet ostendere: quia nulla omnino nec immemoriali possessione vsu, prescriptione, & consuetudine excusari potest, quominus generale hoc tributum soluat l. 15. in fine. dicto tit. 18. lib. 9. Recopilati. eo quod vt inique & irratiōnabiles, illiusmodi consuetudines, & præscriptiones à lege iustissima reprobantur, equa illa ratione, de qua in dicta l. 2. tit. 15. lib. 4. Recopil. ibi. *A lo qual dieron causa las turbaciones y mouimientos pasados destos nuestros reynos*. quæ qualia fuerint, rectè agnoscet ille, qui Regis Henrici quarti historiam

perlegerit. Sunt autem res, sunt & personæ & loca, quæ ex particulari vniuersuicuiusque ratione, istius decime liberationem meruerunt indulgentia principis, vt satis constat ex dicto tit. 18. per totum. libr. 9. Recopilatio. ac prius de personis videamus, seruato ordine Iustiniani in 5. fina. Instit. de iure natu. Et primo * constat fiscum Regium gabellam non debere, in quacunque istius regni parte Rex ipse vendiderit, siue (inquam) in regali loco vendat, siue in alieno, nempe alicuius domini particularis, ex dispositione l. 3. quæ sic debet generaliter intelligi, dicto tit. 18. lib. 9. recopilat. quia, vt diximus supra cap. 18. numer. 95. iura ista regibus debentur à vassalis & subditis, non etiam ab ipsismet regibus, ne sibi ipsis aut aliis tributarij sint, vel quasi, quod est impossibile: etenim nulli persona vel res sibi ipsi seruire potest l. vti frui. D. si vsus fructus petat. & cum regum causa ea tributa inuentã sint, absurdum esset eis iuribus reges subijci, argu. textus in l. in pecudum. D. de vsuris. & l. verus D. de vsu fructu. & in hac necessaria ratione fundata est dicta l. 3. recopilat. & l. licitatio 3. fiscus. D. de publi. non in aliquo fisci priuilegio, vt bene ibi explicat Bartolus: quicquid priuilegium esse dixerit Io. Parlado. lib. rerum quot. cap. 3. 5. 1. num. 21. & quicquid Regem ipsum Alcaualam debere male dixerit Petrus Lopetius de Ayala in Chronica Regis Petri anno secundo sui Regni. cap. 18. prope finem. & vulgares in proverbio habent, dicentes, prout milles audiui, quod nec Rex ipse ab isto iure excusatur: quod falsum est, & pro

pro exaggeranda huius tributi generalitate dictum puto. Immo nec alij domini gabellas suæ iurisdictionis habentes isto iure obligantur, in ea scilicet iurisdictione vendentes aut permutantes, vt explicuimus supra di. cap. 18. nu. 94.

9 Ceterū * inter priuilegiatas personas præcipuum locū tenēt ecclesie, ecclesiasticæq; & religiosæ personæ, ac monasteria vt scilicet tributum istud non debeant, vt tradit l. 6. dicto tit. 18. lib. 9. Recopil. quicquid aliud determinatum fuisset in his Regnis ante prædictam legem, tempore Regis Ioannis. II. vt refert ac late disputat, iniusteq; defendit Montaluis in l. 50. verb. *que Pharaon.* tit. 6. partita. 1. erat enim iure communi satis expressum, clericos ab huiusmodi iuribus exemptos esse, vt constat ex cap. quanquam. de censibus. lib. 6. & clement. præsent. eo. titu. & tradit Abbas in cap. 1. nume. fina. de censibus. cap. non minus. num. 21 de immuni. eccles. Bert. Fir. de gabellis. 7. parte. nu. 8. Decius conf. 496. volum. 2. & aduertit Did. Peret. in l. 1. glos. 1. col. 93. in fine. tit. 3. lib. 1. ordina. siue ius illud diuinum, vt magis est, siue humanum dici debeat, ex traditis per Ioan. à Medina de restit. quæst. 15. vbi agit, an clerici iure diuino, vel priuilegio principū à tributis eximantur.

10 Istud autem * ecclesiasticū priuilegium ita intelligendum est, vt non quemadmodum clerici aut ecclesie vendentes immunes sunt, ita & hi, qui eisdem vendiderint, immunes fiant: quia immo regali decime subiiciuntur, nisi aliunde priuilegium habeant, sicut ceteri venditores: quia non propterea qd carius inde clerici emant ab i-

stis venditoribus propter onus gabellæ pluris ex eo vendentibus, iuxta illud, qd ex Aemilio Ferrero in annotat. ad Corn. Tacitum lib. 13. anal. n. 14. diximus supra cap. 15. nu. 2. in fine. & clerici ipsi attestantur apud rex. in l. 8. di. tit. 18. lib. 9. Recop. fieri debet, quominus venditores isti regale ius pendant: sicut & portorium & pedagium solunt, ac cetera iura regalia mercibus imposita, quauis clericis quoq; sicut & laicis vendenda sint: quicquid inter actum cum ecclesia factum, & actum separatim non male videretur in hac materia distinguere Baldus con. 31. statutis. lib. 1. quem refert Lau. Silua. conf. 9. vo. 1. nec istud dici potest contra libertatem ecclesiasticam esse, siquidē circa res laicorum & eorum contractus versatur, quamuis inde dānum aliquod ecclesiasticis personis prouenire videatur, ex ijs, que in alio proposito resoluit Maranta in practi. disputatio. 8. ex n. 25. & allegat Mexia in pragm. panis. conclu. 5. n. 39. atq; ita iuste decisum extat in dict. l. 8. Recop. cuius hæc est vera ratio decidendi.

11 Quia * immo propter clericorū iactantiam, qui dicebant, vendentes sibi quascunq; res, immunes à gabella esse, optime statuitur in ea lege ad omnem fraudem evitandā vt res ipsæ, quæ clericis, ecclesiis, aut monasteriis à quocunq; laico venditæ erunt, tacite hypothecatæ intelligantur pro gabella: quo casu lex ipsa præuenit rerum alienationem, eas scilicet pignorado, antequā in dominium clerici emptoris transeant, iuxta consilium Bartoli in l. rescripto. §. fina. D. de mun. & honor. cuius opinio vel in eo quidem casu sustinenda est, cū

de vi

de vitanda fraude agitur, non de damno Ecclesiæ inferendo, vt euenit in dicta. l. 8. Recopila. ne scilicet debite obventiones & iura regalia deficiant, iuxta latè tradita per Dida. Peret. in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordina. col. 90. etenim quādo ad obuiandum fraudibus lex secularis fertur, etiam contra clericos, seruanda est & valet, vt notat Petrus Ancharr. confil. 11. factum super quo petitur. quem allegat Mexia supra nu. 38. Ex quo subinfertur iniustā esse. l. 7. tit. 9. lib. 5. Ordina. dum rebus Ecclesiæ venditis quantum imponit fisco soluendū: quia ibi non tam de præcauendo antiquo tributo, ordinarioq; Regio iure, vt sit in d. l. 8. Recop. quā de nouo imponendo agitur in dānum Ecclesiæ: vt merito seruandā non esse dicat Io. Matientius in l. 11. gl. 5. ex n. 4. tit. 10. lib. 5. recop. Sed * adhuc eam. l. 8. tit. 18. lib. 9.

12 Recop. ego intelligerem, cū vel venditor laicus forēsis est, aut potentior persona ex illis, quas supra declarauim⁹ cap. 15. nu. 10. vel cū clericus emptor contractum non manifestauerit gabellario intra tempus aliās laicis emptoribus statutū in l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recop. vt scilicet, quibus casibus laicus emptor ad totam venditionis gabellam, quæ solet venditori incumbere, obligatus manet legali ac personali obligatione, de qua in dictis iuribus, clericus ille emptor ex legali rei venditæ pignore teneatur: & quidē non semper & in omnem euentum, vt ceteri emptores laici, sed in subsidium duntaxat, quando scilicet à venditore commodè gabella exigi non possit, propter vitandam fraudem, quæ facillè aliās posset committi,

vt expressè tradit dicta. l. 8. Recopilatio. ibi. *Y si los vendedores no pudieren ser habidos.* * Quæ verba commodè debent intelligi, iuxta. l. Ne pos Proculo, 125. D. de verb. sign. & quæ tradit Decius confil. 555. nu. 13. vol. 2. ita qd si laicus venditor ex potentioribus non esset, de quib⁹ in d. l. 32. & clericus emptor venditionem manifestasset gabellatio infra tempus d. l. 31. in fi. cū hoc casu laicus emptor ad nihilū etiam ratione pignoris teneatur, siue veditor haberi queat, siue nō, vt notauimus supra cap. 18. n. 55. & constat ex d. l. 31. & l. 32. nec quidem clericum istum emptorē teneri dicendum videtur, quamuis veditor haberi nequiret, ne peioris conditionis sit, quā laicus, qd Christianissima nostra tēpora, ac Philippo Rege nostro felicissima non patiuntur. Nec obstant verba generalia prædicta l. 8. ibi: *que siempre y en todo caso, y en todo tiempo.* quæ certè eaverba deficiūt in. l. 3. quat. gabell. vnde lex illa desumpta est. Ac præterea si laicus venditor commodè haberi & capi possit, siue capiatur per gabellarium, nullo casu emptor clericus conueniri poterit, nempe, siue pretium vsq; ad quantitatem gabellæ non retinuerit, cū venditor potentior persona esset iux. d. l. 32. siue gabellariū certiorē non fecerit celebratæ venditionis, iuxta d. l. 31. quia pignus illud legale, de quo in dicta l. 8. solum habet locum, quando venditor haberi nequit, vt explicuimus. * & prædicta. l. 31. & l. 32. tit. 19. lib. 9. Recopilat. vt pote quæ emptorum personas obligēt ad gabellæ solutionem, clericos non comprehendunt, nec comprehendere voluisse possunt intel

Mm ligi,

14 Igi, ex privilegio dictæ. l. 6. tit. 18. lib. 9. recopilat. nisi cum ex negotiationis causa emerint, quia tunc ut vere laici tenebuntur ad omnes pœnas emptoribus impositas circa decimam, sicut & ex ea causa venditorum tributa subeunt, ut dicam inf. n. 51.

15 Sed * nec immunes sunt ij, qui a clericis, ecclesiis, aut monasteriis aliquid emerint, ut tradit Tiracquel. de re tra. ligna. s. 1. glo. 13. num. 12. & additio Baptiste a villa lobos in tract. comu. opinio. sub litera. G. num. 1. & Boerius decisione. 213. nu. 19. ubi recte resoluit, quod si res aliqua vendatur ab Ecclesia, non ideo transit libera ad emptorem, quominus reuenditur gabellam debeat, per textum in l. licitatio. s. fina. D. de publica. & tradit quoque Syluester in summa. verbo. excommunicatio. 9. nu. 48. & Montanus in l. 5. in fine glossæ. tit. 7. par. 5. cuius resolutionis ea est vera ratio, quia hæc gabella reuenditionis, non soluitur ex contractu inito cum ecclesia aut clerico, sed ex contractu distincto postea per emptorem celebrato cum alia tertia persona, ex quo nulla ratio impedit, quin gabella debeat & peri possit, ex eleganti distinctione Bal. cõsi. 31. incipit, statutis ciuitatis. nu. 2. lib. 4. de qua supra n. 1. ad finem.

16 Quinimmo & illud quoque anno tantum est, * quod qui simul cum clerico, aut alia excepta persona vno pretio vendiderit eam rem, quæ sit vtriusque communis, a gabella non excusabitur: nam licet eo modo contracta venditio indiuidua sit, ex l. q. si vno. D. de in die addict. decima recte diuidetur iuxta pretij partem, quæ laici portionem in ea re communi vendita tangere videatur, & sic exigetur a lai-

co, & non a clerico, iuxta ea, quæ contra Hippolyt. sing. 180. resolut Couar. in pract. quest. cap. 34. nu. 2. quæ refert & sequitur Vid. Perer. in Rub. ti. 1. lib. 3. Ordin. col. 748.

17 & * confirmatur ex verbis tex. in d. l. 6. titu. 18. lib. 9. Recop. ibi: *Por lo que a ellos toca, y puede tocar: vbi si rem meam cum re clerici permutatione, quamuis vnicum negotium est, ex sola parte clerici immunitas ecclesiastica locum habet: cæteram ego ex mea parte gabellam deo, nec excusor focij privilegio, ut tradit Fede. de Senis cõsi. 111. incipit, quæstio talis est, an dicecesanus. col. penult.*

18 Et * cum appellatione clericorum illic quoque intelligatur, qui prima tantum tonsura est: insignitus, præcipue in fauorabilibus, ut tradit Abbas in Rub. de vita & honesta. cleri. & gloss. in cap. 2. de præben. ac resolut Pererius vbi supra, col. 106. probabiliter dubitatur, an a decimæ solutione immunis sit, velut quilibet alius clericus ex d. l. 6. Recop. & quidem si ille clericali habitu utatur, nec coniugatus sit, immunem esse aperte voluit Pererius in d. l. 1. glo. 1. colu. 99. vers. clericus etiam coniugatus. titu. 3. lib. 1. Ordin. & videtur tex. expressus in l. 23. titu. 4. lib. 4. Ord. vbi Pererius quoque in glossa finali ait, notandum esse, quod clericus primæ tonsuræ gaudet clericorum immunitate, de qua in l. 3. quat. gab. quæ est hodie d. l. 6. Recopil. Sed profectio ista sententia hodie non procedit, quia illud privilegium clericum primæ tonsuræ etiam habentis ea omnia, quæ de iure requiruntur quoad habitum & alias: solum est & operatur quoad prærogatiuam & exemptionem fori in cau.

in causis criminalibus, prout tradit & loquitur S. Concil. Trident. sessio. 23. cap. 6. secus autem quoad tributorum, seruitij Regalis, aut huius decimæ solutionem, quæ ex venditione & permutatione debetur: nisi is coniugatus non sit, & ultra alia requisita, de quibus in dicto Concilio cap. 6. ecclesiasticum beneficium verè & actualiter obtineat, ut tradit & disponit. l. 2. quæ est nostri ac magni Regis Philippi II. quem Deus nobis ac diu seruet incolumem. titu. 4. lib. 1. Recopilat. vbi vide glossam Doctoris Azeuedo, & Olanum de antinomiarum concordia. litera. C. nu. 21. & Couarru. in pract. quest. cap. 31. num. 32.

19 Illud * autem magnopere considerandum, & aduertendum est, quod dispositio dictæ. l. 2. titu. 4. lib. 1. Recopilat. cum qua est totus Hispaniæ usus licet contrariari videatur iuri canonico, ut alias colligitur ex resolutione Ioannis a Medina in Codice de restitutione. quæstio. 15. vbi in principio ait, primæ tonsuræ clericos hac gabellarum immunitate gaudere: & videtur quoque velle Couarru. in dicto cap. 31. num. 9. ad finem. Contraria cerè non est ex sententia F. Iosephi Angles in prædictis flor. Theolog. quæstio. de restitutio. vectiga. 1. dubio. difficultate. 5. ea assignata ratione, quæ in cap. quanquam. de cõsibus. lib. 6. & cap. aduersus. & cap. meminimus. de immun. Ecclesia. solum fit mentio ecclesiasticorum: habentes autem primam tonsuram, non sunt ecclesiastici, ut ille ait: quamuis enim privilegio canonis. si quis suadete. 17. quæstio. 4. illi gaudeant; non tamen privilegio fori,

20 iuxta S. Concil. Trident. sessio. 23. cap. 6. * Sed profectio nemo erit, qui Hispaniæ usum in hac re, & leges nouerit, qui aperte non intelligat parum firmam esse hanc rationem viri doctissimi: quia dables sunt tres casus, in quibus iuxta decreta sacri Concilij, habentes primam tonsuram gaudent & gaudere debent privilegio fori: nempe si non coniugati & habentes habitum clericalem, in aliquo ministerio & officio seruiant Ecclesiæ: vel beneficium ecclesiasticum obtineant: vel de licentia Episcopi, quasi ad alios ordines puencturi in aliqua approbata vniuersitate studeant, ut constat ex dicta sessione, 23. cap. 6. & l. 1. titu. 4. lib. 1. Recopilatio. & tamen non nisi in illo vno casu, quo ecclesiasticum beneficium actualiter obtineant, a tributorum solutione immunes sunt: licet & in reliquis duobus casibus seruitij & studij, privilegio fori gaudere plusquam manifestum sit, videanturque ideo ecclesiasticæ personæ debere nuncupari, cessante ratione illius patris.

21 Adhuc * verò dicendum est, iustissima ratione niti dispositionem dictæ. l. 2. titu. 4. lib. 1. Recopilatio. quia ultra quod fundata est in antiquo Hispaniæ usu & consuetudine, quæ in his clericorum immunitatibus plurimum valet, ut considerat Couarru. in dicto capit. 31. num. 9. ad finem. ea elegans ratio dari potest, quia habentes primam tonsuram, quicquid in eis omnia alia requisita ad privilegium fori necessaria concurrant, ecclesiastici omnino non sunt: si ecclesiasticum beneficium non habeant: & ideo gabellarum immu-

mitate gaudere non debent tã iux-
ta ius canonicum, quod de eccle-
siasticis personis expresse loqui-
tũr in d. cap. quanquã. de cõsibus.
lib. 6. & in alijs iuribus, quam iux-
ta ius regium, de quo in dicta. l. 6.
iuncta dicta. l. 2. Recopi. quia hic
solus, videlicet primam tonsuram
habens cum ecclesiastico benefi-
cio, aptus est & idoneus altiore
ordinem suscipere, & ad vltimum
sacerdotij gradum & culmen per-
uenire ex S. Concilio Trid. sessio.
21. in Decreto de reformatione.
cap. 2. vt autẽ reliqui primam ton-
suram sine beneficio obtinentes
ab altiori ordine repelluntur, nec
admittuntur ab Ecclesia, siue pro-
pter indigentiam, siue alia ratio-
ne id fiat: ita non verẽ & omnino
ecclesiastici iudicandi sunt: & ad
tributorum & gabellarum solutio-
nem, vt verẽ laici a lege ipsa recte
reputantur: & hæc est vera ac fun-
damentalis ratio illius. l. 2. Recop-
pil. dũ quoad tributa & gabellas,
clericum primæ tonsuræ beneficiũ
ecclesiasticum obtinentẽ ab alijs
duobus feruenti & studenti dis-
cernit: cũ tamen eos omnes quo-
ad forum æquiparauerit S. Conci-
lium vbi supra: etenim illi primos
ordines & beneficium obtinentes
pro sacerdotibus ferẽ haberi de-
bent, cum & apti sint & de proxi-
mo accingendi, cæteri autem mi-
nime. l. penul. D. de testa. militis.
cũ ibi notatis. & per Tiraquel. de
leg. connub. glo. 2. ex prin. præfer-
tim, quia cum in hoc maxima ef-
set ratio, vt saltẽ quoad ecclesiasti-
ci beneficij sui reditũ immunis fie-
ret, facile manus regie liberalitas
ad omne illius patrimonium ex-
tensa est, iuxta. l. beneficiũ. D. de
constr. prin.

22 Quinimodõ * multæ aliæ differe-
tiæ constitui solent inter prædictos
clericos in minorib⁹ constitutos
cum beneficio, & eosdem benefi-
cium non obtinentes: nempe illa
quam tradit Bart. in l. penul. nu. 3.
D. de concubinis. vbi ait, q̄ filius
natus ex soluta & clerico in mino-
ribus constituto ecclesiasticũ be-
neficiũ obtinẽt; legitimari nõ
potest per subsequens matrimo-
niũ: secus autem si clericus ille be-
ficiatus non sit: quam sententiã
plurimi secuti sunt, vt per Io. Lu-
pũ in cap. p vestras. 3. notabili. 6.
21. n. 21. vbi additio. & in. l. 9. Tauri
ri. nu. 39. quicquid cõtrariũ fit ve-
rius, vt per Couar. de spõsa. 2. par.
cap. 8. §. 2. nu. 5. & Mencha. lib. 3.
contro. vsufrequent. cap. 41. nu. 2.
Item & illi beneficiati ab aduoca-
tionis officio sunt prohibiti, secus
alias, vt constat ex cap. 1. de postu-
la. & l. 15. tit. 16. lib. 2. Recop. im-
modõ & tabellionatum exercere ne-
queunt, secus si beneficium nõ ha-
beant, vt resoluit Bern. Diaz regu.
657. vbi additio. & Couar. practi.
quæst. cap. 19. nu. 8. in. 3. & 4. con-
clus. sic intellecta. l. 20. tit. 25. lib.
4. Recopilati. & aliam differen-
tiam tradit Iulius Clarus lib. 5. sen-
ten. §. fina. quæst. 36. versi. hæc au-
tem. in fine.

23 Aduerte * autẽ, quod quamuis
regulariter, qui collationem bene-
ficij, & bonum ius in eo habet, li-
cet illud non possideat, clericus
beneficiat⁹ dici queat, ea ratione
quia qui actionem habet, rem ip-
sam pro qua competit habere, vlti-
detur, regu. qui actionẽ. de regu.
iuris. lib. 6. l. rem in bonis. D. de
acquiren. rerum dom. & alijs, que
tradit Gigans de pensio. quæstio.
94. num. 13. & fuffitius Couarrub.
lib. 3.

lib. 3. variat. resolutio. cap. 16. ta-
men prædicta. l. 2. titu. 4. lib. 1. Re-
copilat. expresse requirit, vt talis
clericus actualiter habeat benefi-
cium ecclesiasticum, ea ratione,
quia ante possessionem aptus nõ
est, nec admittibilis ad altiores or-
dines ex S. Concilio Trident. ses-
sio. 21. in decreto de reformatio-
ne. cap. 2. ibi. *Pacificè possidere.* at-
que ita cessat ratio superius con-
siderata nu. 21.

24 Sed * & antequam hinc disce-
dam, dua resoluenda sunt: primũ,
an quod de beneficio ecclesiasti-
co dicitur in dicta. l. 2. recopilat.
in pensioe locum habeat: & regu-
lariter dicendum est, quod non,
quia vt resoluit Gigans vbi supra.
quæstio. 28. licet pensio appella-
ri queat beneficium, non tamen
est, nec dici potest ecclesiasticum,
prout requirit dicta lex regia: pen-
sio enim nihil spiritualitatis ha-
bet, sed est quid profanum in me-
ra temporalitate consistens, ac pro-
inde laico conferri potest, vt per
doctores in cap. quamuis. de præ-
bendis. lib. 6. Nota tamen, quod si
pensio sit titulata, vt quia clerico
assignari consueta in titulum be-
ficij, verẽ est & dicitur beneficiũ
ecclesiasticum, vt habetur per do-
ctores in cap. conquarente. de cle-
ri. non reside. & idem ius erit de
vtroque in dicta. l. 2. Recopila. &
erit quoque idem, si ea pensio sit
reseruata in fructibus beneficij re-
signati ab ipso pensionario: quia in
fauorabilibus talis pensionarius,
ecclesiastic⁹ beneficiatus dicitur,
vt resoluit Gigans vbi supra. quæst.
25 94. nu. 8. * Iuxta quod fortassis in-
telligi debet S. Conci. Trid. sessio.
21. cap. 2. dum clericos seculares
obtainentes pensionem ad sacros

ordines nõ admittit: vt scilicet in-
telligatur, nisi vbi pensio benefi-
cium ecclesiasticum dici queat, &
sit ex supra resolutis.

26 Secundũ est: * an si clericus pri-
mæ tonsuræ habeat aliquã Capel-
laniam, gaudere debeat immuni-
tate d. l. 2. recop. quasi ecclesiasti-
cum beneficium obtinere videat-
tur. de qua re videndus est Guido
Papæ in quæst. 187. & Io. Lupus
in Rub. de don. inter vir. §. 16. nu.
14. Decius in consi. 121. & doctor
de Azevedo in glo. prædicta. l. 2.
vbi & de prestimonio loquitur in
glossa. l. 1. illius tituli.

27 Sed & præterea animaduertens
dũ est, * q̄ cũ laici nomine clerico-
rum, conductionisq; iure ecclesia-
sticis decimas & oblationes pos-
sint percipere, ex l. 9. tit. 17. par. 1.
& quæ tradit Couar. lib. 1. varia. re-
fo. cap. 17. n. 5. nõ ideo clericorũ
immunitate gaudere debent, vt ex
eorum fructuũ venditione & per-
mutatione decimã regalem non
soluãt, quin absq; dubio ad illam
obligãtur, eo q̄ ius istud immuni-
tatis, de quo in d. l. 6. recop. perso-
nis ipsis clericorũ non rebus con-
ceditur: & sic mutata persona ac
dominio, & rei quoq; qualitas ra-
tione personę competens mutari
debet. l. Paulus per procuratorẽ.
& ibi Bart. n. 3. D. de acqui. hære. &
l. cum patronus. & que ibi nota-
tur. deleg. 2. & faciunt tradita per
Did. Perer. in d. l. 1. colu. 90. tit. 3.
lib. 1. Ordin. & quæ dixim⁹ supra
hoc eodẽ cap. nu. 15. sicq; in spec-
cie tenet Mõral. in l. 3. tit. 14. part.
1. quẽ refert & sequitur Castellus
in l. 70. Tauri. verbo. *Y el alcavalã.*
1. additione. in fine. & in l. 13.
verb. *Veinte y quatro horas.* versi. ex
quo inferitur. vbi latẽ agit & tradit
Mm 3 Sylue

Syluester in summa, verbo: excommunicatio. 9. num. 48. atqui eo iure utimur, ut ait Parladorius lib. 1. quot. cap. 3. §. 1. num. 17.

28 De illis vero laicis, * qui decimas Ecclesiasticas habent iure proprio, iuxta quantitatem. l. 1. titu. 21. lib. 9. Recopilat. valde dubitatum est, an decimam pretij debeant ex eorum fructuum venditione, quos illo iure percipiunt. In qua

29 quaestione non illud disputo, * an isti laici in foro conscientiae, iure retineant istas decimas, quas Tertias appellamus, à manu Regis: Rex enim ipse quin iuste habeat, nemo est, qui dubitet ex ratione tradita per Pet. Rebuffum in tracta. de decimis. quaestio. 13. num. 110. & l. 23. vbi Montaluis titu. 20. part. 1. sed in his, qui à Rege habent, solum aduerto, quod Montaluis in repertorio legum Ordina. litera. R. post verbu. Item promissit Rex Henricus III. in additione magna, quae incipit. Item Rex Ioannes II. ad finem. versi. an autem tertia decimarum. rem istam late agit, & aperte resoluit, quod illicite possideant laici iura ista à manu Regis, & quod ita possidentes & recipientes sacrilegij crimine incurrunt, ex cap. dudum. de decimis. Tamē supposito, quod isti laici bono iure habent has tertias decimarum, saltem propter consuetudinem, quae sustinenda est, ut putat Gregor. Lupus in l. 22. glo. 1. titu. 20. par. 1. licet cogitandum relinquat Palatius Ruue. in repet. Rub. de donat. inter virum. §. 37. versi. praeterea ista donatio. num. 13. vbi additio aliqua allegat. pro resolutione nostrae quaestionis

30 sciendum est: * Quod aliud est ius decimandi, aliud bona ipsa deci-

malia, perceptiones, & fructus: etenim illud est spirituale, ut tradit Abbas in cap. ad haec. nu. 3. & 4. de decimis. & cap. 2. nu. 2. de iura. calumniæ. nec istud vendi aut in alium transferri potest sine ipsius Regis licentia, si credimus Palatius Ruueo vbi supra dicto num. 13. ipsa autem bona decimalia & fructus, quos eo iure laici aut clerici percipiunt, profana sunt, & de eis cognoscit iudex Ecclesiasticus dum sunt apud Ecclesiasticam personam: quod si apud laicum quocunque iure sint, secularis iudex est ad eundem, ex traditis per Castellum in l. 6. Tauri. verbo. *De qualiter calidad.* & in dicta. l. 13. Tauri. verbo. *Veinte y quatro horas.* versic. ex quo inferrur. vbi plenè fundat, & agit de hac re. Vnde absque dubio intelligo, quod cum res ipsa, quae venduntur, profanae sint in nostra quaestione, nulla quidem lege specialiter priuilegiata, & ipse venditor laicus quoque sit nullo iure exemptus, decimam pretij debet, sicut si quamcunque aliam rem vendidisset, instar coloni aut conductoris, de quo supra num. 23. nam licet, si Ecclesiasticus vendat eos fructus, immunis venditio est: is qui emit ab Ecclesiastico, & alij vendit, bene debet gabellam ex notatis supra nu. 15. & facit quoque, quia & alij sunt fructus alicuius rei, & alius est usus fructus eiusdem rei. l. vaccae emptor. D. de euctio. ita ut aperte constet, quod quauis ius istud Tertiarum aliquid spiritualitatis habeat, fructus ipsi profani sunt. * Praesertim, quia si exactius res ipsa perpendatur, nec ipse Rex, nec illi qui ab eo causam habent, ius aliquod spirituale habent Tertias istas obtinendo,

do, sed ius quoddam seculare in mera temporalitate percipiendi partem fructuum decimalium consistens: ac proinde ratione cuiuspiam spiritualitatis nemo eorum, qui has Tertias possideant, excusari potest, quominus ex venditione aut permutatione eorum fructuum decimam soluat. * Immo & si ius ipsum, quod habent, alicui vendiderint ex licentia principis, secundum quae supra diximus, valida venditio erit: quia non quid sacrum, sed seculare & profanum quoddam ius venditur: & decima pretij debetur, iuxta ea quae de iurium incorporalium venditione supra resoluiamus cap. 9. prout aperte colligitur ex ijs, quae tradit Fr. Do. à Soto. lib. 9. de iust. & iure. quaestio. 7. arti. 1. colum. penult. quem refert & sequitur Io. Garfia de expensis & meliorat. cap. 9. num. 97. * cuius viri doctissimi dictum valde nota, quia inde intelliges istos laicos bona conscientia iura ista possidere, etiam iure ipso inspecto praeter toleratam consuetudinem: quicquid contrarium dixerit Montaluis vbi supra: & quicquid Gregorius Lupus toleratae consuetudini attribuerit, prout voluit quoque D. Franciscus Sarmientus nemine horum relato; in tracta. de redditibus Ecclesiasticis. 4. parte. cap. 2. nu. 4. iunctis traditis per eundem in 2. parte. cap. 8. nu. 19. vbi etiam notabiliter dicit, istos laicos tertias possidentes teneri, eas, quae supersunt, in pios usus conuertere.

34 Verum his ita constitutis, * magna est, & ut multis videtur, penè inexplicabilis difficultas: cur scilicet Tertiarum domini tanquam Ecclesiastici in hac parte, ex earum

fructibus subsidium pendant, prout quotidie videmus, iuxta Bullam à Paulo III. Pontifice Maximo, Carolo V. Imperatori Regique nostro felicissimo concessam pro expugnatione Goletae & nouae Carthagini, quae vulgo *Tunex* appellatur, anno Domini. 1535. ut refert Pontificalis historia. lib. 6. capit. 27. §. 1. quaque postea per successores Pontifices sanctissime iustissimeque de causis est prorogata usque in hodiernum diem: si verum est, quod ut verè laici ex eorundem fructuum venditione & permutatione decimam sunt soluti ex supra resolutis: * Cuius quidem varietatis, licet ipsi domini malè audiant, planissima sanè est, & verissima resolutio: si animaduertas, quod charitativum subsidium est onus iniunctum non quidem ecclesiasticis personis, sed redditibus potius & proventibus totius Ecclesiae in his regnis: & adeo, generaliter impositum, ut quoscunque redditus & fructus, qui verè Ecclesiastici sint, iuxta mentem & verba Bullae proculdubio comprehendat, nullo facto personarum discrimine, ad quas fructus illi pertineant, siue laicae; siue Ecclesiasticae personae sint, prout generaliter in huiusmodi charitativo subsidio Regibus concessio resoluit Decius. consi. 156. vol. 1. & de alio, quod ab Episcopis imponi solet, tradit Gigas de pensio. quaestio. 38. Vnde, cum illud quoque indubitabile sit, praedictos Tertiarum fructus, cum ex decimalibus detrahantur iuxta. l. 1. titu. 21. lib. 9. recopilat. primordialiter & in sua origine ecclesiasticos, Ecclesiaeque debitos & solutos esse: semelque ideò Pontificale subsidium

Mm 4 tribu-

tributum Regi nostro concessum eos tangat & afficiat: impossibile est, vt sine eo onere, quo in origine sua affecti sunt, ad laicas personas transeant, & ipsi laici ad subsidium illud ratione prædictorum fructuum non teneantur: quia regulare & perpetuum est, vt vnaqueque res transeat cū sua causa more seruitutis, iuxta notata in l. neque stipendium. D. de impen. in rebus dota. factis. & in alijs similibus quaestionibus tradit Decius vbi supra. quem refert & sequitur Casianus in cōsuet. Burgun. Rubr. 4. §. 6. in rex. ibi. & luppporter la moitie. nu. 7. * Ac licet à principio per Pontificem Maximum Benedictum XII. & alios Pontifices absque vlla tributi detractioe, huiusmodi Tertiarum ius liberum concessum fuerit Regi Alfonso vn decimo, & eius successoribus, anno domini. 1340. pro expugnandis Christianæ religionis inimicis, vt cōstat ab historia, iuxta quã titatem dictæ. l. 1. titu. 21. lib. 9. Recopila. Item & Regum priuilegio, eodem modo ad hos equites & personas laicas iure postea translata sit ea perceptio ex supra resolutis: * dubitare nō licet, quin Paulus Pontifex rectè potuerit, & ceteri quoq; Pontifices possint Tertiarum illud ius imposito subsidij tributo diminuere, quicquid in Episcopo aliud resoluat Ioan. Garfia. in dicto tract. de expen. & meliorat. cap. 9. num. 99. de quo vide Boerium decif. 133. cum tribus sequentibus. At venditionis & permutationis decima, de qua agimus, non ratione rei, nec personæ respectu imponitur, sed ratione contractus, dum modò res nec persona priuilegiatæ reperiantur,

vt dicam infra nu. 81. atqui nulli venditionem fructuum, qui fise runt ecclesiastici, à domino laico factam, immunem esse constat, vt patet ex ijs, quæ supra diximus nu. 15. & nu. 27. nec domini quoque Tertiarum excepti sunt lege aliqua, cum ecclesiasticorum appellatione venire nullo iure queant, vt ad eos extendatur priuilegium dictæ. l. 6. titu. 18. lib. 9. Recopilat. vt satis constat ex prædictis: quicquid nō ignorem, aliter iudicatum esse, nec bene mea sententia, si fas est dicere.

38 Insuper * in hac materia vtilis quaestio est, quam de facto propositam vidi: ecce moritur clericus relictis bonis, siue ex proprio patrimonio, siue intuitu Ecclesiæ adquisitis: nam & hæc quoque bona ex Hispaniæ consuetudine ad legitimos clericorum hæredes pertinent tam ab intestato, quam ex testamento. l. 13. titu. 8. lib. 5. recopilat. & resoluunt Molina lib. 2. de primoge. Hispano. cap. 20. ex num. 54. Auendanius respōso. 19. & Gregor. Lupus in l. 53. titu. 6. part. 1. quicquid in Episcopis aliud obseruetur, qui tantum in vita de rebus episcopatus ratione adquisitis possunt disponere, vt tradit D. Francif. Sarmientus de relictibus Eccles. 4. part. cap. 1. num. 8. * Igitur, vt dixi, moritur clericus relictis bonis, quæ pertinere debent ad laicum hæredem legitimum aut testamentarium, sed interim hæreditate iacente, dum hæres deliberat, venditæ sunt res aliquæ, fortè fructus perituri per bonorum administratorem, vel per testamentarios, vt creditoribus satisfaceret: aditur postea hæreditas per legitimum vel testa-

men.

mentarium hæredem: quæritur (nec quidē immeritò) an decima debeat ex ea venditione: & quidē si repudiata hæreditas foret ab hærede, sic vt instantibus creditoribus & processu facto circa anterioritatem, per defensorem bonorum creatum à iudice, siue secularis siue ecclesiasticus iudex ille sit, vterq; enim esse potest, vt infra explicabo isto capite, nume. 44. rerū venditiones fuerint celebrate aperi iuris videtur, quod gabella non debeat, quasi ea bona vt clerici defuncti & eius nomine veneant, ex tex. in principio. Instit. qui & ex quibus cau. manu. possu. & in §. 1. Instit. de hæred. qualit. præcipue tempore Digestorū, iuxta tradita in tit. Instit. de saccef. subla. vbi Theophilus. explicat. si vero ad huc hæreditas iacens est, cū & ipsa defuncti, nō hæredis futuri personā repræsentet. l. in eo quod seruo. in fine. l. hæreditas. D. de acqui. rerum do. & notatur in §. seruus etiam alienus. Instit. de hæred. Instit. & l. si extr. §. fina. D. de stipu. seruo. videtur etiã, quod ex ea venditione hæreditatis iacētis nomine facta, decima pretij non debeat, sicut si ab ipso clerico facta fuisset; iuxta dictam. l. 6. tit. 18. lib. 9. recopilat. * Sed quãuis vidi quendam literatum hoc colore defendentem se à gabellæ solutione ex ijs rebus, quæ iacente hæreditate clerici cuiusdam patruui sui venditæ fuerant, cuiusq; ipse postea deliberans hæres fuit, ac proinde ab eo decima petebatur: absq; dubio dicendum puto, sic vt longa resolutione nō indigeat isthæc disputatio, decimã vtroq; casu esse soluendam: siue inquam repudiata, siue adita hæreditas fuit postea, &

prioris quidem casus. responsio ea plana ratione nititur, quia verè ab ipsis creditoribus, & sibi ipsis res illæ & bona hereditaria venduntur, vt ad sensum patet, cum ea bona iudicialiter vendenda, pro suis debitis recipiant. Secundi autem casus eadē pene ratio est, quia scilicet non per clericum aut eius nomine, sed nomine hæreditatis, vt dixi, venditio celebratur: atqui defuncti clerici & cuiusvis alterius representatio, quæ per hæreditatē fieri intelligitur, ficta est & imaginaria, per quam iura personalia non conseruantur, quæ enim personam requirunt, ab ipsa hæreditate expediri nequeunt. l. hereditas in multis. & quæ ibi notantur. D. de acqui. rerum domi. At istud priuilegium, de quo in dicta. l. 6. personæ ipsius clerici adheret, propter sacri ordinis immunitatem, vt statim explicabo num. 46. ergo ad hæreditatem non transit regu. priuilegium. 7. de regu. iuris. lib. 6. quia quæ personalia sunt, cum persona ipsa extinguitur. §. fina. Instit. de usufructu.

Alias enim & ad hæredem aduentem id priuilegium transire dicemus, qui sine dubio defunctū repræsentat à tempore mortis: l. hæres quandoq; D. de acqui. hæred. & tamen cōtrarium est dicendum, ex l. priuilegia. & l. in omnibus causis. la segunda. D. de regu. iuris. & quæ ibi notantur. & l. 1. C. de priuileg. dotis. etenim si post illius hæredis laici additionē venditio illa bonorum clerici defuncti facta foret, dubium non est, quin regalis decima deberetur, eo quod iam tunc hæreditas illa clerici & eius bona, proprium hæredis laici patrimonium factum est

est

est per ipsius additionem, ideoque eius persona duntaxat inspicienda est, non clerici defuncti, ex l. 1. §. preterea. cum glossa 1. verb. mista. D. de separati. & infra plenius dicemus nu. 48. Que doctrina & resolutio in contrarium quoque eadem ratione obseruanda est, nempe ut si laicus defunctus heredem clericum, Ecclesiam, aut monasterium, aliamve exemptam personam reliquerit, quæ eius hereditatem adierit, dubium non sit, quin si post illi privilegia personæ additionem bona aliqua hereditaria vendantur pro legatis, debitis, aut aliis solvendis, manu quidem ipsius met heredis aut testamentarij, regalis decima non debeatur: quia iam tunc non bona laici defuncti, sed exempti heredis patrimonium veniunt ex prædictis, quod est valde notandum in hac materia, quia sæpe contingit, & iam vidi ligatum circa bona cuiusdam magni equitis.

41 Caterum * ad id, quod agebamus de bonis venditis ex iacente hereditate clerici, illud facit, quod ex l. 6. titu. 17. lib. 5. Recopilat. cautum est, pro nullo debito civili præter regalia, executionem fieri posse in armis & equo nobilis debitoris, & tamen dubitare non licet, quod si nobilis debitor moriatur, & iacente hereditate eius executio fiat pro aliquo debito civili, quia recte fieri possit in armis & equo, quæ in ea hereditate inveniatur: etenim id privilegium nobilitatis est, non armorum aut equorum duntaxat, atque ideo personæ defuncti cohereditabat, nec ad ipsam hereditatem transit, sicut nec cætera, quæ personam requirunt, dicta l. hereditas. nam, quod uxori

42 nobilis defuncti conceditur in l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat. speciale est, nec in cæteris rebus illius privilegium conseruatur. * Immo adeo hanc sententiam veram esse intelligo, ut existimem sine dubio procedere, etiam si hæres legitimus aut scriptus in testamento, fuerit quoque nobilis: nam adhuc dum hereditatem non adierit, executio procedet in armis & equis hereditariis, sic ut eo postea adente non reuocetur, quæ bonum initium habuit, argu. text. in §. ex contratio. versi. quod si viuo. ibi. *quia semel constitit*. Instit. de legatis. nam ut supra dixi, hereditas iacens futuri heredis personam non representat, dicto §. seruus etiam alienus. Instit. de heredi. institu. quin potius, ut extraneus reputatur & est, dicta l. si ex re. §. fina. ibi. *quia is eo tempore extraneus est*. D. de stipu. seruo. Quod est maxime aduertendum pro limitatione & intellectu dicte l. 6. titu. 17. lib. 5. Recopilat.

43 Hinc * etiam colliges optimam ampliationem ad supradicta in questione præcedenti, de hereditate clerici circa ius decime: videlicet, quod adhuc procedat ea resolutio, ut ex venditione rei hereditariæ, iacente clerici aut cuiusvis alterius exempti hereditate, decima pretij debeatur: quamuis legitimus eius hæres, qui speratur, aut etiam ab eo scriptus, sit quoque clericus aut aliis exemptus: quia hereditas iacens neutri privilegio iuari potest, ut decime immunitatem consequatur ex supradictis. Licet verum est, quod si fructus vacantis beneficii ecclesiastici per laicum administratorem vendantur, decima pretij non debetur: quia verè is Ecclesie nomine, cuius

ius beneficium vacans est, non suo vendit, instar sequestri, de quo bene loquitur Ioa. Parlado. dicto lib. rerum quoti. cap. 3. §. 1. nu. 18. in fine. ex ijs, quæ late diximus supra cap. 15. nu. 9.

44 Nec prædictis obstat, * quod mortuo clerico durat adhuc privilegium eius quoad bona sua saltem vacantia, dum nullus hæres laicus illius hereditatem adierit, ita quod forum ecclesiasticum non perdat, sed iudex ecclesiasticus curare potest ac debet, ut inventarium fiat, bona administrantur, & debita solvantur, ac similia, prout est quotidiana praxis: quamuis secus est, ubi iam heres laicus adierit, quia tunc bona illa, ut prædiximus, proprium heredis laici patrimonium reputantur & sunt. l. 1. §. preterea. cum glo. 1. verbo. mista. D. de separatio. & ideo secularis iudex eo casu est ad eundem, ut per eum inventarium ac reliqua omnia fiat, iuxta resolutionem Guidonis Papæ. quæst. 261. per quam accipienda sunt verba D. Francis. Sarmien. de redditibus ecclesiast. 4. parte. cap. 1. num. 8. ibi, & super hoc redditur ius tam apud seculares, quam ecclesiasticos iudices: & bene intelligitur prædicta praxis. Nam respondeo, quod illud privilegium fori datum est tam bonis, quam personæ clerici, ut resoluit Covarru. in pract. quæst. cap. 3. §. 1. nu. 3. atque ita quamuis ipse clericus moriatur, dum tamen res & bona illius sua esse intelliguntur, nempe ipsiusmet clerici, ut quia nullus hereditatem adierit, bona ipsa suum privilegium retinent, & ecclesiastico foro non exunt, nec secularem sortiuntur: quia licet ratione personæ clerici datum illud pri-

uilegium sit, ut tradit Felinus ex alijs in cap. Ecclesia sancte Mariæ. num. 3. de constitutio. re vera bonis ipsis datum est: & sic dum durat qualitas illa, scilicet quod clerici esse intelligantur, eorum privilegium non cessat, prout cessaret quidem, si illa qualitas defecisset per mortem clerici, per ea quæ de filijs & ministris eius tradit glossa in l. 2. verbo. filij. vbi Salycetus num. 5. & 4. recte probat. C. de episcopo. & cleri. & cessare diximus hæredes laicos adeunte, quia iam tunc laici patrimonium, non clerici bona intelligantur, ac ideo forum secularem sortiri incipiunt. At * in exactione regalis decimæ, nullam immunitatem habent bona clericorum, quæ scilicet eis bonis specialiter data sit: quia cum non ratione rei venditæ illa debeatur, ut dicemus infra hoc eodem capite num. 97. & sæpius supra diximus, nulla ratio fuit, propter quam clericorum rebus & bonis immunitas aliqua ab hoc munere concederetur, prout in ijs, quæ ratione rerum imponuntur, concessa est in dicta l. 2. C. de Episcopo. & cleri. sed quia ea decima debetur ratione contractus celebrati, ut diximus in dicto nu. 97. effectum est, ut ne clerici ratione aliqua eo exactiois modo grauarentur, ab istius decimæ solutione iure sint exempti in dicta l. 6. titu. 18. lib. 9. recopilat. vbi nulla bonorum ideo, sed ecclesiasticarum duntaxat personarum mentio fit, quicquid legi tertiæ quaterni gabellarum illud inaduerterter imponat Gomez Arias in l. 6. Tauri. nu. 6. & quod istius modi privilegium personis ipsis clericorum duntaxat, non etiam rebus eorum venditis

ditis aut permutatis datū sit, ex eo
 46 clarè constat, * quia si clericus nō
 rem suam propriam, sed alienam
 suo nomine vendat sine fraude,
 verè existimans suam esse, & ad se
 pertinere, gabellam non debet,
 scilicet propter suum personale
 priuilegium, quo contractus &
 venditio eius immunis est: quic-
 quid generaliter verum sit, etiam
 rei alienæ venditorem ad decimā
 obligari ex resolutis sup. cap. 14.
 num. 21. & è contrario, si laicus vē
 dat rem clerici tanquam suā pro-
 priā & suo nomine, dubitare non
 licet, quin decimam debeat: quia
 ex re clerici, quæ nullum in hoc
 priuilegium habet, immunitatem
 aliquam mutuari non poterit ex
 traditis supra cap. 15. num. 9. in fi-
 ne. sicut mutuaretur quidem, si res
 esset priuilegiata, vt panis coctus,
 libri, & arma, & alia de quibus in
 fra cap. 20. si igitur hoc clerici pri-
 uilegium de non soluenda gabel-
 la, non reale bonorū suorum, sed
 personale duntaxat est, vt expres-
 se ait Paulus Castren. in l. licita-
 tio. §. fiscus. D. de publica. euiden-
 ter cōsequitur, quod extincta per-
 sona durare non potest, & quod
 verissima manet præhabita no-
 47 stra resolutio, quā sic teneo. * Nā
 licet tradi soleat, quod bona cleri-
 corum eodem priuilegio gaudēt,
 quo ipsi clerici, id verum est, cum
 principaliter persona ipsa inspici-
 tur ad exactiōem tributī, tunc e-
 nim ne persona lædatur, & bona
 ipsa priuilegiata esse intelligun-
 tur: secus autem cum bona ipsa
 principaliter considerantur, vt est
 noster casus, in quo nulla est per-
 sona clerici, vtpote iam defuncti,
 sed de ipsis bonis duntaxat tracta-
 tur: tunc enim priuilegium perso-

ne ad bona non extenditur, vt ele-
 ganter tradit Decius in dicto cap.
 Ecclesia sanctæ Mariæ. num. 18.
 de constitutio. & agit Couarru-
 lib. 1. varia. resolu. cap. 4. nu. 3.
 48 Illud* verò maximè animadu-
 erendum est, quod de bonis vendi-
 tis ex iacēte clerici hæreditate di-
 ximus supra num. 40. dicendum
 non esse in spolio Episcopi dece-
 dentis: etenim si per iudicem se-
 cularem aut alium quemcunque
 bona illius Episcopi apud seque-
 strem deponantur iuxta quotidia-
 nam praxim, & eueniat ex iusta
 causa, quod sequester ille autori-
 tate iudicis aut alio modo aliqua
 bona vendat, ne pereant, putā tri-
 ticum, hordeum, aut vinum, alia-
 vè bona, quæ seruando seruati ne-
 queūt, regalis decima ex istiusmo-
 di venditionibus non debetur,
 quia licet personale Episcopi pri-
 uilegium, quod cum persona ipsa
 extinctum est, bonis istis non pro-
 fit, per ea quæ in clerico deceden-
 te supra resoluimus, adhuc exem-
 ptionem habent illæ venditiones,
 ex priuilegio Ecclesiæ seu Came-
 ræ Apostolicæ, cuius bona ipsa
 fiunt per Episcopi obitum.
 49 Vnde consequitur, * quod si Ep-
 iscopus ille decesserit relictis bo-
 nis patrimonialibus, aut aliunde
 quam ex episcopatu acquisitis, de
 quibus vt quilibet alius clericus
 testari potest, & laicum hæredem
 instituere, iuxta textū in cap. sint
 manifestæ. 12. quæstio. 1. & quæ re-
 soluit Couarr. in cap. 1. nu. 3. de
 testam. & l. 6. in fine. titu. 2. lib. 1.
 Recopilat. Episcopus enim non
 ratione suæ personæ, sed ratione
 bonorum episcopatus testari pro-
 hibetur, vt tradit Sarmien. de red-
 di. ecclesiast. 3. parte. cap. 3. nu. 49
 idem

idem de eius bonis iacēte scilicet
 hæreditate distractis dicendū erit,
 q̄ de clerici alteri^o cuiusuis bonis
 supra dixim^o, vt scilicet gabella de
 beatur. Quinimmò si de bonis ra-
 tione episcopatus acquisitis testa-
 tus fuerit ex Pontificis licentia &
 priuilegio, q̄ obtineri potest ex re-
 solutis per Couar. in cap. cū in of-
 ficijs. n. 7. de testa. & laicum hære-
 dem instituerit, tūc quidem siue ia-
 cēte adhuc hæreditate, siue post il-
 lius hæredis laici aditionem bona
 Episcopi veniant pro soluēdis sci-
 licet debitis aut legatis, siue quidē
 per testamentarios & executores
 ab eo relictos, siue per hæredē in-
 stitutum, aut iudicem exequentē
 illud fiat, proculdubio dicendū est
 regalem decimam esse soluendā:
 quia si iacet hæreditas, ex nulla par-
 te iuari potest eadēditio, quō mā-
 gis immunis sit à gabelle solutio-
 ne, ex resolutis supra in clerico. n.
 40. si verò iam hæres laicus adie-
 rit, bona eius esse cēsantur per adi-
 tionem ex d. l. 1. §. præterea. D. de
 separatio. & quæ diximus supra d.
 nu. 40. in fine. versū. aliās enim, q̄
 ita in his diebus contigit de fa-
 cto in obitu doctissimi viri Iacobi
 Simacas Zamorensis Episcopi, &
 consultus pro gabellatio ita re-
 spondi.

Quæ sanè resolutio intelligen-
 da & practicanda est, quamuis hæ-
 res ille laicus clerici aut Episcopi
 non in vniuersum esset institutus,
 sed in residuo bonorum, scilicet
 post debita & legata soluta, quæ
 solui caussset testator, put est quo-
 tidianus testamentorum & tabel-
 lionum stilus: etenim adhuc om-
 nium rerum dominus fit ille hæ-
 res, quotquot in hæreditate repe-
 riantur, & actiones actiue & passi-

uæ in eum transeunt per aditionē
 hæreditatis, & legatis ac debitis
 obstringitur, non minus quam si
 vniuersaliter esset hæres institut^o,
 iuxta l. cum hæredes. D. de acqui-
 posses. Nec obstat limitatio illa, in
 residuo bonorum, quæ verba verè
 limitant, vt tradit Bart. in l. si quis
 seruum. §. fina. de lega. 2. in finali-
 bus verbis. quia cū in hoc casu,
 quō de agimus, nullus alius hæres
 vniuersalis esset, qui eo modo tan-
 quam in re particulari institueret-
 tur, sublata mentione rei particu-
 laris seu portionis bonorum, tan-
 quam quodam impossibili, hæres
 in vniuersum manere debet, ex re-
 gu. l. 1. §. si ex fundo. D. de hæred.
 instit. & l. 14. tit. 3. part. 6. quæ ho-
 die quoque iure Regio Ordina-
 menti procedit, quamuis scilicet
 eo iure ad validitatem testamenti
 necessaria non sit hæredis institu-
 tio, prout de iure communi erat,
 quod in specie adnotarunt Anto-
 nius Menesius in l. eam quam.
 num. 93. C. de fideicom. & Petrus
 Peralta in Rub. D. de hæred. insti-
 tu. num. 27. sed & procedit etiam
 prædicta resolutio, quamuis ex ius-
 su Episcopi, vel clerici testatoris
 bona illa venderentur per hære-
 dem laicum, aut testamentarios,
 quia adhuc istius domini venden-
 tis, non Episcopi, aut clerici iu-
 bentis persona inspicienda est,
 ex resolutis supra capite. 16. nu-
 me. 28.

Vlterius in hac materia optimā
 50 illa dubitatio est, * an si aliquis in-
 grediatur monasteriū, & tempore
 nouitiatus aliqua eius bona vendā-
 tur suo nomine, regalis decima de-
 beatur: atqui cū semel de facto hæc
 quæstio cōtingisset, prout quotidie
 potest cōtingere, transactiōne par-

tium decisa fuit. Existimo autem si ne dubio, quod si definitiua sēten-
tia iudicis expectaretur, pro gabel-
lario fuisset iudicandum: quia no-
uitius non est religiosus, cum ad se-
culū possit redire vbi voluerit, iux-
ta notata per Grego. Lup. in l. 7.
verbo. *si quando*. titu. 7. parti. 1. &
que tradit Tiraquel. de ret. lig. s. 1.
glo. 8. ex nu. 21. Quod est magni
momenti aduertisse pro fratribus
Societatis Iesu: etenim isti non vt
ceteri religiosi post annum pro-
bationis iuxta tex. in cap. ad Apo-
stolicam. de regulari. & S. Conci.
Trid. sessio. 25. eo. tit. cap. 15. sed
multos post annos in religione il-
la sanctissima profitentur, vt refert
idem S. Conci. vbi supra cap. 16.
atq; ideo fiet, quod si procurator
monasterij vendiderit aliqua bo-
na cuiusuis iuuenis eam religio-
nē ingressi, qui nec professus fue-
rit, nec sacros ordines susceperit,
regiæ decimæ locum faciat.

51 Verumtamen, * quamuis sic ge-
neraliter dixerimus, clericos exē-
pros esse ad decimæ solutione iuxta
d. l. 6. titu. 18. lib. 9. Recop. illud ex
lege sequenti limitandum & intel-
ligendum est, nisi ex negociatione
vendiderint aut permutauerint:
quia sic vendentes aut permutan-
tes ad gabellam obligantur, & om-
nibus pœnis ac legibus gabellarū
subijciuntur, ac si verē laici essent:
q̄ erat dispositum in l. 3. in quat.
gab. & est aliās verissimū & iustis-
simum iure communi, vt constat
ex resolutis per Feli. in cap. Eccle-
sia S. Mariæ. nu. 105. & Deci. n. 57.
de constit. & Bertachi. de gabel. 7.
parte princ. nu. 8. & alior, quos re-
fert Io. Matientius in l. 11. gl. 1. nu.
3. ti. 10. lib. 5. recop. Cuius decisio
his ea est potissima ratio, q̄a nego-

ciatio clericis est prohibita, & dū
huic se implicant, eorum facultates
a laicorū statutis, legibus, & cō-
suetudinibus Ecclesia non defen-
dit, vt tradit tex. in cap. si. de vita &
hon. cleri. atq; ideo in eis locū ha-
bere debet legis gabellariæ disposi-
tio, cū eo casu iuri Canonico con-
traria nō sit, iuxta tex. & notata in
cap. 1. de noui operis numr. & cap.
2. de despo. impub. & cap. 1. de re
iudi. vbi habetur, quod generali-
ter leges ciuiles ad forū etiā eccle-
siasticum extēduntur, quatenus iu-
ri Canonum contrariæ non sunt,
nōn quidem ex vi & potestate ip-
sarū legum, sed ex confirmatione
ipsa Canonica. & hoc est, quod tra-
dit tex. sic intelligendus in l. 5. ibi.
de la yglesia. tit. 1. lib. 2. recop. ex ele-
ganter resolutis per Fortu. Garfā
de vltimo fine iuris ciui. illati. 13.
& 14. per totas: vt verē intelligas
prædictā. l. 7. recop. & prædictam
l. 3. in quat. gab. non tam per se di-
sponere, vt clerici negociatores
gabellā debeant (id enim nullate-
nus possent efficere ex defectu im-
petij) quā iubent obseruare id, q̄
aliās iure Canonum est statutū per
tex. in d. cap. si. cū traditis per Mē-
cha. de succes. creat. 1. par. lib. 1. s.
10. nu. 643. vers. vnde infertur in-
tellectus. in impressione Salman-
ticen. & in lib. 3. s. 26. nu. 64. vers.
ad hęc infertur. & n. 78. vers. vnde
q̄ clericis. in Veneriana. & Mexia
in prag. panis. cōcl. 5. n. 21. & 22.

Que sanē limitatio vsque ad cō-
generalis est, vt nedum in clerico
vendente aut permutante, sed &
in emente quoque negociationis
causa, accipiendā & practicandā sit:
atque ideo omnes leges loquētes
de emptoribus circa istius iuris
exactionē, indistincte in quolibet
cleri-

clerico ex causa negociationis e-
mente procedūt, ac si ille verē lai-
cus foret ex tex. in d. cap. si. de vi-
ta & hone. vt expressē iusteq; deci-
ditur in d. l. 3. quat. gab. ibi. *Pero si
qualquier de los sobredichos comprar.*
& rectē adnotauit Dida. Peretius
in l. 13. verbo. *Pagne el alcauala* ibi,
vel si clericus sit negociator. titu.
3. lib. 1. Ordina. quod est menti te-
nendum pro extensione. l. 31. &
l. 32. titu. 19. lib. 9. Recopilat. vt ne-
dum procedant in emptoribus lai-
cis, sed & in clericis quoque locū
habeant, cū ex negociationis cau-
sa emerint.

At verō vt limitationem istā ad
ea, quæ supra diximus, vtiliter ex-
plicemus, notandū est: * quod tūc
clericus negociari dicitur, quādo
52 rem emit, in sua integra forma ven-
diturus lucrificandi causa, vt tra-
dit Abbas. cōsi. 6. secus autē si rem
emit, ita vt sit ei materia aliquid
operandi, & sua opera vel indu-
stria mutatam vendiderit aut per-
mutauerit: quia tūc negociari nō
dicitur, nec decimam debet, aut a-
liud quodcunq; tributum, per tex.
expressum in cap. eijciens. 88. di-
stinct. & quæ notat Pe. Dueñas. re-
gu. 1. 10. nu. 11. Auend. respo. 33.
nu. 4. vers. septima cōclusio. & Di-
da. Peret. in l. 1. glo. 1. vers. est &
aliud. col. 93. tit. 3. lib. 1. Ordin. &
est ratio differētiæ, quia finis illius
primi actus, scilicet cū quis emit
in eadem forma venditurus, nullus
vltus aut virtus est, sed solus quæstus:
& is quidem non secundum natu-
rā rei, sed sola arte excogitatus ad
augendas opes, cū aliorum incō-
modo, propter q̄ eam negociatio
nē in quo cunq; honesto homine
vituperat Arist. lib. 1. Politi. cap. 6.
& 7. vt tradit Caro. Molinaus de

vltus. quæst. 69. n. 440. & Do. Sor.
lib. 6. de iust. & iu. quæst. 2. ar. 2. in
pri. atq; ideo merito clericis inter-
dicitur in d. cap. si. de vita & hon.
& in distinct. 88. per totā. At verō
cū quis emit, vt sit ei operandi ma-
teria, atq; ita rem mutatam vedit,
non contra naturam & sola arte
quæstū quærit, sed ex sudore & la-
bore suo, prout in primo homine
mandatum est: & in Psal. Labores
manuū tuarum quia manducabis:
atq; ideo iste actus nō propriē ne-
gociatio dicitur aut est, sed potius
artificium, vt inter Mechanicas ar-
tes connumeretur ex Alciato in l.
mercis. 207. D. de verb. signi. & tra-
dit Do. Soto in loco præallegato.

53 Sed adhuc in hac materia * quo-
tidie in praxi dubitatur, & quilibet
practicus passim requiret, qualiter
apud nos isthec clericorum nego-
ciatio accipi debeat, quo magis a
decimæ solutione immunes non
sint: videmus etenim, q̄ si clericus
emit vvas, vt vinū faciat & vendat:
itē & lanas, vt pannos venditurus
efficiat, decimæ exactione venden-
do vexatur, cū tamen non rem ip-
sā, vt emerit, in sua integra forma,
sed mutatam vendiderit, vt cōstat
ex l. lana. 88. deleg. 3. & l. 43. tit. 9.
part. 6. q̄ quidem negociatio esse
non videtur ex prædictis, nec per
consequens clericis prohibitū: At
54 qui constat, q̄ eatenus in persona
& bonis clericorū gabella permis-
sa est, quatenus eis contractus ille,
per quem gabella aut aliud tribu-
tū penditur, est illicitus, vt probat
apertē tex. in d. cap. si. ibi. *dum se his
implicant*. de vita & honest. cleric.
cum glo. ibi, quæ sic explicat. mer-
curatā enim honestati conscia, in
clerico grauanda non est. l. 2. C. de
epif. & cler. vbi bene explicat Saly.

Atqui in hac difficultate illud
 55 *stotiens* * videri clericum non ne-
 gociatorem mercatoremvè, quo-
 tiens sic emerit, vt sit ei materia
 sper propriam suam personam ali-
 quid operandi, atque ita ex opera
 & industria personæ suæ rem mu-
 ratam vendiderit, aliquid lucratu-
 rus vel non: veluti si lanam eme-
 rit, aut ferrum, vt aliquid vestien-
 di, calciandivè causa vtile pro-
 prijs manibus conficiat, ocio non
 vacaturus, & vt inde labore ac in-
 dustria manuum suarum licitum
 lucrum cõrradat, prout de quodam
 clerico sacerdote mihi constat, ac in religiosis fratribus
 Carmelitis videmus quotidie: q̄
 quàm laudabile sit, ex eis apparet,
 quæ tradit Domi. Soto lib. 7. de iu-
 stitia & iure. quæstione. 5. articu-
 2. exemplo Diui Pauli, qui 1. ad
 Corinth. 4. se ita fecisse restatur.
 & Actũ Apostolo. cap. 20. *Ad ea*
 (inquit) *quæ mihi opus erant, ministra*
uerunt manus istæ. Et isto casu du-
 bium non est, quin istius modi sa-
 cerdotes & monachi vendentes
 sua opera, mercatores nec nego-
 ciatores dicantur, quin potius ar-
 tifices ex prædictis: gaudeantque
 idcõ exemptionis priuilegio, de
 quo in dict. l. 6. tit. 18. lib. 9. Reco-
 56 pilat. * Quod quidem & ad eum
 quotidianum casum extendit Do-
 Soto dicto lib. 6. de iusti. & iure.
 quæstio. 2. articu. 2. quando quis
 emit mulam, aut equum rudem, vt
 cultiorem vendat: nempe quod is
 negociari non dicatur, quia verè
 rem illam, quam emit, industria
 sua mutatam ac meliorem reuen-
 dit: quod valdè notandum est in
 hac materia ad hoc, quod clerici
 huiusmodi lucrõ occupati gabel-

lam non soluant, etiam si sine fre-
 no & iella vendiderint, quia non
 tam negociari, quàm artem exer-
 cere censentur, quod clericis non
 est prohibitum, cap. clericus. 91.
 distinct.

57 Quod si clericus * lanas illas e-
 merit, non vt ipse operetur vt di-
 xi, sed vt impensa sua ex mercena-
 riorum & opificum industria ac
 labore pannos efficiat, postea ven-
 diturus lucrificandi causa: emat
 que etiam vuas, prout quotidie vi-
 demus, & per famulos ac perso-
 nas huic rei aptas in sua apotheca
 recondat, vinum postea vendi-
 tur, vt inde aliquid lucrari queat:
 debitandum non est, quin merca-
 turam & negociationem exer-
 ceat, soluturusque inde sit deci-
 mam venditionis, & alia iura Re-
 galia tanquam laicus, ex dicta. l. 7.
 Recopilatio. & dicta. l. 3. quat. ga-
 bella. quia tunc nulla versatur in-
 dustria clerici, prout tam elegan-
 ter quàm vtiliter tradit ex Pe. An-
 charrano Summa Syluestrina ver-
 bo. excommunicatio. 9. vers. vi-
 gesima prima. nu. 46. vbi ait, quod
 si monasterium emisset venam fer-
 ri, vt inde per famulos & perso-
 nas conductas ferrum colligat, &
 vendat lucrificandi causa, gabel-
 lam & alia iura regalia erit soluta
 rû: secus verò si per ipsosmet mon-
 nachos ferrum fieret, quia tunc,
 cum rem mutatam ex industria sua
 venderent, negociari non dicen-
 tur. & prædictam resolutionem se-
 quitur Nauarrus in manu. conse-
 fo. cap. 27. nu. 128. iuxta quam in-
 telligendum est verum consilium
 Federici de Senis consi. 207. qui
 aliàs sine prædicta distinctione re-
 spõdit, prædictum illud monaste-
 rium gabellam non debere: est autè,
 vt di-

vt dixi, intelligendum iuxta elegā-
 rem distinctionem Syluestri vbi su-
 pra, qui Federicum allegat non ex-
 presso loco, & bene reprehendit.

58 His ergo * iactis fundamentis
 ad intellectum istius modi nego-
 ciationis, qua de agimus: ecce
 qualiter materia istius capituli, &
 dicta. l. 7. Recopilatio. latè se ex-
 tendit, si bene consideretur: vide-
 tur enim & illud ex prædicta do-
 ctina colligendum, nempe quod
 si monasterium, aut clericus emat
 gregem, & inde fructus collectos,
 lanam, calcem, & agnos vendat,
 negociari videatur, vt istius vendi-
 tionis decimam sit soluturus: quod
 per absurdum esset dicere. etenim
 plusquam manifestum est, quod li-
 cet si monasterium aut clericus fer-
 rum collectum ex vena à se empta
 venderet, decimam debet ex præ-
 dicta communi resolutione Syl-
 uestri & Nauarri: tamen si fructus
 ex alia re à se empta collectos ven-
 dat, ad decimam non obligatur,
 nec negociari dicitur, ex notatis
 per Abbatem consi. 6. in respon-
 sione. 2. dubij. Sed cur hæc tam va-
 riè, videamus: & in secunda spe-
 cie, nempe quando re emit, & fru-
 ctus inde collectos vendit, nego-
 ciari non dicitur ex eo, quod mi-
 nimè dici potest vendere quod ex
 emptione adquisiuit: sed potius,
 quod ex re iam sua natum est, vt
 probat textus elegans in. l. vacca
 emptor. D. de cuius. cuius con-
 trarium foret, si res ipsa, quæ em-
 pta esset, in integra sua forma re-
 uenderetur lucrificandi causa,
 quia tunc rectè diceretur negocia-
 ri ex dicto cap. cijciens. 88. distin-
 cti. & quæ superius diximus nu. 52
 At in illa prima specie Syluestri
 & Nauarri, nempe quando mona-

sterium aut clericus emisset venam
 ferri, & ferrum collectum exque
 mercenariorum industria confe-
 ctum venderet, vt lucrificeret, ne-
 gociatio est ea ratione, quia tunc
 dici non potest vendere quod ex
 re iam sua natum est, prout de fru-
 ctu alicuius rei emptæ diximus:
 sed potius vendit quod emit, quia
 id, quod extrahitur de vena ferri,
 & in ferrum perfectum deducitur,
 verè inerat in ipsamet vena ferri
 tempore emptionis: atque idcõ
 vendendo ferrum collectum, non
 minus dicitur negociari, quàm si
 ipsamet venam emptam, aut e-
 ius quotam & partem reuende-
 ret. & hæc est vera & elegans dif-
 ferentia, ac naturalis ratio discrimi-
 nis inter eas species.

Sed, vt radicitus hæc materia in-
 telligatur, tãtis per immorandum
 59 & aduertendum est: * quod vena
 ferri dupliciter esse potest: aut e-
 nim potest esse talis, vt ferrum ibi
 renascatur, nempe vt licet inde ex-
 trahatur, natura ipsa augeatur ve-
 na, prout de cretifodinis, argenti-
 fodinis, vel auri, tradit I. C. in. l. fru-
 ctus. aliàs. l. si diuortio. 5. si vir in
 fundo mulieris. D. solut. matrimo.
 & de lapidicinis in. l. fina. D. de fũ-
 do dotali. & tunc dico, quod cum
 id, quod ex vena asportatur, in fru-
 ctu sit, quasi natum & collectum ex
 vena iam propria clerici & mona-
 sterij facta, idem dicendum erit de
 ferro collecto & vendito in spe-
 cie Syluestri & Nauarri vbi supra,
 quod de quocunq; alio fructu rei
 emptæ iam supra diximus: quia ea-
 dem ratio est, quicquid viri illi do-
 tissimi non ita distinxerint: scili-
 cet, vt eo casu siue per monachos,
 siue per alios ferrum fiat, & ven-
 datur, nulla gabella soluenda

fit: quia generaliter ex fructibus rerum monasterij. vel clerici nullū tributū debetur, cum negociatio deficiat ex prædictis: & hoc casu, nempe cum ferrum collectum in fructu est, rectè procedit consiliū Federici de Senis. 207. de quo supra egimus num. 57. Aut talis est vena ferri à monasterio empta, ut nihil ibi renascatur, sed quod modo est, semper in ea fuerit, prout de lapidicinis marmoreis tradit textus in di. §. si vir in fundo. in primo casu: & tunc, quia quod a se portatur, in fructu non est, sed potius erat in ipsa vena tempore emptionis à monasterio factæ, ac proinde appareat, monasterium vendere, quod verè emerat, ut supra dixi numero præcedenti, locum habet Syluestri & Nauarri resolutio, de qua supra. ac de ista venarū distinctione vide Molinam de primogen. cap. 23. numer. 8. & l. 27. titu. 11. par. 4.

Subsequenter ex prædictis con-
60 sequitur, * quod si clericus emit fundum plenum fructibus maturis, qui in eo pendentes sunt, & fructus ab eo decerptos vendat, gabellam debet: quia verè vendit quod emit, lucrifaciendi causa, atque ideò negociari intelligitur iuxta textum in dicto capite. eiciens. 88. distinct. & quæ supra diximus: fructus enim pendentes pars rei sunt. l. fructus pendentes. D. de reuendica. & quæ latè resoluit Tiraquellus de retract. l. gna. §. 1. glo. 7. ex num. 36. qui si tempore venditionis existunt, tanquam pars fundi debentur, iuxta l. Julianus. §. si fructibus. D. de actio. empti. & quæ latè resolunt Bartolus, Iason, & doctores in l. si filius familiaris. §. fina. D. de verbo.

obligatio. & Couarruias lib. 1. varia. resolutio. cap. 15. nu. 3. & l. br. 3. cap. 4. num. 7.

61 At si clericus * ancillam gravidam, vel vaccam, aut oues, equaliter prægnantes emat, & natum feruulum, vitulum, agnosvè, aut equinum pullum vendiderit, decimā non debet gabellario: quia nec negociari dicitur ea vera ratione, quia verum non est vendidisse quod emit, sed quod ex re sua natum est, instar fructuum; qui non extarent tempore emptionis rei, sed postea producerentur, ut probat textus elegans in l. si prægnas. D. de euctio. l. si quod ex Pamphila. 73. delegatis. 7. & ibi gloss. optima. atque prædictam differentiam inter agrum plenum fructibus, & animal prægnans, tradit textus expressus in l. in lege Falcidia. 9. vbi Bartolus bene explicat. D. ad legem Falcidiam. ita ut notare debeas, quod si clericus emit fundum, & fructus eius collectos vendat, & de gabella quaeratur, distinguendum sit: an plenum ijs fructibus, hoc est, cum fructibus illis pendentes emerit, & tunc quasi reuendiderit partem rei à se empta, decimam eum debere respondeo. Aut emit sine fructibus, sed postea natos collegit, & vendidit, & tunc nullam gabellam debere aio ex supra resolutis. Quod si animal aut ancillam emerit, & partum vendiderit, dicere oportet indistinctè eum ad gabellam non teneri, siue prægnans eo partu animal illud, ancillamve prægnantem emerit, siue postea apud eum post emptionem res illa empta conceperit: quia utroque casu verum est dicere, se illum partum non emisse, eo quod dum in ven-

ventre est, animal non est, nec in rerum natura, ex supra allegatis: quicquid illius favore aliquando esse intelligatur per interpretationem iuris, prout Bartolus & doctores notant in dicta. l. in lege. & est textus in l. qui in utero. & alijs. D. de statu homin. cum ijs, quæ latè congerit Tiraquellus in l. si unquam. verb. suscepit liberos. ex num. 144. C. de reuocan. donationibus.

Sed his ita cognitis & præmissis, quibus satis aperta manet hæc materia, apertè succedit difficilis illa & à quàm plurimis clericis, & gabellarijs sepius interrogata questio: * an si clericus alienum agrum conducat, & fructus colligat, vendatque, negociari dicatur, necnè: & an gabellam debeat ex dicta. l. 7. titu. 18. lib. 9. Recopil. in cuius quidem quæstionis resolutione & iudicio magnopertè laboravi, pro indagandis iuris principijs, quibus quæstio hæc resolui posse videretur: nam Franciscus Personalis in tract. de gabellis. nu. 81. qui istius gabellæ quæstionem tetigit, principalem negociationis punctum subterfugit. & Motalus noster in l. 50. verbo. *Que Pharaon.* in finalibus verbis totius glossæ. titu. 6. part. 1. illud breuissimè absoluit, utpote qui in ea falsa sententia esset, ut existimaret, generaliter clericos alcaualæ tributo subiectos esse, sicut laicos, ut aduertit supra nu. 9. in qua opinione persistens, vel maxime inquit id verū esse in clerico conducente possessiones alienas, quia tunc tanquam negociator non excusabitur: qualiter autè negociator dici possit, non explicat. Ego verò iuris principijs adharens pro vera istius quæstionis re-

solutione nonnulla prænotanda esse existimaui.

63 Et primò præmitto, * quod ad hoc, ut clericus negociator gabellam debeat, necessarium est, ut negociatio illa sit ei secundum Canones illicita: alias enim, si licitum sibi esset negociari, nequaquam posset lex regia & secularis negocianti clerico, qui subditus non est, tributum imponere, ex ijs quæ supra diximus nu. 9. cum ergo generaliter negociatio sit clerico prohibita, generalis quoque est regula, & legis præceptum, ut gabellam soluat, eo quod propter illicitam negociationem, cui se immiscet, ut laicus iudicatur ab Ecclesia, dict. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopil. & dicto cap. fina. de vitâ & hone. cle.

64 Secundò præmitto, * quod ad hoc, ut clericus aliquid vendens decimam debeat, non sufficit, quod rem illam, quam vendit, illicitè adquisierit per modum aliquem à Canonibus prohibitum: sed necessarium est, quod eam acquirendo, & postea vendendo negociari cum constet, ut probat d. l. 7. & tradit expresse Federici de Senis. consi. 207. ad finem. ibi. Præterea siue abundant, siue non, sufficit ad eorum defensionem, quod hoc exercere non sit negociari. Quibus verbis aperte vult, quod quamuis monasteriū vel clericus aliquid male & turpiter adquisitum vendat, gabellis laicorum non subicitur, nisi verum sit, eo modo negociari, quia isto solo casu negociationis ecclesiastica persona ab ecclesia non defenditur in d. cap. si. Quò fit, ut quamuis illicitum & prohibitum sit clerico aduocare, aduocati que officium exercere nisi certis casibus, ut constat ex cap. 1. ne clerici vel

mona. & l. 10. tit. 3. lib. 1. recop. si ta-
mē de facto aduocans, rem aliquā
salarij loco adquisierit, putā triti-
cum aut aliam rem, quam postea
vendiderit, vt lucrifaceret, dubiū
non est, quin gabella ex ea vendi-
tione non debeat: quia vere ne-
gociatus non est, qui quod in pre-
mium laboris & cōsiliij sui acce-
pisset, alienat & vendit, vt quia vti-
li⁹ sit ei pretio rei frui, quā re ip-
sa vti: negociari enim dicitur ex
communi omnium sentētia & di-
cto cap. eijciens. 88. distinct. qui
rem acquirit eo animo & intētio-
ne, vt reuendendo lucrifaciat: at
ille clericus aduocans non acqui-
sivit, vt venderet, sed vt sibi pro la-
bore satisfaceret: vēdidit autem po-
steā, quia maluit pretium, quā rē:
& qui rem semel adquisitam, ex ac-
cidenti vendit, non negociatur,
vt infra dicemus, nu. 81.

65 Tertiō præmitto, *quod nego-
ciari dicitur non solum is, qui sic
emit, vt venditurus lucrifaceret,
sed & is, qui ex quocunq; alio con-
tractu, quā emptio, adquisiuit
vt venditurus lucraretur, putā ex
contractu locationis & cōductio-
nis, vt est textus expressus in. l. le-
gatis seruis. 65. in prin. delega. 3.
vbi serui, qui ad locandum & con-
ducendum prepositi sunt, negocia-
tores dicuntur, sicut & qui ad emē-
dum & vendendum præponen-
tur. * Atq; idē, si clericus ex facto
conduxisset fructus decimales ali-
cuius territorij, vel fabricæ suæ ec-
clesiæ, vel alterius, vt iam vidi de
hac quæstione cōsultus: & fructus
eo cōductionis contractu adqui-
sitos vendat, vt lucrifaceret, nemo
dubitare poterit, quin decimā Re-

66 galem sit soluturus talis clericus,
quia vere negociarius est, iuxta di-

ctam. l. 7. Recopilat. Sed & si cleri-
cus cum aliquo laico societatem
inisset, & pecuniā præstiterit, iux-
ta. l. si non fuerint. D. pro socio. &
textum in . 4. de illa. Instit. de socie-
tate. & quæ notat Couarru. lib. 3.
variar. resolutio. cap. 2. num. 2. lai-
cus verò aliquo tempore negocia-
tus esset, ac tandem finito tempo-
re societatis, & deductis fortibus,
merces aliquas ex quæstu & lucro
inter se diuiserint, parremque suā
illarum mercium clericus vendi-
derit: minime quoq; dubitari po-
test, quin regalem decimā debeat:
quia verē vendidit res ex sua pro-
pria negociatione, nempe pro-
pter societatis contractum adqui-
sitas iuxta dictam. l. 7. tit. 18. lib. 9.
Recopilati. Quamuis verum est,
quod non adquisierit ex emptio-
nis cōtractu, sicut socius, qui indu-
striā præstitit, sed societatis ergo.

67 Vltimō præmitto, *quod gene-
raliter prohiberetur clericis, a-
liena prædia conducere, vt pro-
bat textus in dicto cap. 1. ne cleri-
ci vel monach. vbi glossa & docto-
res notant: sed non statim conse-
quitur, quod si adquisitum ex ea
cōductione vendiderit clericus,
decimam & alia iura regalia sit so-
luturus: nisi verum sit dicere, cum
clericum in ea cōductione, & vē-
ditione postea secuta negocia-
tionem aliquam & mercimoniū
exercere, iuxta superius allegata &
resoluta in secundo præmissio nu-
me. 64. in hoc ergo stat tota huius
quæstionis difficultas, an eo mo-
do negociari dicatur clericus, vt
inde gabellam debeat, ex dicta. l.
7. Recopilat.

Et quidem videtur pro clerico,
68 quod *fructus, quos colligit & vē-
dit, nō ex negociatione adquisierit,

rit, sed ex suo semine, cura & cultu-
ra, quæ valdē à negociatione dif-
fert; nā duæ sunt inter alias adqui-
sitionum species: prima quidē me-
re naturalis à fructibus & animalibus:
secunda autem, quæ per com-
mercia fit, & hæc negociatio dicitur,
prout ex Aristotele lib. 1. Poli-
tico. cap. 7. tradit & explicat Caro-
lus Molinæus de vsuris. quæstio.
69. nu. 440. ad fi. Atqui illa prima
adquisitionis species à quamplu-
rimis, præcipuē ex præcorum di-
cto & sententia, laudatissima est,
nempe agricultura & cura gregis,
quasi longe distet à mercatorum
officio, vt late tradit Tiraquel. de
nobilitate. cap. 32. & Cassenæus in
Catalogo gloriæ mundi. part. 11.
considerat. 37.

69 Sed adhuc ego in contraria sen-
tentia sum, * quin potius existimo
clericum conducentem prædia a-
liena, vt inde fructus colligat, &
vendat lucrifacendi causa, absque
dubio negociari, decimamque re-
giam debere: quia eo casu agricul-
tura mera quædam negociatio &
mercatura est, cum totum quod vē-
dit ille clericus, ex cōductionis
contractu adquisierit eo animo, vt
venditurus lucrifaciat, prout ma-
nifestum est in opulenta & gran-
diori aliqua cōductione: & hoc
sufficit, vt negociari dicatur ex tra-
ditis supra in tertio præmissio nu-
65. * & agricultura ab antiquis &

70 nobilioribus sæpe laudata, tanquā
res à negociatione distincta & a-
liena, ea est, quam quis exercet in
suis agris & possessionibus, nō in
alienis cōductis: atqui illa, quæ in
proprijs possessionibus patrimo-
nij vel beneficij sui exercetur per
clericum, nunquā fuit prohibita,
vt constat ex tex. in cap. clericus.

verb. agricultura. 91. distinct. & in
cap. nunquam. de consecrat. & ca.
1. vbi gl. & Abbas. de celebr. missa.
& cōstat latius ex resolutis per Ti-
raq. d. cap. 32. nu. 2. & sequentib⁹.
At illa, quæ exercetur in alienis a-
gris per cōductionem, nō hone-
stati cōscia est, vt aliàs dicit. l. 2. C.
de epis. & cleri. sed clerico omni-
nō prohibita ex d. cap. 1. ne cleri.
vel mona. & alijs iuribus: non ex
alio, vt existimo, nisi quia, vt dixi,
mera est negociatio: atqui expres-
se, q̄ qui cōduxit prædium alienū,
vt fructus inde collectos vēdat, ne-
gociari dicatur, satis aperte sentit
& tradit, licet nō expressim in cle-
rico loquatur, Tiraq. vbi supra, de
nobilitate. cap. 37. nu. 82. quæ vide-

71 Nec*obstat, q̄ dicitur pro cleri-
co cōductore, fructus collectos ex
suo quidem semine, cura & cultu-
ra adquisisse: quia inimō poti⁹ ex
alieno prædio adquisiuit per con-
ductionis cōtractum: nam quod ad
fructus colligēdos attinet, poti⁹
ius corporis & fundi, ex quo per-
cipiūtur, quā ius seminis, ex quo
oriuntur, inspicitur: vt eleganter
tradit l. C. in. l. qui scit. 25. §. in a-
lieno fundo. D. de vsuris. etenim
nati fructus, dum solo cohērēt, ip-
siusmet fundi sunt. l. fructus pendē-
tes. D. de reiuēd. ac per consequēs
in illius dominio esse constat, cu-
ius & fundus est: & si ad conducto-
rem clericum, vel quemcunq; aliū
colonum perueniunt, ex volunta-
te domini locātis fit propter loca-
tionis & cōductionis contractū,
vt elegantissimē tradit tex. aureus
ad hanc rem in. l. si seruus commu-
nis. 63. §. locaui tibi. D. locati.
72 Quinimō* non statim, cum col-
lecti sunt, in dominium conducto-
ris transeunt, sed ita demum si pen-
sio.

fit soluta sit locatori, aut habita fit des de pretio, prout alias in venditione dicitur. §. venditæ. Instit. de reum diuis. l. quod vendidi. D. de cōtrah. empt. quod ita tenet glo. in d. §. locauit. verbo. facere. & ibi Bart. & Angel. nu. 2. & glossa in .l. inciuiile. C. de reiuendi. Aleiatus post alios in .l. traditionibus. verbo. nudis. C. de pactis. contra glo. ibi. & in .l. 1. C. de rerum permuta. & est communis doctorum sententia, cui parendum esse censet eam resoluens Albarus Valascus de iure emphyth. quest. 20. nu. 15. 1. parte. Igitur si iste clericus percipit & acquirit hos fructus, qui erant alieni: & quidem acquirit per locationis & cōductionis contractum, vt venditurus lucrifaceret, eosq; vendit: dubitari non potest, quin negociari dicatur, & perinde Regalē decimam debeat iuxta dictam. l. 7. titu. 18. lib. 9. Recopilat. quemadmodum & debere diximus, si fructus decimales, quos conduxisset, vendat, ex traditis supra num. 66.

73 Sed tunc dices* maximam differentiam inter hanc & illam cōductionem esse, quia dices in hac vltima simplex est acquisitio ex solo cōductionis cōtractu: at in illa, qua de agimus, cura & cultura cōductoris interuenit, sine qua nullus esset rei locatæ fructus, iuxta nota. in .l. bonæ fidei. ibi. *Qui diligentia.* D. de adqui. rerum do. & l. fructus. D. de vsuris. & quæ latissime resoluit Menochius. de recuper. posses. remedio. 15. ex nu. 577. & de arbit. iudi. quæstio. casu. 210. num. 4. atque ideo, cum ager nudus & incultus locatus sit clerico, qui sua natura nullum fructum produceret, nisi clerici cōducto

deret, veluti colendo & ferendo, magis videtur, non tam ex suo cōductionis cōtractu, per quem locator nihil dare tenetur, sed facere, nempe pati cōductorem re locata vti & frui, vt explicuimus supra cap. 2. nu. 6. quam ex suis operis fructus illos adquisisse, vt tradit textus elegans in dicta. l. fructus. ibi. *Quos suis operis adquisierit, veluti ferendo.* D. de vsuris.

74 Verum tamen, * licet isthæc oppositio efficax videatur, nihil obstat prædictæ resolutioni & sententiæ: quia quicquid fructus illos industriales clerici cōductoris opera & labor, cooperante quidem natura, producat: ita vt ad eorum natiuitatem & productionem maior sit is labor & industria ipsa natura, & vt quid principalius consideretur, vt bene explicat Menoch. dicto casu. 210. nu. 4. tamē quoad eorum acquisitionem, & dominium eorum clerico cōductori adquirendum, nihil tam principale est, quam ipse locationis & cōductionis cōtractus: etenim sine eo, quāuis clericus seminasset, fructus natos non adquisisset, quia quod in agro alieno seminatur, illius sit, cuius & ager est. §. si Titius alienam. versi. qua. ratione. Instit. de rerum diuis. itaq; industria clerici fructus producit, eius verō cōtractus & cōductio: suos facit, ex dicta. l. si seruus §. locauit. D. de furtis. cum supra traditis. & in dicto cap. 2. nu. 6. quod eleganti exemplo confirmatur: * Pone, quod clericus emit in spe fructus futuros alicuius fundi, iuxta terminos. l. nec emptio. versi. aliquando. D. de cōtra. emp. & l. si iactum retis. D. de actio. empti. & quæ notat Bart. in .l. cotem ferro. §. qui maximos. nu.

4. D. de publica. ecce qualiter cōtractus ipse emptionis. potens nō est, vt aliquid adquirat emptor ex eo cōtractu, nisi narata ipsa fructus producat; & ad maturitatem vsque conseruet: nam etsi nihil natum sit, cōtractus venditionis tenebit, qui in ipsa sola spe & alea fuerit conceptus, iuxta doctrinā Bartoli in dicto loco, & quæ tradidimus supra cap. 2. nu. 35. & tamen si fructus nascantur, & collectos vendat ille clericus, minime dubitari potest, quin negociari cum appareat, vt gabellam debeat ex dicta. l. 7. recop. quia verissimum est, ex illo emptionis cōtractu adquisisse se, ex traditis supra cap. 9. nu. 40. & cum adquisierit eo animo, vt reuenditurus lucrifaceret, curari nō potest, quin mera ac propria negociatio resulet ex dicto cap. eijciēs. 88. distinct. cum his, quæ supra resoluimus.

76 Nec* præterea obstat, si consideres, quod in hac principali quæstione, qua de agimus, industria clerici fructus illos adquirentis & postea vendentis versatur: quo casu nulla negociatio esse solet, prout ex dicto cap. eijciēs. supra explicuimus: sed magis artifex vel agricola dici potest, quam negociator. Nam aduertere debes, quod in industria, quæ clericum excusat à negociatione, illa est, quæ per propriam personam præstatur, secus verò si per conductas & mercenarias personas præstetur, prout ex Ancharrano & Syluestro & Nauarro tradidimus supra nu. 57. At in nostra specie, clerici isti aliena prædia conducentes, nec ipsi colunt, nec ferunt, aut metunt fructus, & trutinant proprijs manibus, vt factis patet, sed potius id faciunt per

famulos, & alias personas conductas tali operi necessarias: quo fit, vt quidquid ad eos ex ea cōductione peruenit, non tam eorum personæ & industriæ, quam meræ negociationi tribuendum sit, ex traditis per Syluestrum in summa verbo. excommunicatio. 9. nu. 46. quæ sequitur Nauarrus, vbi supra.

77 Ex quibus omnibus illud sine controuersia consequitur: * quod si clericus hortum, agrum vè arboribus plenum conduxerit, ex quibus naturales fructus percipiatur, iuxta textum & notata in .l. fructus. ibi. *Nam si pomum decerpserit.* D. de vsuris. eoque fructus collectos vendat, proculdubio dicendum est, eum clericum negociari, & gabellam debere iuxta dictam. l. 7. recopila. quia id, quod vendit, non ex suo, vel aliqua sua industria habet (propter quam in præcedenti quæstione excusare se intendit) sed ex mero cōductionis cōtractu, ad hoc, vt venditurus lucrifaciat: quo casu non minor negociationis ratio est, quā in illo de quo agimus supra in tertio præmissio nu. 66. Istud verò intellige, quando clericus iste agrum illum conduxisset sine aliquo fructu apparente, quo casu propria fundi locatio & cōductio est: secus autem, si cum ipsis fructibus iam natis & pendentibus ager ille cōductus foret, quia tunc non tam fundi locationem, quam ipsorum fructuum emptionem & venditionem esse superius dixim⁹ d. cap. 2. nu. 53. cum sequenti. & eo casu nulla dubitatio esse posset, quin regiam decimā deberet clericus, qui emisisset fructus, vt reuenderet aliquid lucraturus ex supra resolutis.

78 Verum, * vt huic longæ disputatio-

rationi finem imponam, animadu-
uertendum est, quod diximus cle-
ricum conducentem prædia alic-
na, & fructus inde collectos vendē-
tem negociari, ac propterea ad re-
galem decimam obligari ex dicta
l. 7. Recopilat. intelligendum esse
de eo, qui contra sacros Canones
conduxisset, iuxta textum & nota-
ta in capit. 1. ne clerici, vel mona-
chi. nam si ex Canonum permis-
sione conduceret, veluti cum a-
licna prædia conduceret, propterea
quod propria non sufficiant, vel
adeo egenus & pauper sit, quod
necessarium sit ei prædia condu-
cere, vt fructibus viuat, siue eis
vescendo, siue vendendo, vt quæ
sibi necessaria sunt, ex pretio con-
sequatur, veluti probat textus in
cap. dilecti. 8. de decimis. & ibi gl.
1. & glo in capit. peruenit. verbo.
conducciones. 86. distinct. mini-
mè dicendum est, eum gabellam de-
bere: quia quicquid ex supradictis
negari nequeat, eum quoq; nego-
ciari, tamè cum propter particula-
re: in illam causam paupertatis, lici-
ta negociatio sit, nullatenus fieri
potest, vt lex gabellaria eo casu lo-
cum habeat, cum fundamentalis ei-
us ratio deficiat, quã tradidimus
supra nu. 51. sicq; prædicta resolu-
tio iuridicè limitanda & intelligē-
da est, prout voluit quoq; Montal-
uus in præallegata. l. 50. Partitæ. de
qua supra nu. 62. dum ait, maximè
non probata necessitate, sed ex cu-
pidine. Nam licet prædicta ratio
non exprimat in dict. l. 7. tit. 13.
lib. 9 Recopila. sed generaliter ne-
gociatorem clericum gabellæ sub-
iecerit, prout facit quoq; textus in
dicto cap. fina. de vita & hone. cle-
ri. & cap. quanquam. de censibus.
lib. 6. tamen cum ea sola & vnica

ratio assignari queat, pro expressa
habetur, ex traditis per gloss. in. l. 1.
quamuis. & ibi Bal. & Paulum de
Castro. C. de fideicom. & Iaso. in
Auth. quas actiones. C. de sacros.
Eccle. & deficiente finali ratione:
legis, legē quoq; ipsam cessare ma-
nifestū est, vt tradit Tiraq. in tractat.
de cessante causa. litera. L. n. 132.

79 Vterius ad exactam interpreta-
tionem & intellectū dictæ. l. 7. Re-
copilat. nonnulla animaduerten-
da sunt: * & primū, quod diximus
clericū negociatorem gabellam
debere, & laicorū statutis obliga-
ri, iuxta textum in dicto cap. fina.
de vita & honest. cle. & quæ dixi-
mus supra nu. 51. sic verum fuisse:
de iure communi, si prius ille cle-
ricus tenio per prælatum monere-
tur, vt negociationē relinqueret,
vt apertè probatur in dicto cap. fi-
na. ibi. *Tertio à te communiti.* & ex-
plicat glo. ibi. & tradit quoque. l.
49. tit. 6. parti. 1. At verò hodie ne-
cessarium non est, vt tenio vel se-
mel moneatur, vt rectè tradit Gre-
go. Lupus in dicta. l. 49. verbo. *Las
franquezas.* & ita seruetur in praxi:
quia sicut Hispaniæ cōsuetudo et-
iam ante S. Concilium Tridenti-
num potēs fuit introducere, vt tri-
na vel aliqua monitio non requi-
reretur ad hoc, vt clericus primæ
tonsuræ fori priuilegium perde-
ret ex eo, quod vestes clericales nō
deferat: quæ tamen aliàs de rigore
iuris Canonici requirebatur, vt tra-
dit Conarru. in pract. quæstio. ca-
pit. 31. in fine. ac propterea, id est,
propter prædictam consuetudi-
nem, immò propter prædictum sa-
crum Concilium, de quo supra nu.
18. transcripta non est in noua le-
gum Recopilatione l. 13. titul. 3.
lib. 1. Ordina. quæ aliud iuxta Ca-
nonēs

nonēs diffinuerat, vt aduertit Io.
Matuentius in. l. 11. glo. 1. num. 4.
tit. 10. lib. 5. Recop. valuit quoq;
eadem Hispaniæ cōsuetudo illud
efficere, prout verè effecit, quod
ad hoc vt clericus negociator iu-
re laici censeatur & gabellam de-
beat, nec vltra monitio neces-
saria sit, quicquid dubitet Io. Par-
lato. lib. rerum. quot. cap. 3. §. 1.

80 - Secundo aduerte, * quod iuxta
prædictam distinctionem, qua di-
ximus clericos ex negociatione
vendentes aut permutantes ga-
bellam debere, secus aliàs, iuxta di-
ctas. l. 6. & 7. Recopi. restringen-
da est. l. 4. tit. 4. lib. 6. ordi. quæ ge-
neraliter statuerat clericos ven-
dentes ad gabellam obligari nul-
lata facta negociationis mentione:
cuius decisio prodiit ex pessimo
consilio, quod tempore Regis
Ioannis. II. factum est, vt refert ac
defendit Mentalus in l. 50. verb.
que Pharaon. tit. 6. part. 1. & aduer-
tit Grego. Lupus ibi. quem refert
& sequitur Di. Peretius in eadem
l. 4. ordi. & in. l. 1. glof. 1. tit. 3. lib. 1.
ordi. col. 94. & notat Ioa. Villalo-
bos in tract. com. opinio. litera. E.
num. 3. vers. fallit quarto. vbi etiã
existimat in duobus correctam ef-
se l. 73. vers. fina. tit. 3. lib. 1. ordin.
cum in prædicta generalitate: tum
etiã, quia emptorem aggruat
gabella contra l. 2. in quater. gab.
Sed ego dico, nullo modo corre-
ctã esse, quia procedit iuxta l. 8. tit.
18. lib. 9. Recopilat. cum resolutis
supra num. 10:

81 - Tertio aduerte, * qd si clericus
rem aliquam emerit, siue mobilē
siue immobilem, aut se mouen-
tē, nec quidem animo reuenden-
di, sed vt ea fruatur, & sui vsus cau-
sa, secundum quod definit I. C. in

l. in lege censoria. 203. D. de ver.
fig. quam rem postea ex acciden-
ti vendiderit, vt quia vtilius sibi ef-
se contingat pretio rei frui, quã
re ipsa vti, gabellam non debet:
quia negociari dici non potest, ex
dicto cap. eijciens. 88. distinct. &
quæ supra resoluius. nu. 52. pro
vt expresse tradit Syluester in sum-
ma verb. ex communicatio. 9. nu.
46. in fi. ibi. idem intellige, si ali-
quid emat in vsum suum, quia sol-
uere non tenetur, cum non sit ne-
gocium proprie. refert & sequitur
Nauar. in Manuali confessio. cap.
27. n. 128. cui sententiæ rectè fauēt
ea, quæ docet Baldus in l. 1. §. Vn-
de querit Offilius. D. de exercito.
actio. & Bart. in l. cætera. §. fi. n. 3.
de lega. 1. & alij, quos refert & se-
quitur Castellus in l. 1. tauri. verb.
que fueren vsados. fol. 19. col. 1. vers.
quod etiam facit ad ea. * Vbi di-
cunt ij autores, quod si statuto ca-
neatur, vt nemo possit emptum
frumentum reuendere, prout cau-
tum apud nos est in l. 19. tit. 1. l. 1.
5. Recop. & aliquis emat in ciui-
tate frumentum pro victu totius
anni: postea autem mutas propo-
situm velit à ciuitate recedere, &
sic recessurus frumentum illud vē-
dat, in pœnam legis aut statuti nō
incidit: quia inspiciēda est prima
destinatio ex dictis iuribus, & l. in
pupillo. in fine. D. de solutio. Sed
istud quidem rectè limitat Barto-
lus in dicta l. cætera. §. fi. n. 3. si mo-
dò cōstet de proposito & destina-
tione prima: id quod ex qualitate
rei & personę erit iudicandū ex re-
solutis per Auen. ref. 33. n. 4. ver.
quarta. aliàs enī ex euētū iudicabi-
mus, illum ad reuendendum emis-
se, argu. tex. in l. sed Iulianus. aliàs
l. itē si filius familias. §. proinde
D. ad

D. ad Macedo. quod & ad nostrū
propositum, adplicandum est.

83 Quarto nota, * quod de clerico
negociatore diximus supra nu.
51. obseruandum quoque esse in
in monasteriis, quorum prelati
res aliquas per negociationem
vendiderint aut permutauerint,
vt expresse tradit Syluester in sum
ma, dicto verb. ex communicatio
9. num. 46. iuxta ea, quæ supra re-
soluimus. nu. 57. Quin immo &
in ecclesiis idem ius est, vt expref-
se decidit dicta l. 7. ibi. *E yglesias vñ
dieren.* titu. 18. lib. 9. Recopilatio.
quamuis quidem difficile videat-
ur ex notatis per glossam & Ab-
batem in cap. fina. num. 10. de vi-
ta & honest. cleri. vbi inquit, quod
si clericus aut quicumque alius ad
ministrator rerum ecclesiæ, cum
eis negocietur, non debet eccle-
sia perdere suum priuilegiū, quo
magis ex ea negociatione Regia
gabella debeatur: quia verè ipsa
ecclesia non negociatur, & pœ-
na delicti non debet excedere suū
autorem: atque ita in nostra ma-
teria, quod ex negociatione in bo-
nis ecclesiæ facta Regalis decima
non debeatur, tenuit expresse Pe-
trus Duenias in regu. 100. num. 11
in fine. sed cum notat Io. Matien-
tius in l. 1. 1. glos. 1. nu. 3. tit. 10. lib.
5. Recopilat.

84 Quinto considera, * difficile est
se qualiter gabella, quæ à clericis
negociatoribus debetur, exigen-
da sit, nempe à qua persona, & à
quo iudice: atqui. l. 4. tit. 4. lib. 6.
ordina. statui, quod si laicus emit
à clerico negociatore aliqua bo-
na magnæ quantitatis & valoris,
ipse laicus tenetur gabellam sol-
uere: si verò minutatim res ali-
quas clericus ipse vèdiderit, non

emptores (quicūq; illi sint) sed cle-
ricus ipse venditor teneatur. Castel-
lus autem in l. 70. tauri. verbo. *el
Alcauala.* in additione. ver. si vero
illam habuit. existimat, quod inca-
su, quo clericus vendens decimā
debet, ea exigenda est ab empto-
re laico ex decisione l. 120. quat.
gabella. quæ est hodie l. 32. tit. 19.
lib. 9. Reco. dū illa lex iubet, quod
quādo quis emit à persona potē-
tiori, decimam pretij gabellatio
soluendam retinere debet: ex quo
bene potuit Castellus arguere, quod
qui emit à clerico negociatore, te-
neatur retinere gabellam, quia cle-
rici potentiores persone sunt, quā
laici, vt tradit Collectaneus in ca.
1. de alienat. iudi. muta. quem re-
fert & sequitur Dida. Peretius in l.
1. glo. 1. ver. item etiam persona
col. 102. tit. 3. lib. 1. ordi. Tu verò
dic, quod quāuis prædicta sint ve-
ra, nihilominus gabella, quæ ex cle-
rici vèditiōe debetur ab ipso met
clerico peti potest: quia cum ve-
re ipse debeat ex supra resolutis,
poterit in omnem casum de iure
conueniri, & quidem coram iudi-
ce seculari: quia cum propter ne-
gociationis delictum iure laici cē-
seatur, & eum à seculari iurisdic-
tione ecclesia non defendat, vt
tradit tex. in d. cap. fina. de vita &
honest. cleri. & dicta l. 7. Recopi.
& l. 3. in qua. gabel. ibi. *como si fue-
sen legos.* non poterit fori priuile-
giū allegare, vt expresse tenet Me-
xia Pontius in prag. panis. cōclus.
5. n. 23. vbi ad hoc allegat Tiraq.
de ret. lig. §. 32. glo. 1. n. 80. Sed il-
le quidē cum alijs per eū allegatis
nominatū loquitur in actione rea-
li, quādo scilicet clericus cōueni-
tur ratione rei tributariæ, quā pos-
sidet: at nos loquimur in actione
perso-

personali, quā quicumque vendi-
tor ad gabellam tenetur ex condi-
tione ex lege: quo casu maior
dubitatio est. Sed adhuc vera est
prædicta resolutio, quia sicut ta-
lis clericus negociator iudicatur
vt laicus, ad hoc, quod regio tribu-
to vexari queat cōtra generalem
prohibitionem text. in cap. quan-
quam. de censibus. lib. 6. vt talis
quōq; coram seculari iudice con-
uenietur, vt bene aduertit Mexia
in dicto loco, iunctis ijs, quæ re-
soluit Pe. Rebuffus ad leges Galli-
cas. 2. tomo. de mercatoribus mi-
nutatim vendentibus. gloss. 13. a-
git Boerius decisione. 246. num.
47. Aduerte tamen, quod diximus
negociatorem clericum laici iu-
re ceteri, verum esse quoad eius
bona & facultates duntaxat, se-
cus quoad personam, vt expresse
tradit textus in dicto cap. fina. ibi.
de suis facultatibus. de vita & hone-
sto fit, vt talis clericus propterga-
bellæ debitum à iudice seculari
carcerari nequeat, nec in eo lo-
cum habeat l. 130. in quat. gabel-
la. de qua egimus supra cap. 18. nu-
mer. 57. sed tantum poterit cap-
tis pignoribus ad solutionem ad-
stringi, vt bene tenet gloss. docto-
ris Azeuedo. in l. 11. tit. 3. lib. 1. Re-
copilatio. * Quin immo si dubium
fuerit, an clericus fuerit negocia-
tus, nec ne, poterit iudex laicus &
secularis de causa cognoscere, ex
resolutis per Gre. Lu. in l. 49. ver.
las franquezas. in fine. tit. 9. part. 1.
85 Sexto & vltimo nota, * quod
verba illa dictæ l. 7. tit. 18. lib. 9. Re-
copila. ibi. *por via de mercaderia, tra-
to, negociacion.* ita accipiēda sunt,
vt vnumquodque illorum suffi-
ciat, vt legis dispositio procedat:
sufficit enim, quod clericus nego-

cietur, quamuis mercator non sit.
Ex qua inspectione duo effectus
87 oriuntur: * primus, quia quamuis
verum est, eum esse mercatorem
qui plusquam semel, immo plu-
ries mercimoniam exercuerit, vt
notat Bartolus in l. maritus. 1. per
tex. ibi. D. de adult. & l. 1. §. 1. D. de
tributoria. & est communis om-
nium resolutio ex traditis per Cas-
sensem in consuet. Burgu. rubrica
4. §. 1. in tex. ibi. *sette nest marchā-
de.* fol. 131. col. f. & 3. tamen si cle-
ricus rem aliquam emerit, vt reue-
dat lueri faciendi causa, atq; ita vè-
diderit: quamuis semel fecisse con-
tingat, ad gabellam tenebitur:
quia iam quod mercator non sit
ex supra resolutis, negari non po-
test, quin vel vnica illa vice nego-
cietur: atqui clericis nedū merca-
tura, sed & quæcūq; negociatio
generaliter est prohibita, vt constat
in cap. negociatore. & cap. forni-
cari. 88. diffin. & negociatio vel
ex vnico actu dicitur, vt denotat
generalitas text. in cap. eiciens.
ver. qui verò rem comparat. 88.
diffin. quicquid prohibitionem
negociationis in clerico, non est
se de primo actu intelligendā, ma-
le existimet Paris de Puteo de sin-
dicatu. verb. contrahere. cap. 2. n.
1. in si. quem refert Auilesi in ca.
2. pratorū. verb. *de mercaderia.* n.
5. atq; ita iuxta præhabitam resolu-
tione quotidiana praxis obseruat
vt vel ex vnica clericivenditione
per negociationē contracta Rega-
88 lis decima debeatur. * Secundus ef-
fectus est, quod licet venditio fiat
illius rei, in quam mercatura non
cadit iuxta strictam decisionem
intercis appellatio. & l. mercis ap-
pellatione. D. de verborum signi-
fica. adhuc Regalis decima debe-

atur à clerico, si modò. ex nego-
 ciatione processerit: veluti si fun-
 dum emisset, vt reuenderet lucri
 causa, cumque vendidisset, prout
 expresse tenent Didac. Pererius in
 l. 13. gloss. *pagues el Alcanala*. ibi, e-
 mitque gratia negociationis præ-
 dia. tit. 3. lib. 1. ordina. nec vtrique
 conclusioni obstant illa verba di-
 ctæ l. 7. Recopilat. *mercaderia trato*.
 quia intelligenda sunt iuxta ver-
 bum inferius, *negociationis*: & iuxta
 terminos subiectæ materiæ, ex tra-
 ditis per Baldum in rub. C. de con-
 trah. empt. & Alexa. consilio. 21.
 yso compromisso. colu. 2. lib. 5.
 nec enim verborum illa non ne-
 cessaria multiplicatio, rerum sub-
 stantiam mutat. l. pediculis. 5. La-
 beo. D. de auro & arge. lega. cum
 vere lex illa regia ius Canonum
 transcripserit, de quo in dicto. ca.
 fina. de vita & hõne. clerico. cum
 ijs, quæ supra tradidimus nu. 51.
 89 Sed & iuxta ea, * quæ de eccle-
 siasticis personis supra resolui-
 mus, non male dubitabitur, quid
 de eremitis non clericis, sed qui
 sub nullo præcepto & voto in so-
 litudine habitant quasi monasti-
 cam vitam agentes, dicendum sit:
 atqui eos episcopo subesse tenet
 glossa in l. 2. verb. non possunt. &
 ibi Bart. & Ange. D. de inius vo-
 cando. & quod priuilegio clerico-
 rum gaudere debent, ait glossa in
 cap. qui vere. verb. vero. 16. quæst.
 1. & latissime resoluit Nico. Boe-
 rius, in tract. de vita & statu ere-
 mitar. n. 13. ego crediderim istos
 eremitas, quos apud nos videmus,
 proculdubio iure laicorum cen-
 sendos esse, quia non ita pure &
 vere solitariam vitam agunt, vt re-
 quirat textus in dicto cap. qui ve-
 re. quin poti⁹ sicut laici nati sunt,

ita laici perseuerant, cum nec or-
 dinem habeant clericalem, nec re-
 ligionem adprobaram profitean-
 tur: quod ita tenent Fran. de Zaba-
 re. & alij, quos refert & sequitur
 Auferius in quæst. Tholos. 8. Ab-
 bas, & alij relati per Boerium vbi
 supra num. 14. ita vt dubium non
 sit, quin si isti tales eremite aliquid
 vendiderint, Regali decimæ subij-
 ciantur: nec locum habeat priuile-
 gium di. l. 6. tit. 18. lib. 9. Recopi-
 90 Ex venditione * autem, aut per-
 mutatione bonorum cuiuslibet
 hospitalis per episcopum appro-
 bati dubium non est, quin gabel-
 la non debeatur: quia ecclesiæ
 priuilegio gaudet, ex notatis per
 doctores in cle. per literas. & cle-
 men. quia contingit, de religiosis
 domibus. & videtur voluisse præ-
 dicta l. 6. Recopilatio. ibi. *quales-
 quier yglesias*. dictio enim, quodcū-
 que, omnimodam generalitatem
 importat, vt est textus in cap. so-
 litè benignitatis. & ibi Abbas, &
 doctores. de maiori. & obediens.
 Circa fratres verò & sorores beati
 francisci, qui tertij ordinis appel-
 lantur, de quorum principio & o-
 rigine agit F. Hiero. Roman in 1.
 parte de las republicas. lib. 6. ca.
 16. habemus text. in l. 19. tit. 4. lib.
 4. ordina. quæ est hodie. l. 1. tit. 14.
 lib. 6. Recopilatio. per quas leges
 statuitur, quod si priuatam vitam
 agunt cum vxoribus & maritis, &
 bonis suis, vt laici iudicentur, vt
 tradit Cardina. in clementi. cum
 ex ec. de sent. ex commu. cola. 2.
 vbi Pe. de Ancharrano, relati per
 D. Fra. Sarmi. de re ditibus eccles.
 in defensione libelli. 1. parte. mo-
 nito. 56. numero. 4. & agit Gre-
 gorius. Lupus in l. 1. glossa. 1. titu.
 7. partita. 1. & Didacus Pererius
 in di

in dicta l. 19. ordin. & in l. 1. pag.
 93. tit. 3. lib. 1. ordina. secus autem
 si vt religiosi in communitate vi-
 uant, prout plura monasteria vide-
 mus hodie.

Cæterum ad alia transeundo,
 92 notanda est * l. 9. dicto tit. 18. lib. 9
 Recopilat. & animaduertendum,
 quod quamuis fratres ordinum
 militarium, nempe sancti Iacobi,
 & sancti Ioannis, Alcantaræ, & Ca-
 latraux, quos vulgus commenda-
 tarios appellat, ecclesiasticæ ac re-
 ligiosæ personæ videantur, prout
 de fratribus diui Ioannis tradit
 Ducñas in regu. 100. numer. 5. ac
 de omnibus constare videtur in l.
 14. ibi. *ni otro alguna religioso*. tit. 5. li.
 3. Recopilatio: quæ dictio *otro* (a-
 hum enim significat) repetitiua est
 similitum, iuxta Bal. in l. conuenti-
 culam. C. de epis. & cleri. contra-
 rium verius est, quia immo nec ec-
 clesiasticæ, nec religiosæ personæ
 sunt, sed mere laici, prout de fratri-
 bus sancti Iacobi tradit Montal-
 uus in l. 8. gloss. 1. tit. 1. lib. 2. fori. &
 generaliter de omnibus istis fra-
 tribus militariibus disputat cū Na-
 uarro Do. Fran. Sarmientus in de-
 fensione libelli, de re ditibus eccle-
 sia. 1. parte. monito. 55. cum sequē-
 ri. ac proinde nec clericorum, nec
 religiosorum priuilegijs gaudent
 nisi quatenus specialia sua priuile-
 gia disponunt, vt tradit Montal-
 uus vbi supra. Ex quo intelliges o-
 ptimo iure fundatam esse disposi-
 tionem l. 3. in quat. gabe. in fine.
 quæ vult, vt isti omnes fratres mili-
 tares vendentes & permutantes
 in his Regnis, sicut cæteri laici ga-
 bellam soluant: nec aliqua iuris
 derogatio in ea lege, quin po-
 rius verà iuris expressio contine-
 tur, quicquid voluerit Ducñas vbi

supra numero. 5. in fine. & quic-
 quid in contrarium multa sint nec
 leuia fundamenta, quibus probari
 videatur, istos fratres religiosos &
 ecclesiasticos esse, ac petinde im-
 munes à gabellis, vt resoluit ac dis-
 putat Menchaca lib. 3. quæstio. il-
 lust. cap. 105. ex numer. 45. propo-
 ter quæ forassis, & ad omnes diffi-
 cultates dirimendas, media sen-
 tentia admissa est à Christianis-
 simo Rege nostro Philippo. II. qui
 voluit istos fratres immunes esse
 in omnibus fructibus suarum cõ-
 mendarum, secus in patrimonialibus,
 & rebus aliunde quæsitis, vt
 constat ex dicta l. 9. tit. 18. lib. 9.
 Recopil. quæ seruatur in praxi, cu-
 iusq; ratio ex prædictis detegitur.
 Præterea nota, quod quampluri-
 ma priuilegia concessa sunt va-
 riis personis & locis, de quibus in
 dicto tit. 18. lib. 9. Recopilationis
 videlicet à lege decima vsq; ad l.
 34. ex qua vsque ad finem tituli de
 ijs rebus agitur, quæ gabelle im-
 munitatem meruerunt, de quibus
 agemus infra capit. 20. Atqui vna
 quæque res, locus, & persona suam
 particularem rationem habuit, vt
 priuilegium concederetur, prout
 constat ex historiis, & infra expli-
 cabimus. Inter prædictas verò per-
 93 sonas, quæ in allegatis legibus re-
 feruntur, * plurimi regij artifices,
 & officiales connumerantur eara-
 tione, quia digni sunt, vt cæteris an-
 recellant, iuxta notata per Casse-
 næum in catalago gloriæ mundi
 parte. 11. confide. 35. & vide Bap-
 tistam Villalobos in antinomia li-
 tera. G. nume. 3. Item & descendē-
 tes Antonæ Garfiæ ciuis Tauri-
 nensis, de quibus & aliis agit Ioa.
 Oralora de nobilitate. 4. parte.
 capit. e. 5. numero. 19. vbi notan-
 dum

94 dum est, q̄ cum lex Regia expref-
se loquatur de filiis legitimis illi-
foeminae, legitimisque eius des-
cendentibus, non habebit locum
quæstio de naturalibus, quam dis-
putauit Bartolus consilio 229. in-
cipit. caueretur statuto. & resoluit
Gregor. Lupus in l. 1. verb. *Amiga*
tit. 11. partit. 7. Per quot * autem
gabelle solutio quæquam ho-
rum priuilegium perdat, notatur
in l. 2. vbi glos. & Bart. D. de priuile-
giis vetera. & allegat plures Laurenti.
Siluanus lib. 2. consilio. 83. nu. 11.
Itaq; quicumq; à gabelle solutio-
ne immunes sunt, vel in dicto titu-
lo, & libris Regijs continetur, vel
priuilegiati non sunt, vt expresse
tradit l. 1. dicto tit. 18. lib. 9. Recopila-
t. & supra admonuimus num.
95 5. * vt superuacanea sit Io. Parlado-
rij disputatio libr. rerum quotid.
cap. 3. §. 1. num. 19. vbi dubitat, an
cæcus ab hoc munere esset immu-
nis, eo quod de iure communi à
muneribus personalibus excuse-
tur l. 1. C. qui morbo se excusant.
qua ratione & de aliis quoq; quæ
plurimis dubitare debuisset, qui
eandem immunitatem habent: ve-
luti minor l. 1. & l. 2. C. qui æta. se
excu. libr. 10. & l. sextum. §. 1. D. de
vacat. mune. & is, qui quinquagin-
ta quinq; annis maior est l. mani-
festi. C. qui ætate se excusant. lib. 10.
& l. 2. §. fina. D. de decurio. & l. nō
tantum. §. penul. eo. tit. item & is,
qui certum quendam filiorum nu-
merum habet: nam & hic nedum
à personalibus, sed & quandoque
à patrimonialibus excusatur l. ne-
potes. & l. de personalibus. & l. fi-
na. C. de his qui nume. libero. lib.
10. immo & surdus à personalibus
excusatur, sicut cæcus l. honores. §.
1. D. de mun. & l. vnica. C. qui mor-

bo se excusant. lib. 10. Sed certe vt
dixi, nullus istorum à Regali deci-
ma excusatur, non quidem ea ra-
tione quod hæc gabella munus
patrimoniale sit, prout malè putat
in ceco Parladorius vbi supra di-
cto num. 19. quia quamuis à patri-
96 monialibus cæcus immunis esset,
qui tamen non est, * prout contra
Grego. Nonum in capit. licet. de
censibus. resoluit Petrus Antibo-
lus de muneri. 3. parte. §. 2. num.
28. non statim eum à venditionis
& permutationis decima excusa-
ri diceremus: sicut non excusatur
nobilis ex traditis supra num. 2.
quem tamen à patrimonialibus
exemptum esse luce clarius est, vt
constat ex l. 14. tit. 1. & l. 10. tit. 2.
lib. 6. Recop. & l. 9. tit. 11. lib. 2. Re-
copilat. cum notatis per Io. Otala-
ram de nobilitate. 2. parte. cap. 4.
97 & parte. 5. capit. fina. in prin. * Et
quia falsum est dicere, quod hæc
Regalis decima munus patrimo-
niale sit, vt aliàs putat Parladorius
quin potius sine dubio dicendum
est, nec personale esse, quia nō im-
ponitur ratione personæ: nec e-
tiam patrimoniale, quia non indi-
citur ratione alicuius rei: nec iti-
dem mixtum erit, quia nec ratio-
ne personæ & rei simul penditur:
ex quibus tripartita munerum di-
uisio orta est in titulo D. de mune-
ribus. & tradit Antibolus in dicto
tractatu: sed est quarta ac noua spe-
cies muneris, quod imponitur
ratione contractus, vt in simili ga-
bella docet Baldus in l. 1. nume. 3.
& 4. C. de contrah. empt. quod ita
recte agnouit Montalius in l. 50.
verb. *que Pharaon.* ad finem glossæ.
vers. cum vero lex civilis. tit. 6. par-
ti. 1. quicquid ipse antea in eadem
met glo. ver. restat nunc responde-

re: voluisse videatur Alcaualam
tributum esse rebus impositum. Ita
que ad differentiam personalis, pa-
trimonialis, & mixti muneris, neu-
trum appellare licet: sed ideo, vt
dixi, nullus ex prædictis à Regali
decima excusatur, quia nullibi Re-
gijs legibus reperiuntur exempti:
habetque ideo locum generalitas.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopila.

98 Vnde aptissime pro vltima istius
capitis resolutione disputanda est
quotidiana illa quæstio, quæ ha-
bet: * an is, qui non ex voluntate
& sponte sua, sed ex necessitate ve-
diderit, vt quia ex aliqua iusta cau-
sa per legem, Regem, aut magistrat-
rum coactus rem suam dederit, &
iustum valorem & pretium acce-
perit, iuxta notata in l. item si ver-
beratum. §. 1. D. de rei iudicati. &
quæ resoluit Pinelus in rub. C. de
de res. vend. 1. parte. cap. 2. num. 14.
& quæ circa l. inuitum. C. de contrah.
empt. latissime tradit Couar. lib. 3.
varia. resolut. cap. 14. & decidit l. 2.
ad finem. tit. 1. part. 2. vbi Gregori-
Lupus, an (inquam) hic talis vendi-
tor regalem decimam debeat, nec
99 ne: * & quidem aliquibus placuit
quod ex isto necessario contractu
decima non debeat, nec soluenda
sit, quia necessitas à tributis ex-
censare solet l. cæsar. & l. finali. §. si
propter necessitatem. D. de publi-
vbi Bart. & doctores notant. & l. 1.
C. de naufrag. lib. 11. vbi Bartol. ex-
presse decidit per eam legem, quod
si propter vim & tempestatem ma-
ris, vel hostium & Pyratarum in-
cursum & timorem, res & nauis ad
portum venerit, ad quem, nisi ea
urgeret necessitas, non veniret, ga-
bella non debetur, quæ aliàs si spō-
to ad eum portum peruenisset, sol-
uenda foret: & bene probant præ-

dicta iura. ergo eadem ratione vi-
deatur, quod quamuis qui sponte
vendit, solutioni decime teneatur
lege Regia, qui propter necessita-
tem & coactus vendiderit, excusa-
ri debeat: sicut & qui propter ne-
cessitatem rem emphyteuticā ven-
diderit, ad laudemij solutionem
non obligatur, vt putat Iason in l.
fina. num. 47. C. de iure emphyte-
atque ita in hac nostra quæstione
ex prædicto argumento tenet Par-
ladorius lib. rerum quotidiana. cap.
3. §. 2. num. 26. & in eadem sen-
tentiam ea videtur efficax ratio,
quia venditio sine consensu esse
non solet, vt potest quæ solo con-
sensu contrahatur l. 1. §. fina. D. de
contrah. emp. & l. 1. vers. item em-
ptio. D. de rerum permut. cum su-
pra resolutis cap. 3. in prin. prop-
ter quod à nolente & inuito impos-
sibile est, quod venditio fiat l. inui-
tū. C. de con. empt. nā tria requirū-
tur in venditione, res, pretium, &
consensus, vt probat text. in prin.
l. 1. de empt. & vendit. Vnde vi-
deatur consequi, quod qui inuitus
& à lege vel magistratu coactus
rem suam dat, & pretium accipit,
minime vendere intelligatur, cum
consensum non adhibeat contra-
ctui: sed magis vim pati, quàm cō-
trahere dici debeat: & dicendum
sit potius, non illam rem vendi &
emi, sed ex iusta causa domino au-
ferri, & damni satisfactionem fieri
solutione pretij & valoris: quod
negocium diuersum est à vendi-
tione, ex qua sola, vel ex permuta-
tione quidem gabella solui de-
bet, l. 1. & l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopila-
atqui ista ratione Regiam gabellā
ex venditione necessaria non de-
beri expresse voluit Auendanius,
responsio. 13. numer. 6. versiculo.

admissa igitur in fine.

100 Sed adhuc * in contraria sententia sum, iuxta quam, cum interrogatus fuisset, semel respondi, & practicum est: existimo enim, quod ex huiusmodi venditione Regalis decima debetur: quia vere venditio est, & nullibi reperitur exempta: atque ideo esse non potest, quin comprehendatur sub generalitate dictæ l. 1. tit. 1. §. lib. 9. Recopilat. iuxta ea, quæ supra resoluumus num. 97. nec obstant argumenta superius adducta, quia quod dicitur necessitatem à tributis excusare, locum habet & procedit in portorii & aliis tributis similibus ijs, de quibus loquuntur ea iura, quibus prior fundatur opinio. * At ex illis tributis, vel quocumque alio arguere non licet ad hanc Regiam decimam, quæ generalissima est, omnem quamcunque validam venditionem, & quemcunque laicum venditorem comprehendens, nisi qui specialiter reperitur exemptus, ut supra explicuimus. Præsertim, quia si bene advertatur, singularis ratio est in dictis iuribus, ut necessitas à tributo & vectigali excusare queat, quæ in nostra hac venditionis & permutationis decima non militat, nec locum habet, ut ex sequentibus apparebit.

102 Primo enim * non obstat textus in dicta l. cesar. D. de publica. quia quamvis ad hoc communiter allegetur, quod casus fortuitus non debet præiudicare damnû passio, ut dicit glo. ibi. verb. initio. Bar. Alberi. & ceteri doctores. & tradit Motaluus in l. 8. ad medium glossæ. tit. 3. part. 7. & Castellus in l. 1. tauri. fol. mihi. 19. pagi. 1. id solum probat ea lex, quod si cotes, quæ semel intra permissum locationis tem-

pus à portu fuerant extractæ, iterum ad portum vi aliqua reuertantur naui tempestate delata, & intra prohibitum tempus exeant: non videtur quidquam contra legem contractus, de quo ibi, ab extractante mercatore fieri. Quæ decisisio non in tempestate & casu necessitatis fundatur, ut ego interpretor, sed in ea potius ratione, quod illæ cotes iam ab initio euectæ & extractæ videantur, cum semel à portu naui à principio proficisceretur: nec si denuo propter tempestatem reuertantur, iterum extrahendi possunt contra legem contractus, quæ semel & iuste iam extractæ fuerint, ut satis expresse ait l. C. ibi. *propterea quod iam ab initio euectæ cotes viderentur, cum ex portu nauis profecta esset.* ideo autem tempestatem mentio facta est, quia si sponte rediret mercator, nunquam è portu exiisse videretur, nec animum proficiscendi habuisse, qui statim in eum locum, quo egressus est, reuerteretur, ut bene tradit Bartolus in ea l. cesar. num. 9. ver. nono oppono sic. & Albericus nu. 2. alias enim aperta fraus posset committi, & lex contractus eludi, ut satis ad sensum patet. & hæc est vera illius legis interpretatio, quæ bene ex prædictis intellecta parum prodest, aut nocet huic materiæ, quæ de agimus.

103 Secundo * non obstat textus in dicta l. fina. §. si propter necessitatem. D. de publicanis. quia ibi solum dicitur, quod si propter tempestatem & vim maris res aliqua expositæ & inuectæ sint in portu sine portorii solutione, locum habere non debet pœna commissi: nec dicitur, an saltem ipsum portorium exigendum sit ex illis rebus: & ma-

gis

gis videretur ex ea lege, quod exigendum foret sine pœna commissi, quæ alias ex doli defectu remitti solet, ut constat ex eadem l. fina. §. diu. el. 2. & notauimus supra cap. 18. num. 47. nisi esset lex, quæ expresse decidit, ut nullum tributum & vectigal ex eo naufragio pendatur l. 1. C. de naufragiis lib. 11. & quidem merito, ea elegantissima ratione benignitatis Regiæ; magnificentiæ plena, de qua in text. ibi. nempe quod indignum est, ut ex aliena calamitate, & re tam lucrosa, quale naufragium est, Regius fiscus compendium & utilitatem secleretur. At ista ratio in nostra specie & questione, qua de agimus, minime locum habet, ut à decima Regali excuset necessitas: etenim illa, de qua in dicta l. C. de naufrag. lib. 11. lucrosa est & lugenda calamitas, ac merito adiuuanda l. 1. in prin. D. de incendio ruina & nau. * Necessitas verò, de qua in nostra specie, fauorabilis non est, ea ratione, quia cum nemo rem suam cogatur vendere, nisi ex tam iusta causa, quæ ipsum alias ad sponte vendendum sine superioris mandato mouere debuisset, putat religionis, aut reipublicæ, pro quibus quisque bonus pugnare debet, & sua exponere ac deuouere iuxta Platonis sententiam, qua ostendit homines non tantum sibi natos esse, sed reipublicæ: quia ut inquit Aristoteles lib. 8. politico. capit. 1. vnusquisque ciuis pars ciuitatis est: procuratio autem cuiusque partis procuracionem totius spectare debet lege naturæ, ut notat Dida. Simancas de reipublica. lib. 1. cap. 13. si is, qui sponte sua fauere reipublicæ debuisset, neces-

sitatem & coactionem expectans vendiderit, nullo premio affici demeretur, argu. text. in l. si duas. §. de philosophis. D. de excusa. tuto. vbi si is, qui ex se ratione propriæ virtutis quidquam facere tenetur, à magistratu cogatur ut illud faciat, nullo priuilegio excusari potest, nec debet: quia indignum se premio facit, qui honeste obligationi suæ non satisficit. itaque si iste, de quo agimus, respiciens necessitatem & emolumentum reipublicæ, Regis sui, aut religionis utilitatem, lubens & sponte vendidisset, dubitari non posset, quin decimam Regalem esset soluturus: si coactus videretur, maior & iustior ratio est, ut soluat.

105 Nec tertio * obstat doctrina lafonis in l. fina. num. 47. C. de iure emphyt. immo communis omnium doctorum passim tradita interuoluntariam & necessariam venditionem distinctio: quia illa differentia & doctrina procedit in materia laudimij, de qua ij autores loquuntur: nempe vbi agitur de prohibitione alienationis & venditionis, vel de suspitione fraudis in vendente, ut scilicet non videatur fraudem facere, vel prohibitionem incurrere, qui necessario vendidit: prout contingit in diuidente rem communem litigiosam, vel emphyteuticam, ut probat text. in l. fina. vers. exceptis. ibi, *diuisionis.* C. de litigiosis. & in Aut. de litigiosis. §. 1. ibi, *heredes autem eius.* non autem procedit, vbi agitur de iure comperenti vel comperituro alicui tertio ex simplici actu venditionis: quia siue voluntarie, siue necessario quis vendiderit, hoc nihil pertinet ad illum tertium, & sic ad fiscum & gabellatum

rum

rium in nostra materia, cui illud sufficit, quod venditio sit, ut sapi⁹ admouimus supra cap. 14. per totum. & prout expresse & eleganter eam communem Doctorum distinctionem explicat in simili materia Caro. Molinaus in consuet. Paris. tit. 1. §. 22. num. 14.

106 Ultimo non obstat dicere, * quod in hoc necessitatis & coactionis negotio, vera venditio non sit, nec contrahatur iuxta Auendani sententiam dicto respo. 13. nu. 16. vers. admittit. in fine. quia id falsum est, prout euidenter probat l. 1. in pri. vers. & si plures sint socij: C. de commu. ser. manu. ibi. *necessitatem habere partes suas, quas in seruo possidet, vendere.* vbi expresse, qui cogitur partem serui sui pro iusto pretio dare, vendere dicitur: nec necessitas facit, quo minus illud negotium, nempe rei datio pro pecunia ex legis precepto, venditio sit, ac si voluntarie fieret iuxta regulam l. naturalis. §. & si quidem D. de precri. verbis. nam licet rei dominus non consentiat contractui, consentit quidem iudex, Rex aut lex ipsa, quæ magis domina est rerum nostrarum, quam nos ipsi iuxta nota. in l. nemo potest. de legatis. 1. immo & hominum quoque domina est ex celebri Pausaniæ dicto: apparetque ita mutuam confensum esse, ex quo vera venditio contrahitur, l. 1. D. de rerum permut. emptoris scilicet, & Regis, legis, aut magistratus: qui vere vendunt pro rei domino ex iusta causa, eorumque factum partis esse intelligitur, prout in venditione per decretum iudicis celebrata superius resoluiamus capite. 7. num. 54. Igitur si verum est, prout patet, veram venditionem contrahi, vbi quis co-

gitur rem suam dare pro suo iusto pretio, & nulla lege Regia talis venditio reperitur exempta, quis dubitat, quin Regalis decima ex illa debeat acclamantem generali regula tex. in l. 1. tit. 17. & l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. præsertim, quia si contrariam sententiam admitteremus, magni quidem effectus esset, & immense quantitatis negotium: passim enim res immobiles & solis pro republica, monasteriis, & ecclesiis ab inuitis dominis vendimus: & diuites coguntur triticum, alij vinum, & merces alias ciuibus vendere inopiæ tempore: quam exceptionem, si vera esset, lex Regia non omitteret in dicto tit. 18. lib. 9. Recop.

Vnum tamen eleganter aduertit, * quod si in aliquo casu coactio ista & necessitas efficere potest, ut hoc negotium venditio non sit, sed rei propriæ ablatio inuito domino, & damni illati satisfactio per pecuniam: ille quidem est, de quo in l. 2. vers. *E si por auentura.* tit. 1. partit. 2. nempe quando Rex sibi ipsi aliquid aufert vassallo bono cambio dato, ut inquit illa lex: vel etiam Dux, Comes, & Marchio, aut Baro, vel quicumque alius dominus in terra sua: quia istis casibus, cum ille dominus sibi ipsi fruatur, ut ipse fruatur, vel ut in alium liberalitatem exercent, iuxta l. 2. C. quibus ex causis serui lib. accipiunt. intelligi non potest loco proprietarij rem illam vendere, ne sibi ipsi vendere videatur, duorum personam agens, emptoris & venditoris, quod iuris ciuili ratio non patitur. l. 1. §. fina. ibi. *alius emptor, alius venditor.* D. de contra. empt. atque in hunc sensum elegantisima est illa l. 2. partit. dum cau-

Attende
esse

te illud negotium emptionem & venditionem non appellat: sed quasi refectionem & satisfactionem damni illati & ablatæ rei esse demonstrat. eo ergo casu dictæ l. 2. decima non debetur, nec in specie dictæ l. 2. C. ex quibus causis non quia necessitas excuset, sed quia efficit eo casu, ut venditio non sit.

108 Verum his ita constitutis, * si ego cogar rem meam alij vendere pro iusto pretio, illud in consideratione esse debet, quod pretij recipiendi decimam, vel aliam summam iuxta gabellariorum conductiones, fisci nomine soluturus sum ex prædictis: ut & illud quoque detrimentum ita resarciatur, ut iusto suo pretio eoque franco res vendita maneat: alias enim in manifesto damno essem, si decimam iusti pretij, quod solum recepissem, gabellario soluerem, cum tamen ex eo, quod quis inuitus facit, nullum ei debeat parari præiudicium. l. & ideo. in .2. responso. D. de cond. furtiua. & l. si pignori in fine. D. fami. ercis. & expresse in nostris terminis decisum extat in dicto l. 2. partit. ibi. *tenudo es porde recho de le dar ante buen cambio, que vala tanto o mas, de guisa que el finque pagado a bien vista de omes buenos.* at qui omne id, quod datum erit pro iusto rei pretio & pro gabellæ solutione, satisfactio rei & pretium intelligitur, sic ut totum pro solutione decimæ computetur, iuxta ea quæ tradidimus supra cap. 15. num. 19. si verò ultra id, quid amplius venditori detur, ita ut apud eum aliquid aliud maneat ex venditione supra verum rei valorem, iuxta dictam l. 2. partit. ibi. *que vala tanto o mas.* & prout semper

iuberi solet in prouisionibus Regijs, quæ in hanc rem impetrantur: illud quidem adnumerandum non est in rei pretio, quia magis in satisfactionem inuitæ voluntatis, quam pro re ipsa dari intelligitur, ut explicuimus supra dicto cap. 15. num. fina.

109 Sed & illud nota, * quod diximus, venditori inuito dandum esse aliquid ultra iustum rei pretium, nempe quod francum illud habeat à gabellæ solutione, procedere in ijs rebus, quarum pretium lege aliqua taxatum non sit, alias secus: veluti in frumento, hordeo & alijs fructibus: quia cum Principali lege statutum sit, ut nemo possit vendere fanecam tritici maiori pretio, quam quatuordecim argenteis, nulla ratione aut pacto fieri potest, ut pluris iuste valeat, siue quidem sponte quis vendat, siue ex iusta causa coactus: atqui ita sæpe in facto consului, & practicarum est. qui verò triticum vendit taxato pretio eoque franco, quin ultra legitimum pretium accipere videatur, dubium non est, ex ijs, quæ contra Ludo. Mexiam resoluiamus supra cap. 15. nu. 25.

Summa capitis vigesimi.

- 1 **Q**uacunque re vendita gabella debetur, & eius ratio traditur.
- 2 Defenditur istud tributum ab iniustitia, quam Dominicus Soto considerauit.
- 3 Traditur ratio l. vniuersi. C. de vectigal.
- 4 Ex cuiusque panis cocti venditione decima non debetur.

- 5 Ex paniculis falsis decima debetur.
- 6 Ex pane cocto cum aliarum rerum mifura, decima debetur.
- 7 Traditur ratio, cur ex pane cocto decima non debetur.
- 8 Cum triticum datur panifica, ut panes coctos det, an decima soluenda sit.
- 9 Notatur Didacus peretius, qui dixit eam conventionem esse depositum.
- 10 Ostenditur ratio praxis, qua habet, ut panifica non reddentes panem coctum ex tritico recepto, carcerentur.
- 11 Si triticum do pro panibus iam coctis ex alio tritico, permutatio est, & decimam debeo.
- 12 Resolvitur ex conventionem, de qua supra num. 8. nullam decimam deberi & quae illa conventio sit, declaratur.
- 13 Exponitur l. si tibi area. D. de praes. verbis.
- 14 Cum quis dat aream suam, ut alius communem domum aedificet, aut communem vineam plantet, nulla gabella debetur.
- 15 Equorum venditio aut permutatio immunis est favore militiae.
- 16 Equorum appellatione rocinus & equa continentur.
- 17 Equarum usus utilior est, quam equorum.
- 18 Exponitur, qualiter accipiendus, & ap- pingendus sit contextus litera in l. 34. ibi, ni de los caballos. tit. 18. lib. 9. Recopilat.
- 19 Traditur ratio text. in cap. cum singula. de praes. lib. 6.
- 20 Dicitur, neque potius copulat, quam distinguit.
- 21 Ut equorum venditio immunis sit, duae qualitates requiruntur, & una sine altera non sufficit.
- 22 Ex indomiti equi venditione gabella debetur, & vera ratio traditur.
- 23 Male allegat Ludo. Mexia ad hanc ma-
- teriam l. sed addes. s. si quis mulierem D. locati.
- 24 Si equinus pullus, qui adhuc ubere matris lactatur, simul cum matre venditus fuerit, naturam matris sequitur quoad gabellam.
- 25 Exponitur, qualiter equus cum freno & sella vendi debeat, ut eius privilegium locum habeat.
- 27 Equo vendito cum freno & sella, nulla gabella debetur etiam ratione freni aut sella: siue pretiosa ista fuerint, siue non.
- 27 Resolvitur, quid circa decimam indicandum sit de ea venditione, qua equus freno & sella ornatus simpliciter venierit, nulla sella aut freni mentione facta: exposita l. adiles. D. de edil. edicto.
- 28 Qualiter mulorum & mularum venditio immunis sit: eiusque ratio traditur.
- 29 Iustus foret, ut quod mulis datum privilegium est, domitis bobus concederetur, favore agriculturae.
- 30 Quod datum est mulis & equis utriusque sexus, inadvertenter ad reliqua iumenta extendit Didacus Peretius.
- 31 Qualiter ex pecunia vendita de permutata, decima non debetur.
- 32 Librorum venditio & permutatio immunis est.
- 33 Quarum avium venditio immunis sit, & quod Autor sentit, proponitur.
- 34 Res immunes ita demum privilegio gaudent, si ut merx in contractum deducantur, secus si ut pretium.
- 35 Res in dotem data, etiam si aestimata detur, immunis est.
- 36 Ampliatur, quamvis pecunia promittatur, & postea pro pecunia res dentur.
- 37 Si dos semel in re dotali constituta, pro pecunia aut alia re commutetur, gabella soluenda est.

- 38 Etiam post dotem datam, potest rei dotalis aestimatio fieri, ita ut venditio nem faciat, repreheso Conaruias.
- 39 Notatur Auendanius, dum assignat rationem ad l. 35. in. 1. parte. tit. 18. lib. 9. Recopil. & vera ratio ostenditur.
- 40 Siue principaliter siue accessorie venditio contrahatur, Regalis decima debetur.
- 41 Non valet statutum, quod gabella solvatur de dote.
- 42 Ex bonorum divisione decima Regalis non debetur.
- 43 Rationem illius privilegij male assignat Io. Parladorius.
- 44 Declaratur quaedam glossa Montalui.
- 45 Notatur Bertachinus, dum putat divisionem contractum non esse: & veram esse permutationem aut venditionem ostenditur: exposito quodam loco Bartoli, & multorum iurium intellectu referato.
- 46 Si statuto caveatur, quod de contractu solvatur gabella: de divisione solvitur. & quid si de alienatione.
- 47 Divisio bonorum effectu inspecto non est alienatio.
- 48 Privilegium l. 35. in 2. parte. tit. 18. lib. 9. Recopilat. habet quoque locum in divisione cuiusque rei inter socios facta.
- 49 Si rei communis subhastatio fiat, & ex franco vendatur, gabella debetur.
- 50 Immo etiam si vni ex sociis aut heredibus pluri licitanti vendatur, idem erit: quod eleganti distinctione declaratur.
- 51 Re communi vendita vni ex sociis aut heredibus licitanti, totius rei gabella debetur, etiam ex ea parte, qua emptor erat dominus.
- 52 Si heres vendiderit cohæredi partem suam, gabella debetur.
- 53 Si unica res est communis inter socios aut heredes, & vnus totam sibi accipiat, alteri vero pro sua parte pecuniam refundat: qualiter & quando gabella debeat, nec ne, resolvitur.
- 54 Vere exponitur l. 35. in. 2. parte. tit. 18. lib. 9. Recopilatio.
- 55 Declaratur ea l. 35. ibi. 7 otras cosas. ut procedat etiam in rebus non communibus.
- 56 Si semel divisione facta inter socios aut heredes, iterum illi portiones semel divisas permutaverint, gabella debetur.
- 57 Prædicta l. 35. cum aliis legibus, quae rebus aut personis gabellae immunitatem concedunt, non est de prima vice intelligenda, sed perperuo: exposita l. bones. s. hoc sermone. D. de verb. signif.
- 58 Exponitur l. 10. tit. 18. lib. 9. Recop.
- 59 An ex ijs, quae pro anima expiatione, ex bonis defunctorum venduntur, Regalis decima debeat.
- 60 Traditur elegans distinctio, & primus casus distinctionis, declaratur.
- 61 Declaratur secundus casus.
- 62 Religiosior est, quam vera sententia illa, quae habet, ut ex venditione ad piam causam gabella non debeat, sicut ex legatis pijs falcidia non debetur.
- 63 Declaratur, quo casu ex venditione ad piam causam, gabella non debeat, & quare.
- 64 Exponitur l. 36. tit. 18. lib. 9. Recop. quae de prima venditione debet intelligi.
- 65 Armorum appellatione calcaria non continentur.
- 66 Traditur ratio l. 40. tit. 18. lib. 9. Recopilatio.
- 67 Armorum privilegium, de quo in dicta l. 40. competit etiam tormētis sulphurarius: & armis quoque prohibitis.
- 68 Qualiter dicta l. 40. procedat in cultellis, nec ne.

- 69 Non procedit ea lex in aliis instru-
mentis ferreis, qua licet offensionem
vel defensionem seruire valeant, ad
hoc tamen non sunt instituta.
- 70 Ex venditione ensium, qui lucidi &
perfecti sine capulo tamen vendun-
tur, an gabella debeatur.
- 71 Refertur executoria quedam senten-
tia, qua habet, vt ex venditione vesti-
mentorum, qua ad cultum diuinum
pertinent, gabella non soluat.
- 72 Refertur pragmatica sanctio circa ga-
bellam ab apothecarijs soluendam,
qua restringit l. 14. tit. 17. lib. 9.
Recopilat.
- 73 Exponitur praxis dicta pragmatica.
- 74 Priuilegium illius legis non tam est a
pothecarijs, quam medicinarum.

De rebus, quarum ven-
ditio, aut permutatio im-
munis est.

CAPVT. XX.



Superiore capi-
te personarum
iura, &
immu-
nitates
expli-
cimus
modo de rebus, qua eandem im-
munitatem meruerunt, videamus:
quia sicut gabellaria lex omne
personarum genus comprehen-
dit iuxta l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop.
ita & cuiusque rei venditionem per-
sequitur, siue quidem illa ex lu-
cro & mercimonio acquisita ven-
datur, siue patrimonialis, & qua-
cunque alia veniat, vt constat ex l.
2. in quat. gab. ibi. *paguē el Alcauala*

de todo lo que se vendiere: ea ratio-
ne, quia cum non ex re vendita, sed
ex simplici venditionis actu gabel-
la ista debeatur, propter quod nec rea-
le, nec personale, aut mixtum tri-
butum est, sed neutrum esse diximus
supra cap. 19. n. 97. nulla ratio est
vt ad illius solutionem rerum ac-
ceptio siue distinctio fiat: sed quo-
modocumque verum sit dicere, ven-
ditionem aut permutationem esse
se contractam, proculdubio debetur,
est enim ius eorum contractuum
consecutiuum, vt notauimus supra
cap. 4. nu. 8. eo quod decima ista
Regalis generaliter fuit imposita
omnibus venditionibus & permu-
tationibus, quae in hoc regno con-
traherentur, nulla alia ratione &
causa, quam vt regale patrimonium
adaugeretur, quod alias erat &
esset perexiguum, vt ab historia
tradidimus supra in praefatione
n. 24. & in cap. 1. num. fina.

Ex quo facile quisque intelliget,
nullam iniustitiam tributum istud
continere ex eo, quod nedum nego-
ciatores, qui vt reuendant, coc-
munt, huic decimae subiiciuntur: sed
& illi, qui vt propriae necessitati
succurrant, domum suam aut rem a-
liam vendunt, obligantur, quia cum
verum sit hunc non minus, quam il-
lum, verum vendere, sub generali i-
stius tributum concessione compre-
hendi necesse est: quamuis alias
rationi consentaneum non esse
videatur, quod qui rei suae distra-
ctione indiget, venditionis gabel-
la subeat, sicut ille, qui natos fru-
ctus vendit, aut in venditione ip-
sa lucri faciendi causa negocia-
tur, prout non satis istius tributum
origine & institutione perspe-
cta ponderat Domin. Soto lib. 3.
de iust. & iure. quaestio. 6. artic. 7.

etenim

etenim cum non propter res ven-
ditas & distractas, vt dixi, sed pro-
pter ipsius venditionis actum de-
cima ista debeatur, non minor ra-
tio est, vt hanc, quam vt illam ven-
ditionem afficiat: sicut & illum
quoque obligat, qui coactus ven-
dit ex traditis supra cap. 19. num.
98. * Nec obstat argumentum,
quod defumitur a Soto vbi supra,
ex l. vniuersi. C. de vestigali. vbi
ex ijs, quae ad proprium usum as-
portantur, vestigal non exigitur:
quia cum portorium illud ex mer-
cium traiectu soluat, vt dixi-
mus supra in praefatione num. 7.
nimirum si res illae excipiantur,
quas non vt merces, vel ad mer-
caturam negotiationisque cau-
sam, sed ad proprium usum adue-
hi contingat, vt tradit text. in l.
5. tit. 7. part. 5.

Sed & quamuis haec nostra de-
cima nullo rerum aut pretij res-
pectu habito, sed solo venditionis
& permutationis actu animad-
uerso, iuxta pretij conuenti qua-
ritatem soluat: multae res sunt,
quarum gratia & priuilegio con-
tracta venditio & permutatio im-
munes fiunt: easque res dinumerat
l. 34. cum sequentibus vsque ad fine
tit. 18. lib. 9. Recop. & legum ordi-
ne obseruato explicare libet:

Atqui inter eas omnes res pri-
mum locum tenet * panis coctus,
ex cuius venditione & permuta-
tione Regia decima non debetur
ex indulgentia di. l. 34. ibi. *de pan-
cocido.* quae verba late patent, vt de
quocumque pane simplici, ex farina
scilicet & aqua coepto, intelligantur,
siue quidem panis iste ex tritico
siue ex hordeo, vel ex Maiz apud
indos, aut alio quocumque semine
ad vescendum conficiatur: quae

quid alias verissimum est, quod An-
tonomasticè, proprie, ac simplici-
ter loquendo, panis vocatur, qui
paratur ex farina triticea subacta
cum aqua: Etenim qui ex aliorum
frumentorum, aut leguminum fa-
rinis conficitur, vt in caritate an-
nonae fieri solet, panis cum adie-
cto dicitur, veluti panis hordea-
ceus, Typhaceus, fabaceus, vt tra-
dit Doctor Franciscus Vallesius
Regius Medicus in libro de sacra
philosophia. cap. 27. super psal-
mo. 103. in illis verbis: & panis
cor hominis confirmet. quae gene-
ralis praedictae Regiae legis accep-
tio sic vsu recepta est, * vt semel
dubitatum viderim apud iudicem,
an forensis quidam homo, qui pa-
niculos falsi cocti in foro vendi-
derat, gabellam non deberet: sed
inspecta hispani sermonis pro-
prietate, & istius priuilegij ratio-
ne, de qua infra num. 7. absonum
visum fuit, vt panis cocti appella-
tione falsi illi paniculi comprehen-
derentur: atque ita iudicatum fuit,
vt gabellam solueret, quamuis af-
firmavit, nullibi se eam ex eo mer-
cimonio soluisse.

Est autem animaduertendum
quod * si verus panis, de quo lo-
quitur praedicta lex Regia, cum re-
alia ita miscetur, vt in aliam spe-
ciem transeat, nouumque nomen for-
tiatur, veluti si ouis, saccharo, mel-
le, oleo, aut butiro, vel aliis rebus
coctus sit, Regalis decima ex eius
venditione debetur, nec panis co-
cti priuilegio gaudebit, est enim a-
liud plusquam panis, & tertia spe-
cies, arg. tex. in l. si quis vinum. D.
de triti. vino, & oleo legato. vt re-
soluit in specie Petr^o a Salazar de
vsu & consuet. cap. 5. ex n. 52. cui
libenter assentior, vt existimem

ratione panis admisti, nihil ex ea-
rum rerum pretio ad computa-
tionē decimæ detrahendum fore,
sed potius integram totū pretij de-
cimam esse soluendā gabellario.

7 Ideo * verò cautum esse existi-
mo ex panis cocti venditione ga-
bellam non solui, vt pauperibus
consulatur, qui soli regulariter pa-
nem coctum emunt in plateis &
furnis: diuites enim triticum ha-
bent, & vel sibi decoquunt, vel pi-
stricibus dant ea lege, vt tot panes
coctos, prout conuenerit, pro
qualibet mensura accipiant. Vel
forte illa erit efficax ratio, quæ col-
ligi potest ex traditis per Docto.
Vallesium vbi supra: dum Physi-
ca ratione ostendit, inter omnia,
quibus vescuntur homines, panē
primas tenere, vt inde dici queat,
panem propter sui ipsius excel-
lentiam immunitatis priuilegium
esse consecutum.

8 Sed certè non leuis illa dubita-
tio est, * an ex prædicta cum pi-
stricibus facta conuentione, cuius
modò mentionem fecimus, Rega-
lis decima debeat, prout semel
dubitatum vidi, & iudicem quen-
dam huius nobilis ciuitatis Carac-
censis in ea stitisse sententia, vt ex
quadam frumenti publici deco-
ctione deberetur, quæ ita in anno
ne caritate per panificas facta erat
vt pro qualibet mensura illius tri-
tici certos panes coctos darent,
qui moderato quodam pretio pu-
blicè viderentur: & existimabat ei-
uitatem ex illius tritici in panifi-
cas facta alienatione gabellam de-
bere exactori Regio. sed tota illi
dubitationis resolutio in eo cōsi-
stitit, vt cognoscamus, quis contra-
ctus ea conuentio sit.

9 Et Di. Pererū * in l. 1. glo. si. tit. 17

lib. 8. ord. expresse ait depositum
esse: ac proinde colligit, pistrices
si non adimpleant, conuenta cum
dominis, quotidie carcerari, & ces-
sare priuilegium l. 62. tauri. quia
cum depositum non reddant, fur-
tum videntur committere, vt per
rex. in l. 12. in si. tit. 19. part. 7. no-
tat Montal. in l. 7. glo. mag. tit. 15.
lib. 3. fori. Sed certè hoc negociū
plusquam depositum est, quia tri-
ticum illud non custodiæ causa,
prout est natura depositi, l. 1. in
pri. D. depositi. sed ad mercimo-
nium & negociationē accipitur
à panificis, vt scilicet panes coctos,
dēt & lucrū corradāt. ac præterea,
dominæ tritici fiunt, quod est con-
tra naturam depositi regularis l.
licet. D. depositi. & cum nedum
dātis causa, sed & propria quoq;
& in suum commodum triticum
recipiant panificæ, necessariò vl-
tra dolum teneri debēt, quicquid
aliud in depositariis obseruetur.
9. præterea. Inst. quib' mo. re cont.
10 mo varia. cap. 7. nu. 2. * Atqui illa
praxis carcerandi pistrices ex ea
causa, aliam rationē habet, vt exi-
stimo: quia illa a Peretio assigna-
ta vera esse non potest. existimo
enim ideò carcerari, & delictum
committere, quia panifica, quæ ac-
cepit triticum vt panem coctum
daret, nec illum dat, aut triticum
acceptum reddit, sed consumpsit,
magis videtur per fraudē & falla-
ciā, ac quasi per furtū triticum il-
lud domino abstulisse, quā ciuili-
ter cōtraxisse & datum ei esse: cum
sic dominus dederit, vt statim pa-
nem coctum ad vescendum reci-
peret, arg. tex. in l. 3. cum nota. D.
de pignor. action. & eorum, quæ
notant Baldus, & Angelus in l.
si cum

cum dotem. §. fina. D. soluto mat.
Itaq; ea conuentio nec depofi-
tū est ex prædictis, & venditionis
naturæ repugnat, eò quod pretiū
non habet. l. 1. D. de cont. empr.
nec permutatio esse potest, quia
hæc vnus rei pro alia re datio, si-
ue concessio est. l. 1. tit. 6. part. 5.
at in illa conuentione sic triticū
datur, vt panes ex eo confecti dē-
tur, atque ideò permutatio esse
non potest ex ijs, quæ latè tradidi-
mus supra cap. 10. num. 35. & nu-
11 32. & in cap. 17. nu. 7. * Prout a-
lias quidem sine dubio contrahe-
retur, si simpliciter triticum da-
rum esset panificæ pro tot pani-
bus, quos ipsa de præfenti habe-
ret ac daret: quod sanè per sepe
solet contingere: vidi enim ali-
quando rusticos portantes pa-
nem coctum in hanc ciuitatem,
nolle pro pecuniā videri, sed pro
tritico dare, eò quod si pro pecu-
nia dedissent, triticum emendum
non inuenirent, & cessaret sua
negociatio: quo casu proculdu-
bio verapermutatio contrahitur,
cum vnū pro alio detur iuxta
l. naturalis. §. & si quidem. D. de
præf. verbis. & decima debetur ex
parte eius, qui triticum dederit,
iuxta. l. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil. se-
cus autem ex parte panifici propter
panis cocti priuilegium, de
quo agimus.

12 Igitur, vt ad propositam dubita-
tionem redeamus, sic aio: * quod
ex huiusmodi conuentione, cum
triticiū meum dō panificæ, vt cer-
tos quosdam panes ex eo confe-
ctos, puta triginta, det mihi: nulla
gabellam debetur, quia nec vendi-
tio est, nec permutatio: qui duo
contractus duntaxat Regalem de-
cimam pariunt l. 1. & l. 2. dict. tit.

17. libr. 9. Recopilati. sed est po-
tius pactum quoddam nudum co-
hærentia traditionis rei propriæ
vestitum iuxta. l. in traditionibus
D. de pactis. & quæ eleganter ex-
plicuimus supra dicto cap. 10. nu-
me. 34. do enim triticum meum
hac lege & pacto, vt partem eius
licet mutata, nempe panes co-
ctos & ex eo confectos desmi-
hi: quæ negociatio, vt dixi, nec
venditio est, quia deficit pecunia,
nec permutatio esse potest, quia
nō sic dō vt aliud mihi detur, sed
vt pars rei meæ licet mutata red-
13 datur, * vt probat text. elegantissi-
mus in l. si tibi area: D. de præf.
verbis. vbi cum aream meam tibi
dedissem eo pacto, vt insula adifi-
cata, partem eius mihi redderes:
Iulianus ait emptionem non es-
se, quia pretij loco partem rei meæ
recipio. In quo loco proculdubio
existimō, verbum *emptions* gene-
rale esse omnem cōmutatiuam
conuentionem comprehendens,
nempe venditionem & permuta-
tionem, seu innominatum cōtra-
ctum do vt des, iuxta Cassij & Sa-
bini sententiam, qui hos contra-
ctus vnū & idem negociū esse
existimabant, vt refert. l. 1. D. de
cont. empr. atqui eorum succes-
sor Iulianus fuit, vt constat ex l. 2
in fine D. de origi. iuris. vt suspi-
cari liceat, verbum illud *emptions*
sic generaliter accepisse: ad quod
etiam moueor, quia assignata il-
la ratio, sibi, quia pretij loco partem
rei meæ recipio: tam permutatio-
nem, quam venditionem exclu-
dit, quia cum non sic detur res, vt
res alia, sed vt pars rei propriæ
data recipiatur, nec permutatio
esse potest, nec etiam venditio
ex prædictis, quamuis in ven-
ditio

ditione pecunia non foret neces-
saria, prout magis obtinuit ex di-
cta. l. 1. D. de cont. empt. atque ita
necessario conuentio illa, de qua
in dicta. l. si tibi aree. remanet si-
cut nostra, de qua agimus, iuxta
terminos dictae. l. in traditioni-
bus. D. de pactis. vt obiter liceat
animaduertere, ex neutra earum
gabellam deberi. *Sicut nec ex il-
la simili, quae quotidie solet con-
tingere inter rusticos & agrico-
las, nempe cum ita do aream meam
tibi, vt vineam communem plan-
tes (poner a medias vulgo dicitur)
cuius meminit in alio proposito
Roderi. Suarez in tit. de las ganan-
cias. l. 1. num. 60. quia siue eo ca-
su dominium totius areae in te
transfere, vt plantata vinea, par-
tem mihi reddas: & permutatio
esse non potest, nec gabellam de-
beri ex predictis, sed pactum nu-
dum rei traditione vestitum erit,
iuxta dictam. l. in traditionibus.
aut dominium areae non transfe-
ro in totum, vel in parte, & est so-
cietas: vt in simili tradit dicta. l. si
tibi aree.

15 Praeterea *secundo loco exem-
pta, & priuilegiata est equorum
venditio in dicta. l. 34. tit. 18. lib.
9. Recop. fauore militiae, vt bene
notat D. Peretius in l. 1. tit. 7. lib.
5. Ord. pag. 192. colu. 1. est enim
equitandi vsus in pace iucundus,
& in bello non modo utilis, verum
etiam perquam necessarius, vt ex
perientia docet, & tradit. l. 1. tit.
17. lib. 6. Recopilat. sed in hoc
puncto plura sunt aduertenda.

16 Primum, *quod equorum ap-
pellatione, de quibus in dicta. l.
34. ibi, *Cavallos*, nedum equus, sed
& roncinus quoque, & si qua sunt
alia istius speciei animalia, conti-

nentur: quia licet in corpore &
statura differant secundum plus,
vel minus, non dicuntur genere
& substantia differre, arg. text. in
l. fina. D. de fundo inst. & l. scapha
D. de euct. vt bene aduertit Me-
xia in rep. l. Toleti. 2. parte. funda-
4. num. 10. quamuis l. 6. tit. 15. par-
tit. 7. vt res diuersas dixit equum
& roncinum. Quinimmo & de e-
quabus quoque accipiendum est
verbum illud, eo quod masculi-
num foemeninum genus compre-
hendit ex regula textus in l. si ita
scriptum. in prin. delegat. 2. quae
& in priuilegiis locum habet, vt
resoluit Tiraq. de ret. lig. §. 1. glo.
9. n. 207. & est tex. expressus circa
nostrum propositum in l. seruis
legatis. §. fina. & l. qui duos. dele-
ga. 3. *Praesertim quia eadem vel
maior ratio est, vt equarum ven-
ditio immunis sit, quam equo-
rum: etenim illarum vsus in maxi-
mis subitibus laboribus tutior est,
eo quod vrinam inter profilien-
dum mittunt, nec minimo momen-
to opere cessant, equi vero in cur-
sum pergentes mingere nequeunt,
& dum lotium continet, aut stran-
gurie morbo statim exanimantur
aut vngulis humore repletis per-
petuo inutiles fiunt, vt refert co-
pendium ex Francisci Patritij Se-
nensis libris de promptum, lib. 3.
de regno & Regis institutione. at-
que ita de indomitis equabus in-
telligenda est. l. 15. ibi. *yeguas*. tit.
18. lib. 9. Recop. vt infra nu. 22.

17 Secundum animaduertendum est
quod * non simpliciter vnuscu-
iusque equi venditio immunita-
tem habet, sed ita demum, si equus
venditus de sella fuerit, & cum sel-
la & freno vendatur, iuxta verba
predictae l. 34. Recopilation. ibi.
de sella

de sella, que se vendieren y trocar en
frenados y ensillados. vt satis aperte
intelligit. D. Peretius in dicta l. i.
tit. 7. lib. 5. ordina. pag. 192. col. 1.
vers. dubitatur. & expressè Celsus
in repertorio legum regni. verb.
Alcanala. linea. 28. & hoc iure vt
mur: Quicquid generaliter ex e-
quorum venditione quomodo-
cunque facta decimam non debe-
ri Mexia Pontius existimat et in re-
pe. dictae l. Toleti. vbi supra num.
10. sic pungendo literam illius l.
34. vt post verbum illud, *cauallos*,
punctus sit adscribendus: quasi
ibi requiescat sensus & traditio il-
lius legis, ac deinde alia disposi-
tio sequatur, ibi: *ni de las mulas y ma-
chos de silla &c.* alias enim existimat
quod si equos & caetera illa ani-
malia, nempe mulos & mulas, sub
vna & eadem dispositione lex il-
la vellet comprehendere, sic dice-
ret: *ni de los cauallos, y mulas y ma-
chos de silla &c.* nec distingueret
per verbum, *ni*: sicut & alias res ni-
miùm diuersas eo verbo sepius
repetito distinguit, vt est videre
in ea lege: atque ita existimat,
quod ille qualitates sequentes, i-
bi, *de silla que se vendieren &c.* ad pro-
xima tantum animalia, nec ad e-
quos referendae sunt. Quae sane co-
sideratio non male reciperetur, si
aliqua iuris ratio nos cogeret, vt
ita interpretaremur, * argum. tex-
tus in cap. cum singula. in princ.
iuncta glossa. ibi. verbo. priorati-
bus. de praebendis. lib. 6. vbi quali-
tas illa, curam habentibus anima-
rum, non generaliter ad omnia pre-
cedentia refertur, nempe eccle-
sias & prioratus, sed tantum ad
ecclesias, contra naturam clau-
sulae generalis, que ad omnia pre-
cedentia referri solet. l. haeres

meus. §. vxori meae. delegatis. 3. ea
quidem speciali ratione, ne iuris
correctio inducatur, scilicet tex-
tus in capit. de multa. versicu. hoc
idem. ibi. *etiam si curam non habeat
animarum*. de praebendis. vt expli-
cat Alciatus libr. 2. de verbo. sig-
nifi. pagi. 93. in paruis. Sed cum
hec specialis ratio, aut alia simili
in nostro casu non sit, propter
quam a generali illa regula rece-
datur, quae habet, vt sequens clau-
sula generalis omnia praecedentia
determinet, iuxta dictam l. haeres
meus. predicta Mexia Pontij
consideratio admitti non debet
20 circa dict. l. 34. Recop. * Praeser-
tim, quia dictio illa *ni*, de qua in
ea lege Regia, potius ex sua natu-
ra copulat, quam distinguit, vt pro-
bat textus in l. si quis ita stipula-
tus fuerit. 129. vbi notat Bartolus
D. de verbo. obligat. atque ita, vt
dixi, communis praxis & consue-
tudo recepit, vt illae qualitates ne-
dum in mulis, sed & in equis quo-
que requirantur, vt eorum priuile-
gium locum habeat, ad quod a-
perte videtur allussisse. l. 2. §. fina.
ibi. *Agora los vendan enfrenados o en
sillados &c.* tit. 17. lib. 6. Recop.

21 Ex quo tertio subnotandum est,
quod * cum in ea lege Regia e-
quorum immunitas duas qualita-
tes desideret, vna sine altera non
sufficiet, prout in mulis loquens
iuxta suam sententiam, recte pon-
derat Mexia Pontius vbi supra nu-
me. 10. *Et prima qualitas est, vt e-
quus iste venditus, cuius gabellam
recusas, de sella sit: hoc est, asue-
factus ephippia, seu sellam porta-
re: quia si nouus ac indomitus e-
quus sit, ex eius venditione gabel-
la debebitur, nec habebit locum
priuilegium dictae l. 34. Recopil.

prout est de hoc text. expressus in l. 15. ibi. *7 potros*. tit. 18. lib. 9. Recopilat. nec est nouum, domitis potius animalibus, quam indomitis leges fauere, vt ex l. 3. ibi. *eum quo que plenius coercendum qui a stabulo a begit domitum pecus*. D. de abigcis. notauit doctor Oliues in commentariis suis ad leges Sardas ca. 28. nu. 8. quamuis verum est quod ad nostrum propositum non illud sufficere, quod senex & domitus equus sit, si oneri potius, quam sella & freno inseruerit: quia eo casu, quamuis cum freno & sella venerit, vt statim dicemus, Regalis decima soluenda erit, eo quod prima ista qualitas deficiat, quod sit de sella. Vnde indubitabile fati manet, quod iam dixi: nempe quod ex indomiti equi venditione, quod modocunque ea facta sit siue cum freno & sella, siue sine eis, in distincte gabella debetur, eo quod de sella non est, & hoc iure utimur. Idque sane intelligendum est, nedum in pullis equinis, qui matres sequuntur, & adhuc earum lacte nutriuntur, sed in quibuscunque aliis maioris etatis, modo indomiti sint, quos *Potros* dicimus non quidem ea ratione, quam tradit Mexia Pontius in prag. panis. conclusio. 1. numero. 40. scilicet quia equorum appellatione, de quibus loquitur dicta l. 34. Recopilatio. equinus pullus non veniat, ex textu quem putat ita decidere in l. sed addes. *6. si quis mulierem*. D. locati. sed ea potius ratione, quam supra dixi, nempe quia tales equini pulli, cum sint indomiti, de sella non sunt, quod est necessarium ex dicta l. 34. & ex

23 plenius supra num. 18. * Quin immo obiter notandum est, quod

male ad hanc rem allegat Mexia predictam l. sed addes. quia autem intelligit ipse dictum suum de pullo equino, qui adhuc vberem matris lactatur: & tunc potius probat ea lex, vnam & eandem rem esse cum matre, nec ab ea separari debere, vt explicat Anto. Gometius

24 2. tome. varia. cap. 2. num. 14. * at que inde dicendum potius esset, quod si cum matre vendatur, eius priuilegium sequi debeat, de quo in dicta l. 34. Recopilatio. quod est ad praxim valde notandum: aut intelligit Mexia, de eo pullo equino, qui herbam pascit, & tunc cum eo casu de perse consideretur iuxta textum in l. legatis seruis *3. final. versi. ouibus. de legatis 3.* cum communi interpretatione, de qua per Gometium vbi supra: allegare non debuit dictam l. sed addes. quae de lactentibus pullis intelligitur: sed melius allegasset textum id dict. l. legatis seruis *3. final. versi. ouibus. cuius decisio an* & ad vitulos, & pullos iumentorum & equorum trahenda sit, ita vt ij bouum, equorum, & iumentorum appellatione non comprehendantur, non satis scio: eo quod lex illa, cum de his omnibus loquatur, solos agnos ab ouibus distinguit. Sed necessaria non est in hoc proposito ista disputatio, quia equini pulli herbam pascentes, siue equorum appellatione contineantur, siue non, predictae legis Regiae priuilegium non habent, nec habere possunt, eo quod de sella non sint, vt iam diximus.

25 Quarto noranda est * secunda illa qualitas, quae in dicta lege Regiae requiritur, nempe quod equus freno & sella ornatus vaneat: in quo puncto saepius dubitatum videtur, an

di, an sufficiat, quod equus frenum & sellam habeat impositam tempore venditionis: an vero frenum & sella ipsa cum equo vendi debeant, atqui in hoc vltimum magis inclinant verba Didaci Perretij in dicta l. 1. tit. 7. lib. 5. ordin. pag. 192. col. 1. versicu. dubitatur: ibi. vnum tamen. & magis mihi placet, ea ratione quia adiectiuum illud, *enfrenados y ensillados*, de quo in dicta l. 34. Recopilatio. tam principaliter videretur in dispositione inducere ornamenta, quam ipsum equum, per textum in l. si cui fundum. D. de fundo instru. & *6. si quis ancillas*. Instit. de lega. versic. *final.* & textum elegentem in l. *6. quae depositis*. iuncta gloss. ibi. verbo. cum capistro. D. depositi. vbi si ita dixerem, depono istum equum cum capistro, vel equum istum capistratum, tam principale depositum est in capistro, quam in equo. Igitur cum lex Regia dixerit, quod equus freno & sella ornatus vendatur, vtrumque vendi voluit: nec sufficere equum ornatum esse, si sella in venditione excipitur, quod quotidie vsuuenit.

26. Ex quibus quinto nota, * quod cum equi venduntur, qui cum freno & sella venerint, immunitas fiat in dicta l. 34. Recopilationis: ex ea venditione nulla gabella debebitur, etiam ratione ephippiorum, freni (inquam) & sella ad insidendum impositae: quorum primus inuentor Peletro nius fuit; cum antea Bellerephon equis vehi inuenisset, vt refert Ioannes Corasius libr. 5. miscella. capi. 2. in fine. quamuis sellarum & frenorum venditio per se sumpta immunitas non est. l. 38. titulo. 18. libr. 9. Recopilationis.

& vtile per inutile vitari non solet. capit. vtile. 37. de regulis iuris. libr. 6. nec mixtura immunitatem prebet, l. 1. in princip. D. de aqua pluuia arcen. Nec mirum istud est, quia sicut equus per se venditus sine freno & sella, immunitatem non habet: ita frenum & sella nisi cum equo vendantur, nullo priuilegio gaudent. Nec puto inter pretiosum & vile frenum, aut pretiosam & vilem sellam distinguendum esse: quia generaliter equi freno & sella ornati venditio immunitas est ex dicta lege Regia: modo frenum & sella nuda sint sine aliis tegumentis, quae ornatus causa imponi solent: & modo omnis fraus deficiat.

Sexto nec inutiliter dubitari potest, * quid si equus simpliciter venditus sit nulla sella aut freni mentione facta, an eo casu decima debeat, nec ne: & quidem si in ipsa venditione ornatus existat, idque vendendi causa factum sit, dubium non est, quin & ornamenta quoque venisse videantur, iuxta textum in l. adiles. la. 2. in prin. & in *6. vendendi* autem causa. D. de edil. edicto. & quae notat Antonius Gometius 2. tome variarum. capitul. 2. numero. 15. ita vt proculdubio eo casu nulla gabella debeat, cum satisfactum sit decisioni predictae l. 34. Recopilatio. Quod si is non vendendi causa, sed itineris occasione ornatus diceretur cum sella & freno; ac deinde venerit nulla ornamentorum mentione facta: animaduertendum est, quod quamuis eo casu solum equum sine ornamentis venditum esse intelligat Iuris Consultus in dicta

dicta l. adiles. & docet Antonius Gometius vbi supra, & doctores communiter: ego ex noua istius tributi consideratione, quam Iuriconsultus non nouerat in ea lege, rei finem & equi traditionē inspiciendam puto: ita vt si venditor cum freno & sella tradiderit, sic eum vendidisse intelligatur legis Regiæ beneficio gaudere volens: secus verò si eum nudum dederit, quia tunc iure potius communi vsus videbitur, de quo in dicta l. adiles. & gabellam soluet.

28 Rursus tertio loco * excepta est in ea l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopilatio mularum & mulorum venditio, quæ cum eisdem qualitatibus, quas in equis late explicuimus, facta fuerit: sunt enim huiusmodi animalia ad frequentes hominum transmigrations valde necessaria, prout ex frequentissimo in itineribus faciendis eorum animalium vsu ac utilitate satis constat: quicquid eiusmodi animalia detestatus, multa effuderit autor quidam in libello quodam vulgari sermonenuper edito. Sed adhuc * rationi magis consentaneum mihi videretur, si quod mulis concessum est in lege Regiæ, domitis bobus aratoriis, qui cum iugo venderentur, datum fuisset: nempe vt eorum venditio immunis foret, præter alia priuilegia, quæ agricolis concessa de iure communi late congerit Platea in l. 1. C. de agricolis & censitis. libr. 11. nam & ex bobus de loco in locum asportatis vectigal non soluitur, de quo in l. vniuersi. ibi. *vel exercendi ruris gratia.* C. de vectigalibus. vbi Salycetus notat, & refert Bertachinus de gabellis. 8. parte. membro. 2. numero. 17. nec

quidem immerito: Etenim Hæsiodus & Homerus instrumentum rei rusticæ & agriculturalium magis probauerunt, quam bellatorum & rei bellicæ: illud enim mortalibus vitam ac felicitatem pollicetur, hoc autem mortem & miseriam. & plurima in laudem agriculturæ tradit Cassenaus in catalogo gloriæ mundi. parte. 11. considerati. 37. Sed cum maiores nostri mulorum & mularum, quæ bouum priuilegium à Regibus nostris impetrare malluerint, ea illorum experientiæ & prudentiæ, qui non sine consultatione hoc ita statuerunt, fides adhibenda est vt non sine iusta ratione id voluisse credamus, vt docet Iuriscōsultus in l. non omnium. D. de legibus. cum eleganti expositione Fra. Dominici Soto lib. 1. de iustitia. & iure. quæstio. 5. artic. 2. in fine. Et antequam ad alia transcamus, subnotandum est, * quod de equis & mulis vtriusque sexus sanctum est in dicta l. 34. Recopilationis. non esse ad reliqua iumenta extendendum, prout in aduertenter videtur extendere Didacus Peretius in dicta l. 1. titulo. 7. libro. 5. Ordinamen. pagi. 192. colum. 1.

31 Quarto loco eximitur * moneta percusa in dic. l. 34. Recop. ibi. *ni de la moneda amonedada.* quod vltimum verbum adiectum est propter generale pecuniæ nomē l. pecuniæ. D. de verborum signific. & intellige, quod ex pecunia Regalis decima non debetur, siue vt talis pecunia iuxta intrinsicum valorem eius à lege impostum vna cum altera permutetur, iuxta ea quæ diximus supra capit. 9. numero. 33. & quæ tradit Pincus

lus in rubric. C. de rescin. vendit. 1. parte. capit. 3. numer. 15. siue vt quælibet species inspecta materia & valore extrinseco, pro alia quantitate pecuniæ vendita fuerit, iuxta tradita per Nauarrum in comment. de cambiis. super cap. finali. de vsuris. numer. 20. & siue pro alia re generica vel specifica permutetur, iuxta speciem textus in l. finali. D. de conditi. causa dati, & quæ diximus supra capit. 17. numer. 4. Etenim generaliter statuitur in ea lege Regiæ, vt ex moneta nulla gabella soluatur: modò vera pecunia & moneta sit, hoc est, legitimi ponderis, probæ materiæ, & forma publica excusa iuxta l. 1. D. de contrah. emptio. alias enim pecunia siue moneta dici non potest, aut est l. eleganter. §. qui reprobos. D. de pignor. actio. & lex de moneta loquens, de proba & vsuali debet intelligi, exnotatis per Tiraquellum de retra. ligna. §. 1. glossa. 20. numer. 11. & numero. 14. Sed certe quamuis sit pecunia reprobata & non expendibilis, modò sit aurea vel argentea, nulla ex eius venditione aut permutatione Regalis decima soluenda erit: quia generaliter ex argento & auro distractis nihil gabellæ nomine pendi debet, vt probat l. 18. ibi, *que otras personas algunas.* tit. 17. lib. 9. Recopil.

32 Quinto loco * librorum priuilegium extat in eadem l. 34. Recopilationis. ita vt ex eorum venditione aut permutatione nulla decima debeatur, siue quidem latinè, siue hispanè, gallicè, italicè, aut græcè, vel quacunque alia lingua scripti sint: & siue typis cussis, siue manu scripti, nondumve

conglutinati, nondum ornati, aut consuti vendantur: quomocunque enim & in quacunque materia perscripti fuerint, librorum appellatione & priuilegio continentur, vt tradit dicta l. 34. Recopilatio. & docet latissime I. C. in l. librorum. per totam de legatis. 3. Quinimmo, nec portorium, quod nos *almoxarifaz* vocamus, pendi debet ex l. 22. tit. 4. lib. 4. ordina. vbi ratio vtriusque priuilegij traditur, quam late extendit & exornat Didacus Pere. ibi. & facit tex. elegans in Auth. habita. C. ne filius pro patre.

33 Sexto loco * venditio, seu permutatio auium, quæ aucupio deferuiunt, immunis est: siue quidem ab aliis partibus asportentur, siue in his Regnis nutriantur: vtriusque enim generis aues lex Regiæ memorat, ibi. *ni de falcones, ni de açores, ni de otras aues de caça.* & est ratio, quia honesta aucupij delectatio persimilis est rei bellicæ, ac proinde etiam fauorabilis, quamuis non male mihi dicere videatur Iacobus Symancas vir doctissimus libr. 9. de republica. capite. 24. de tributis. in fine. eas merces gabellarum tributo maxime onerandas esse, quæ non tam ad vitæ faciunt necessitatem, quam ad luxum & delicias: & quarum vsus diuitum est peculiaris, veluri aromata, vnguenta, gemmæ, atque id genus alia: quales mihi istæ aues esse videntur. nam hinc, vt ille ait, incommodum sentient hi tantum, quorum fortunæ id ferre possint: nec ob hanc iacturam ad inopiam redigentur, sed fortasse reddentur frugaliores, vt pecuniæ iactura morum bono fartiat.

34 Sed antequam hinc discedam, animaduerto * priuilegium earum rerum, quas supra retulimus, ita demum intelligendum esse, si res illa in contractum veniant ut mercx, non ut pretium: ut recte explicuimus supra capitulo. 17. numero. 19?

35 Septimo loco * excipitur in l. 35. titulo. 18. lib. 9. Recopilati. res in dotem datae, siue quidem mobilis, siue immobilis sit: quod ita debet intelligi, si aestimata detur eo modo, quo aestimatio venditionem facit, iuxta textum in l. 3. D. locati. & quae tradunt glossa & doctores in l. si inter virum. C. de de iure doti. & resoluunt latissime Couarruias in practi. quæstion. capit. 28. ut eo casu, licet vera venditio sit, ut tradit Tiraquellus de retract. ligna. §. i. glof. 14. numero. 108. sic ut pretium tantum in dote esse dicatur ex l. quæstium. 78. §. cum vir. de lega. 3. & l. sicut. §. sed si. D. quibus mo. pign. vel hypoth. & ex vendito actio competat tanquam ex vera venditione, ut probat textus elegans in l. ex conuentione. versic. sed si fundus. C. de pactis. nulla adhuc Regalis decima debeat beneficio prædictæ legis Regiæ: quæ alias, si de rebus simpliciter in dotem datis sine aestimatione intelligeretur iuxta. l. plerunque versic. quotiens. D. de iure dotium. & distinctionem. l. 16. titu. 11. partit. 4. nihil noui induxisset, cum eo casu nulla venditio aut permutatio sit, sed dotis datio & constitutio, quæ est contractus de se, de quo per Bartolum & doctores in l. legitima. & l. iuris gentium. in princip. D. de pactis. igitur de illa dubitabi-

li specie intelligenda lex est, argu. text. in l. 1. in fine. D. ad municipa. ut bene notat Joa. Parladorius libr. rerum quotidiana. capite 3. §. 6. num. 42.

36 Qui & illud quoque recte notat, * prædictæ legis Regiæ decisionem accipiendam esse non solum eo casu, quo res a principio in ipsa dotis constitutione & promissione aestimata sunt: sed etiam eo casu, quo a principio fuerit pecunia in dotem promissa, & postea (ut fieri assolet) res aestimata loco pecuniæ data fuerint: ut quamuis ea aestimatio veram venditionem efficiat, ut ex Socinis tradit Couarruias dicto capit. 28. nume. 1. versicu. secundo apparet. nulla gabella debeat: quia eo quoque casu verum est dicere, res illas aestimatas in dotem datas esse, atque ita verificantur verba prædictæ. l. 35. Recopilationis. ibi. *Que se dieren en casamiento*. Pro qua sententia vltra allegata per Parladorium, ego allego textum expressum in l. 2. versicul. mulier dotem. D. de dote prælegata. vbi cum pecuniæ esset in dotem promissa, fundos, qui postea pro quantitate dotis viro dati sunt, expresse dicit I. C. in dotem datos. * Est tamen animaduertendum, quod si postquam semel data dos esset in rebus dotalibus absque vlla aestimatione, postea ex interuallo de dotis commutatione inter coniuges conuenisset, eo quod mulieri utile esset: nempe quod profundo dato, centum aut alia certa quantitas in dotem esset, iuxta text. in l. ita constante. cum lege præced. D. de iure dot. & l. si mulier. D. de pactis dota. cum ijs, quæ ad eas leges notat Tiraquellus de retracta.

retracta. lign. §. 30. glo. 1. nu. 19. proculdubio regalis decima soluenda erit: quia cum prædicta. l. 35. reciproci. expresse loquatur de datione & constitutione dotis, trahenda non est eius decisio ad alios contractus, quos circa dotem semel data & constitutam ex postfacto coniuges celebrauerint: * nec minus perfecta & valida venditio eo casu per aestimationem fundi dotalis fiet, quam si a principio aestimatur, ut probant ea iura, quicquid Couarru. in dicto cap. 28. nu. fin. versic. vndecimo. aliud velit: etenim quæ ibi allegat, eo tendunt ut in dubio aestimatio ex interuallo facta venditionem non faciat, prout colligitur ex Salyceto & alijs, quos ipse allegat in l. ex conuentione. C. de pactis. & Palat. Ruuco in repet. cap. per vestras. §. 21. nu. 4. Cæterum si ideo expresse aestimatio fiat, ut venditionem & dotis commutationem faciat, dubium non est quin illud valeat, modo mulieri utile sit, ut probat tex. in dicta. l. ita constante. quo casu decimam deberi aio.

39 Prædictæ vero * legis regis, & priuilegij rationem eam esse putat Auenda. respon. 12. nu. 3. versic. quarto. quæ desumitur ex traditis per Baldum in l. quotiens. D. de iure dot. vbi ait, quod licet aestimatio prædij in dotem dati venditionem efficiat, non soluetur gabella tanquam de contractu emptionis & venditionis: quia contractus dotis, qui principaliter agitur, in hoc debet attendi, non natura accessorii descendens ex eo: quem refert & sequitur Ancharranus consilio. 72. nu. 3. Sed mihi displicet ista ratio, est enim falsa: * quia cum generaliter dispositum sit in l. 1. ti-

tul. 17. lib. 9. recopilationis: ex quacunque venditione gabellam solui, proculdubio soluenda erit, vbicunque venditionem contractam esse constiterit, siue quidem principaliter, siue accessorie contrahatur, ut tradidimus supra cap. 16. nume. 27. Atque ita isto casu, quo de agimus, proculdubio regalis decima deberetur, nisi aliud hac expressa lege cautum fuisset, dotis quidem fauore, cuius in iure plurima passim priuilegia sunt, ut bene quoque adnotat Ioannes Parladorius vbi supra. * Quinimo eius causa vsque adeo fauorabilis est, ut doctores voluerint non valere statutum disponens, quod de dote gabella soluatur, prout ex Lapo allegatio. 227. tradit Barth. Cassenæus in Consuet. Burgun. in fine. sub Rubrica de gabellis. quæstio. 7. quorum decisione rectè inuatur æquitas nostræ legis regis.

42 Rursus octauo loco * prædicta l. 35. titu. 18. lib. 9. Recopilati. sic eximit immunemque facit bonorum diuisionem inter hæredes factam, ut quamuis ex altera parte pecunia, aut alia quælibet res non hæreditaria proficiscatur ad æqualitatem inter illos seruandam, nullius rei decima peti possit. * Cuius quidem priuilegij rationem si quæramus, inquit Parladorius dicto libro rerum quotidiana. capite 3. §. 6. numer. 43. peti debere à Bertachino Firmia. in tracta. de gabellis. 8. parte principa. membro. 3. nume. 17. & à Montaluo in l. 2. titu. 4. lib. 3. Fori. Sed ego dico, quod aliunde quærenda & petenda est: etenim veram huiusce rei rationem viri illi non tradiderunt, Bertachinus inquam Firmi. qui ea

de re tractauit in prædicto loco:
 44 Nam * Montalius noster, si cum bene inspicias, dum in glossa prædictæ. l. 2. fori. ad gabellam nostri Regni infert, non de diuisione bonorum agit, sed de estimatione seu taxatione illa, quæ præambula est ad diuisionem faciendam. Inquit enim, quod quamuis rei æstimatione venditionem eius facere soleat, ut supra dicebamus nume. 35. & latè egimus supra cap. 11. tamen non id semper euenit: veluti contingere ait in ea æstimatione bonorum, quæ ad commodiorem diuisionem fieri solet per hæredes: inferens inde, & quidem rectè, quod ex eiusmodi æstimatione regalis decima non debebitur, quæ ex vera venditione aut permutatione soluenda est duntaxat, iuxta. l. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilationis.

45 Bertachinus * autem, ut dixi, non satis bene locutus est in hac materia: qui ait ex bonorum diuisione gabellam non deberi ea ratione, quia diuisio non est contractus, nominatus scilicet nec innominatus: sed nomen generis ex Bartolo in l. diuisionis. D. de pactis. & idè, inquit ipse, in statuto de contractu non comprehenditur diuisio. quæ doctrina si vera esset, concludentem satis rationem nobis ostenderet ad dictam l. 35. in. 2. parte. titu. 18. lib. 9. Recopilationis. Sed certè Bertachinus aliàs doctissimus valdè fallitur in acceptione & allegatione Bartoli in dicta. l. diuisionis. etenim Bartolus ibi minimè negat diuisionem contractum esse: sed potius inquit & docet, quod quàmuis videatur specificum & elegans nomen habere, non idè tamen

contractus nominatus est, prout ea ratione esse videbatur, ex notatis in. l. iuris gentium. in principio. D. de pactis. quia respondet, quod illud nomen diuisio genericum est cuiusque diuisioni competens: quemadmodum nec permutatio contractus nominatus est, eo quod verbum permutare generale est, ut tradit idem Bartolus & doctores in dicta. l. iuris gentium. in princip. & glossa Rubricæ. C. de rerum permutatione. itaque solum ibi negat Bartolus id, quod opponebatur, scilicet quod diuisio sit contractus nominatus, prout melius eum intellexit Decius in. l. cum proponas. numer. 2. C. de pactis. & apertius se ipsum explicuit idem Bartolus in. l. 1. C. communia vtriusque iudicij: vbi, ut distingueret diuisionem à venditione, ait, quod hæc est contractus nominatus, illa non: & quod in illa habet locum conditio ob causam, quæ quidem dari non solet nisi in contractibus innominatis, ex titu. D. de conditio. causa dari. & D. de præscriptis verbis. ergo diuisio innominatus contractus est etiam ex sententia Bartoli, quamuis verè inspectis verbis ipsius in dicta l. diuisionis. D. de pactis. sic dicat: respon. nego contractum esse. sed tu intellige contractum nominatum, de quo querebatur: quin autem contractus sit diuisio saltem innominatus, nec negare potest, nec Bartolus ipse negauit, aut apud eum dubitatum est, quicquid Bertachinus vbi supra aliud intellexerit: quia plusquam manifestum est, diuisionem veram ac propriam permutationem esse, ut tradit Decius in di-

cta

cta. l. cum proponas. nu. 2. C. de pactis. & optime explicat Paulus Castrensis in dicta. l. 1. C. communia vtriusque iudicij. nume. 3. cuius verba hæc sunt: quod in quantum glossa dicta. l. 1. ait, quod diuisio est similis permutationi, non congruè loquitur, quia nullum simile est idem, ut notatur in. l. quod Nerua. D. depositi. & tamen diuisio vera permutatio est: quia permutatur portio vnius cum portione alterius: nam cum in quolibet cespite terræ quilibet habeat partem pro indiuiso, quæ non potest ad oculum demonstrari, sed solo intellectu. l. Marius fundum. §. duorum testamentis. versicu. namque plures. delegatis. 2. si diuidimus istud prædium commune æquis portionibus, necessarium est dicere, quod in parte, quæ tibi obuenerit in eo prædio, vnam partem habeas iure tuo à te, alteram habeas à me iure diuisionis: & sic è conuerso in parte quæ mihi obuenerit in ipsomet prædio, vnam partem habeo iure meo à me, scilicet, ratione mei dominij, & alteram habeo à te iure diuisionis effectæ. Vnde portio, quam habes à me, verè permutatur cum portione, quam habeo à te: & sic in dimidio totius prædij diuisi vera permutatio contrahitur. Idè autem dicitur in dicta. l. 1. C. communia vtriusque iudicij, quod diuisio similis est emptioni, quia diuisio est vera permutatio: & hæc quidem proxima venditioni est. l. 2. D. de rerum permutatione. & explicuimus supra in præfatione in scholio ad l. 2. titu. 17. lib. 9. Recopilat. verè *Judicari.* & aduertit quoque Angelus in dicta. l. 1. atqui hac ratione

prouenit, ut ex pacto diuisionis nulla nascatur actio in dicta. l. diuisionis. D. de pactis. & l. cum proponas. C. eodem titu. & l. si diuisionem. C. familiæ ercis. quas allegat Andreas ab Exea, de pactis. nume. 284. sicut nec ex placito permutationis oritur. l. ex placito. C. de rerum permutatione. ex ipsa autem diuisione realiter facta præscriptis verbis actio competit, sicut & ex quolibet contractu, do ut des, ut probat textus sic intelligendus in l. si familiæ. C. familiæ ercis. quem ita intelligit Menesius in l. naturalis. §. at cum do. numero. 15. D. de præscriptis verbis.

Igitur cum ex prædicta resolutione apertè constet, diuisionem verum permutationis contractum esse: & si pecunia interueniat, veram venditionem fieri, ut probat textus elegans in. l. communi. §. si debitor. ibi. *Quam creditor per adjudicationem emit.* D. commu. diuid. & rectè ponderat Tiraquelus de retract. ligna. §. 1. glossa. 14. nume. 77. consequitur, * quod si statuto caueatur de quolibet contractu gabellam solui, de bonorum diuisione soluetur: quicquid Bertachinus vbi supra vehementer decipiatur, malè intelligens hanc rem & Bartolum in dicta. l. diuisionis, ut iam explicuimus. Quinimò Ludou. Romanus in consilio. 182. tenet, quod si statuto caueatur, ut de alienatione soluat gabella: solui quidem debet ex diuisione, prout refert & sequitur Castenens in consuetu. Burgun. Rubr. 10. §. 9. in fine. numero. 21.

Itaque, his ita discussis & declaratis, cum iure nostri regni gene-

Qq 2 raliter

raliter decisum sit, vt ex quacunque venditione aut permutatione decima pretij solvatur: nemo est, qui non videat, quanta sit indulgentia ac priuilegium prædictæ. l. 35. in. 2. parte. titu. 18. lib. 9. Recopil. dum iubet, quod ex bonis defunctorum, quæ inter hæredes, etiam quacunque alia re vel pecunia interueniente diuisa fuerint, nulla gabella solvatur: atque istius priuilegij rationem aliunde perendam esse, quàm à Bertachino & Montaluo per Parladorium allegatis, vt satis superque constat ex supra resolutis.

47 Vera igitur ratio est, quæ desumitur ex eo, quod quamuis bonorum diuisio inter hæredes facta venditio aut permutatio sit subtili iure, quod supra explicuimus, effectu rerum inspecto alienatio non est, ac proinde permutatio aut venditio non potest in ea diuisione intelligi, vt probat textus elegans in Authen. de litigiosis. §. 1. versi. hæredes autem. coll. 8. & l. fina. versi. exceptis. C. eo. tit. etenim diuisio rerum primis dominis non aufert, sed apud eosdem, quorum indiuisa erat, res ipsa manet post diuisionem: & stricta iuris disputatione relicta, non id agitur in diuisione, vt quisquam ex hæredibus alterius partem acquirat: sed vt dominium, quod sub confusis partibus occultum & obnubilatum erat, in sola intellectus operatione consistens iuxta dictam l. Mæuius. §. duorum. delegatis. 2. distinctione partium ad oculos detegatur: & quod antea erat pars vnius rei indiuisa, nunc per diuisionem totum quoddam per se fiat, vt tradit eleganter l. C. in. l. recte dicimus. §. Quintus. D. de verbo. significa. At in venditione & permutatione id agimus, vt

rem nostram alienemus, & alienam nobis vtiliorem adquiramus, vt probat ac docet l. C. in. l. 1. in princip. D. de contrahen. emptio. Itaque Iustinianus ad effectum rei & diuidentium voluntatem inspiciens recte ait in dictis iuribus, talem diuisionem non videri alienationem esse, nec vt talem accipiendam fore. atque inde quoque iustissimè decisum est in prædicta. l. 35. Recopilatio. vt ex ea diuisione nulla Regalis decima debeatur: cuius quidem legis hæc est vera & fundamentalis ratio. etenim illa, quam tradit Ioan. Parladorius vbi supra nume. 43. nempe, quod diuisio necessaria quædam alienatio est, ac ideo propter necessitatem gabellam non deberi, falsa est, vt explicuimus supra cap. 19. num. 105.

48 Est tamen vtiliter animaduertendum, quod prædicta. l. 35. Recopilatio. expressè loquitur de bonis defunctorum, quæ inter hæredes diuisa fuerint: quasi velit quacunque aliam bonorum diuisionem in iuris communis dispositione relinquere, nempe vt de ea tanquam de quacunque alia permutatione aut venditione iudicetur, argument. textus in. l. commodissimè. cum notatis. D. de lib. & posthum. ac præterea textus in dicto Authen. de litigiosis. vbi dicitur diuisionem bonorum alienationem non esse, expressè etiam loquitur de diuisione inter hæredes facta iudicio familie circiscundæ, quasi aliud sit in sociorum diuisione, de qua in titu. D. communi diui. Vnde Ludo. à Peguera de feudis. versic. 1. limitatione. 4. nume. 103. longam differentiam constituit inter eas diuisiones circa solutionem.

lutionem laudimij: dicens cum quodam autore, quod aut fit diuisio iudicio communi diuidendo, & tunc debetur laudimium, quia est vera permutatio: aut fit diuisio iudicio familie circiscundæ inter cohæredes, & tunc non debetur, quia inter eos diuisio non est alienatio, vt in dicto Authen. de litigio. collat. 8. Sed adhuc quoad nostram decimam contrarium puto esse obseruandum, quia eadem ratio est vtriusque diuisionis, vt ne trahatur esse alienatio ex supra dictis, quæ tam in diuisione sociorum, quàm in diuisione hæredum locum habent: & quod dicitur in dicto Authen. de litigiosis. & dicta l. fina. C. eo. titu. communiter ab omnibus de quacunque bonorum diuisione intelligitur, vt constat ex dictis Iasonis in. l. fina. nu. 47. C. de iure emphyte. & ijs, quæ tradit Bartolus in. l. & ideo. num. 4. D. de cond. furtiua. & quamuis prædicta l. 35. Recopilat. de sola hæredum diuisione loquatur, ita communis praxis eam recepit, vt de quacunque diuisione locuta esse videatur prout generaliter tradit Auendanius respon. 13. nu. 6. versi. admiffa igitur. quem allegans sequi videtur Pinelus in Auth. nisi tricennale. nume. 25. in fine. C. de bonis maternis.

49 Sed & præterea quoad praxim & intellectum dictæ. l. 35. recipiendum est, quod si bona illa communia, aut hereditaria per licitationem diuidantur: & res aliqua extraneo licitanti addita fuerit certo pretio, iuxta. l. officium. C. commu. diuid. & l. cum fundo. §. si fundus. D. de iure dotium. haud dubiè gabella debetur ea aperta ratione, quia prædicta lex regia lo-

lùm loquitur in ea diuisione, quæ inter ipsosinet hæredes aut socios facta esset, vt constat ex illis verbis: *Que se partieren entre sus herederos an que interuengan dineros y otras cosas entre los tales herederos para se pagar.* quo casu alienatio non esse intelligitur ex prædicta resolutione. At extraneo admisso vera & perfecta venditio est, quæ non reperitur excepta, quicquid aliud malè voluerit Ioan. Parladorius dict. §. 6. nume. 43.

50 Immo verò vtiliter notare oportet, quod si ex communi hæredum consensu aliquarum vel omnium rerum hereditatis subhastatio fiat, vt quotidie fit: & aliquis ex ipsis heredibus (quod sepe euenit) pluris licitans rem aliquam hereditariam emerit, regalis decima ex ea venditione debetur non minus, quàm si extraneus aliquis emisset ex supradictis: quia tunc simplex quædam ac vera venditio est, non diuisio, quæ sola excepta reperitur in dicta. l. 35. Recopilat. Atque ita tenet in simili materia & questione Caro. Molinæus in consuet. Parisi. titu. 1. §. 22. quest. 22. nu. 73. dum modo subhastatio illa ita ordinatur, vt ad licitandum & emendum extraneus admittatur (*publica almoneda* vulgò dicimus): ceterum si ita ordinetur subhastatio, quod extraneus non admittatur, sed solum inter hæredes licitetur, vt res maneat meliorem conditionem offerenti, secus erit: quia isto casu huiusmodi licitatio extra hæredes non egreditur, & solum fit ad finem concordandi de modo & quantitate recõpensationis, vt nulli gratificetur magis, quàm alij: & vt remaneant omnino æquales & concordantes in diuisione cepta: vnde hu-

ijsmodi licitatio & assignatio, nō est contractus de per se æquè principaliter subsistens & separatus à diuisione, sicut quando extraneus admittitur, sed executio & finis diuisionis ceptæ: quare idem iudicandum esse putat Caro. Molinaus in dicto loco, de ea vèditiōe, quod de diuisione ipsa, quod mihi valde placet, ita vt eo casu decimam non deberi proculdubio existimē, quia totum id, quod agitur inter hæredes, diuisio est, quæ lege regia reperitur immunis.

51 Sed quo casu * diximus re socio vel hæredi pluris licitanti adiudicata, Regiam gabellam deberi, nō leue dubium est, an totius pretij illius rei, quæ ab hærede vel socio empta esset, decima debeatur: an verò deducta portione, pro qua ille emptor erat dominus rei subhastatæ: quia cum nemo rem suā possit emere. l. suæ rei. D. de contrah. empti. manifestum videtur, quod pro ea parte venditio non teneat, quamuis ille emptor totum ipsius rei pretium soluerit, vt in cōmunionem deducatur: atq; ita locum habeant quæ de venditione nulla superius tradidimus cap. 14. ex nu. 1. Verum adhuc totius pretij decimam isto casu deberi existimo, quia verè in tota re venditio constitit: emere enim cum tota re etiam nostram partem possumus, vt tradit l. C. in. l. quod si vno. in fine. D. de in diem addict.

52 Rursus nota, * quod si habens portionem in re communi pro in diuiso, non incipiat à diuisione, sed incipiat à venditione vel permutatione portionis suæ, siue vni tantum ex socijs & cohæredibus, siue omnibus cedat pro pecunia aut alia re, proculdubio Regalem

decimam debet: quia tunc cum non intendat rem communem, siue communem hæreditatem diuidere, sed partem illius acquirere, non est diuisio, nec respectu materiam, nec respectu formæ, nec respectu intentionis: sed est alius contractus, nempe vèditiōis aut permutationis, secundum cuius naturam, & leges huius Regni, decima pretij aut æstimationis debetur. Quod ita rectè colligitur ex eleganti resolutione Caroli Molinæ vbi supra nu. 71. quicquid malè aliter ac sine fundamento teneat Ioan. Parladorius dicto cap. 3. §. 6. nu. 43. versu. hinc etiam queri potest. nam quod dicit isto casu locum esse rationi, propter quam lex illa Regia. 35. Recopi. introducta est, falsissimum esse apparet ex eo, quod lex illa iustissimè loquitur in diuisione: at isto casu non diuisio, sed extranea ac separata vèditiō est. Nec magis obstat, quod dicit in hoc casu procedere suam rationem, quæ in necessitate fundatur, quia ultra quod hic nulla necessitas fuit, vt portionem suam quis venderet, quam posset diuidendo accipere, falsum est necessitatem à Regali decima excusare, vt diximus supra num. 47. in fine. & rationem Bertachini & Montalui, quam pro se quoque allegat, falsam esse ostendimus supra hoc eodem capite nume. 45.

53 Quinimmò notandum est, * quod quamuis socij, vel hæredes non expressè egerint de portione alicuius emenda aut permutanda, sed potius dixerint se velle rem communem diuidere, & ita se habuerint, vt verissimiliter appareat eiusmodi diuisionem esse factam in fraudem & occultationem veræ vendi-

tio-

tionis, aut permutationis, gaudere non debent privilegio dictæ. l. 35. Recop. quominus gabella debeatur: putat, si vnica res erat inter duos socios, vel cohæredes communis, quæ commodè poterat diuidi, & tamen corporaliter diuisa non est, sed alteri adiudicata, ita vt is alteri socio vel cohæredi certam pecuniam aut aliquam aliam rem certam pro sua portione refunderet. Tunc enim ex quo nihil aliud erat simul diuidendum, & poterat diuisio promptè fieri per partes æquales & æquè cōmodas, vt quia erat magna quædam domus, ager, aut fundus: & tamen maluit alter alteri cedere partem suam pro certa pecunia, vel certa alia domo, aut agro non communi, ad valorem portionis eius: quantumcunque dicant se hoc facere per modum diuisionis, satis apparet, quod in veritate & in effectu est vera & voluntaria venditio vel permutatio: atq; ideo Regalis decima soluenda erit. Secus autem cōtraria ratione obseruabitur, si res illa cōmunis talis naturæ sit, vt nullatenus, vel non sine incommodo diuidi queat: veluti si parua domus sit, quæ neutri diuisa sufficiat: vel seruus, aut equus, vel quodcunque aliud indiuisibile esset: tunc enim, cum diuisio illius rei fieri non possit nisi per pecuniam aut aliam rem, non simplex venditio aut permutatio partis dici poterit ea conuètio, sed causa diuisionis effecta, & in ipsa diuisione contracta iuxta tex. in. §. penult. Instit. de officio iudicis. habebitq; ita locum privilegium illud diuisioni concessum in dicta. l. 35. Recopi. prout optimè in materia simili resoluit & explicat Carolus Molinæ vbi supra

pra, dicto. §. 22. numero. 75. Itaque, * vt verè ac planè intelligas generalitatem dictæ. l. 35. in. 2. parte. titu. 18. lib. 9. Recopil. intelligere debes, eam procedere & loqui, quando plures res cōmunes, aut plura bona hæreditaria sunt: tunc enim, licet de facto eueniat eas res tales esse, vt commodè vna queque diuidatur: adhuc tamen si non per particulas, sed per integra corpora diuisio inter hæredes aut socios fiat, ita vt vni res magni valoris detur, & alteri res parvæ quantitatis addicta sit, refusa tamē ab illo hærede tanta pecunia, quæ eos æquales faciat: quicquid pro ea pecuniæ quantitate vera venditio contrahi videatur ex traditis supra num. 45. in fine. Regalis decima non debeatur ex iustissima dispositione dictæ legis regie, quia totum id, quod agitur, diuisio est: quæ licet quandoque vèditiōes, quandoque permutationes in se contineat ex supra resolutis dicto num. 45. propriam & distinctam naturam habere videtur, vt eleganter notat Caro. Molinæ vbi supra nu. 74. & vt commodior ac utilior fiat, eo modo, non per particulas cuiusque rei communis, sed per integra rerum corpora facienda est, vt est textus in. §. si familia: ibi. *Singulas res singulis hæredibus adiudicare debet.* Instit. de officio iudicis. si enim quisquā ex hæredibus aut socijs aliquid voluerit, maluculus & pessimus appellatur, nec audiiri debet per textum in. l. 2. in principi. vbi est elegans glossa, verbo. participibus. C. quādo & quibus quarta pars deb. lib. 10. & ex alijs resoluit Boerius decisio. 46 in prin. nume. 1. ac faciunt quæ latissimè resoluit Roderi. Xarez in reper. l.

Qq 4 quo-

quoniam in prioribus. ampliatio
ne. *l. r. C. de inoffi. testam.* quæ om
nia non procedunt quando vnica
res duntaxat esset diuidenda, quæ
tamen posset commodè diuidi:
quia tunc corporaliter diuidi de
bet, & gabella nõ debetur: quod
si non diuidatur, dicendum est vt
supra num. 53.

55 Et pro *perfecto dictæ legis re
giæ intellectu animaduertendum
est, quod illius priuilegium ac di
spositio procedit, etiam si refusio
aut compensatio ad æqualitatem
inter eos socios aut coheredes ser
uandam, de rebus non communi
bus fiat, vt quia forte non posset
commodè per ipsarum rerum cõ
munium diuisionem & adiudica
tionem equalitas seruari: & hoc
est, quod tradit dicta. *l. 35. recopi.*
ibi: *Aunque interuengan dimeros y o
tras cosas.* quia non est contra natu
ram diuisionis, quod recompensa
tio fiat de proprio recompensan
tis, immò de eius natura est, quod
si remaiori alteri ex socijs adiudi
cata, non supersint bona in com
munionem mobilia vel pecuniæ ad
portionem istius cū aliorum par
tibus adæquandam, ad recompen
sandum de pecunia aut re propria
condemnetur: & adhuc totus con
tractus, seu totum id, quod agitur,
diuisio est, vt eleganter notat Ca
ro. Molinæus vbi supra nu. 74.

56 Vltimò circa hanc materiã quæ
ri solet, * si postquã iam res com
munis fuisset diuisa certis portio
nibus cuiuslibet ex socijs aut cohæ
redibus assignatis, vnus eorū por
tionem suam, quam iam pro diui
so possidebat, vni ex quondam so
cijs aut cohæredibus venderet, vel
permutaret etiam pro portione. il
li assignata de eadem re: an rega
-

lis decima quasi ex diuisione bo
norum non debeat, iuxta priui
legium dicta. *l. 35. recopi.* & pro
culdubio dicendum est: deberi nõ
minus, quàm si cuiuslibet extraneo
vendidisset, vt rectè notat Caro.
Molinæus in dicto loco nu. 70: in
qua sententia est quoque Ioa. Par
ladorius dicto cap. 3. §. 6. nu. 44. il
la optima ratione motus, quod cū
diuisio iam fuerit facta, ita vt vnus
quisque partem suam agnosceret
& possideret, is alter est permu
tationis aut veditiois contractus,
nec diuisio esse dici potest, vbi iã
nihil commune est, iuxta. *l. hære
des. in prin. D. fami. ercis. & l. ma
gis puto. §. fina. versi. communia.*
*D. de rebus eorum. cum multis al
legatis per Anto. Gometium in. l.*
70. Tauri. num. 27.

57 Caue tamẽ ab alia ratione quã
ibidem Parladorius assignat: * sci
licet, quia prædicta lex regia de pri
ma diuisione est intelligenda ar
gum. *tex. in. l. boues. §. hoc sermo
ne. D. de verb. signi. & l. 10. tit. 18.*
lib. 9. recopilat. in quo dicto val
dè errat, quia immunitas concessa
simpliciter, intelligitur perpetua,
vt tradit Albericus in. *l. cum qui
dam. in fine. D. de annuis lega.* pri
uilegia enim principum fauorabi
liter accipienda sunt, vt perpetuò
durent. *l. beneficium. D. de consti
tu. princi. & cap. decet. de reg. iu
ris. lib. 6.* Atq; ideo dispositio *tex.*
in dicto. §. hoc sermone. commu
niter ab omnibus limitatur, vt nõ
procedat quando dispositio indu
cta per viam priuilegij, maneret tẽ
poralis & limitata, si de prima vi
ce intelligeretur. Nec præterea p
cedit in dispositione legis, sed in
dispositione hominis: quia legis
natura ea est, vt disponat non pro
vno

vno actu tantum, sed perpetuo, &
quoties opus fuerit: & quia cū
lex perpetuò loquatur, & semper
operetur, etiam post primum actū
remanet viua & efficax eius dispo
sicio quoad actum secundum, pro
ut vtramq; declarationem latè ex
ornans resoluit Tiraquel. in com
menta. ad dictam. *l. boues. limita.
8. & 9.* Vnde proculdubio asseuerã
dum est, quod dispositio istius. *l.*
35. Recopil. cum alijs legibus, de
quibus in dicto titu. *18. lib. 9.* non
solum procedit in prima diuisio
ne, primavè veditioe aut permu
tatione earum rerum, quas supra
retulimus, & inferius referam: sed
etiam in secunda, tertia, aut quar
ta, & quacunque contigerit: quia
cū generaliter ac simpliciter im
munitas concessa sit per legem, per
petuò illa gaudere debent, quoties
opus fuerit: Nec* obstat etiam tex
58 tus in dicta. *l. 10. Recopilati.* quia
expressè ibi limitatum priuilegiũ
est per ipsam legem ad primam vè
ditionẽ ea iusta & singulari ratio
ne, quia non tam ipsis rebus ex ter
ra inimicorum extractis tempore
belli, quàm ipsis militibus extrahẽ
tibus priuilegium conceditur, vt
earum rerũ, quas laudabiliter ho
stibus rapuerint, sine tributo po
tiantur: atque ideò, cum certum sit
eos non nisi semel res illas esse a
lienaturos, meritò priuilegium ad
primum veditiois actum restrin
gitur: etenim, si iterum ab empto
ribus adquisierint, ac reuendant,
iam tunc dici non possunt vende
re quod ab hostibus habuerunt, sed
quod aliunde.

Itaque si postquam socij aut co
hæredes res communes diuiserint,
aliqui eorum conquerantur post
aliquod tẽpus de diuisione facta,

dicentes sibi fuisse damnosam: at
que ideò reliqui, vt sociorũ & co
hæredum querelas componerẽt,
dixerint se velle & consentire;
vel fortè sententia iudicis ad hoc
fuerint condemnati, vt bonorum
diuisio iteretur per alios iudices,
computatores & arbitros: quod
vt fiat, omnes ij ex communi con
sensu bona, quæ aliàs iam erant di
uisa, inter se communicauerint, ac
si diuisio nunquam facta esset: &
deinde noua ac secunda diuisio
sequatur: proculdubio dicendum
est, quod nec ex hac secunda diui
sione Regalis decima debetur,
quia verè hoc, quod agitur, diui
sio est, cum iam iterum bona quasi
iure societatis communia fuerint
effecta: & dicta. *l. 35. Recopi.* non
de primo aut secundo actu diui
sionis duntaxat, sed de quacunq;
diuisione intelligenda sit ex præ
dictis.

59 Nonno loco, & quidem princi
paliter & aptissimè his adnectitur
quæstio illa, quæ habet: * an ex ijs,
quæ pro animæ expiatione ex bo
nis defunctorum venduntur, rega
lis decima non debeat: & non
deberi Parladorius existimat in di
cto cap. 3. §. 1. nu. 18: si credimus,
inquit, Bertachino de gabellis. 8.
parte. membro. 5. nu. 5: sed an cre
dendum sit, non exprimit. Ego ve
rò, vt exprimam, & resoluam hanc
quæstionem, duplicem casum con
60 sidero: * Primum, cum certa quan
titas in piam causam relicta est, pu
tà in diuinis sacrificijs expenden
da, vel inter pauperes aut alios
pios vsus distribuenda: ita vt, post
quam animæ & voluntari testato
ris satisfactum fuerit, adhuc con
suet hæredis commodo bona su
peresse, vt quia mille testator in
bonis

bonis relinqueret, & ducenta in
 pros vsus expendi iubeat: & isto
 casu, si vt eam pecuniam ex bonis
 hæreditarijs corradant hæres aut
 testamentarij, aliqua bona mobi-
 lia vel immobilia (prout quotidie
 fieri solet) subhastado vel alio mo-
 do vendiderint: nulla dubitatio
 esse potest, quin ex eis venditioni-
 bus regalis decima debeat: quia
 cum omnino ea relicta quantitas
 ab herede & bonis defuncti exple-
 ri debeat, siue gabella soluta sit, si-
 ue non: totum id, quod eo gabel-
 læ nomine expensum erit, damno
 hæredis esse conuincitur, non piæ
 causæ & animæ defuncti: ac proin-
 de nulla religionis gratia & fauor
 eo casu cõsiderari potest, quo ma-
 gis gabellarius à decimæ exactio-
 ne repellatur, & hoc iure vtimur.
 Estque eo casu soluta illa decima
 in cõmunes hæreditatis. & bono-
 rum expensas computanda, quia
 verè bona ipsa hæreditaria in com-
 muni, non particulare. pium lega-
 tum diminuit, & vt æs alienum
 deducitur, prout apertè docet Bar-
 tolus in l. fin. § in computatione.
 num. 3. C. de iure delib. vbi ait, se
 pluries vidisse, ex venditione rerũ
 hæreditarium pro soluendis de-
 bitis & legatis, gabellam solui, &
 vt æs alienum deduci.

61 Alius & secũdus casus est, * quã-
 do ita relinquitur legatum pium,
 vt siquid ex venditione rerum hæ-
 reditatis gabellæ nomine solutum
 sit, id minus necessariò pia causa
 in legato percipiat: veluti si ita di-
 xerit testator: fundum illum meũ
 Tusculanum vendi iubeo, & om-
 ne pretium, quod ex fundo reda-
 ctum erit, inter Christi pauperes di-
 stribuatur, vel pro maritanda puel-
 la, aut in redemptionem captiuo-

rum detur, iuxta speciẽ textus in
 l. 3. §. fina. vers. planè. D. de vsu-
 ris. & l. Lucius Titius. 22. delegat.
 2. vel dixit: volo, vt omnia bona
 mea vaneant, & pecunia redacta
 in pias causas. conuertantur: vel
 fortè nihil de venditione dixit, sed
 tantũ quod omnia bona sua in
 tali & tali re, piaque causã expen-
 derentur: & pro commodiori di-
 stributione testamẽtarij vendidif-
 sent, vt semper fit: & hoc casu sunt
 qui putent ex huiusmodi veditio-
 nibus nullam decimam deberi ga-
 bellarijs, quæ si exigeretur, legata
 pia minueret, quod non videretur
 esse admittendum, argu. tex. in Au-
 then. similiter. C. ad legem Falcid.
 & l. 4. titu. 11. part. 6. vbi quamuis
 aliàs generali lege erat statutum,
 vt ex omnibus legatis scriptus hæ-
 res quartam partem retineret iux-
 ta verba legis Falcidiæ, de quibus
 in l. 1. in princip. D. ad legem Fal-
 cid. sic vt pia quoque legata in præ-
 dicta generalitate comprehende-
 rentur, vt constat ex dicta. l. 1. §. ad
 municipum. postea religionis fa-
 uore factum est, vt ex legatis pijs,
 quæ animarum suffragia sunt, quar-
 ta illa pars nõ detrahatur, sed quò
 ad partem, quæ attigerit illa lega-
 ta, hæres ipse in damno existat, ex
 textu cũ glo. communiter appro-
 bata in dicta Authen. similiter. ver-
 si. sed nunquid. & quod notant do-
 ctiores in l. ex assẽ. D. ad legem Fal-
 cid. & tradit Gregor. Lupus in di-
 cta. l. 4. Partitæ. verb. *De piedad.* Ac
 proinde dixit Baldus in l. seruo si
 de commissaria. D. de hæred. insti-
 tu. Quod si legatis imponeretur
 gabella, non esset illa quidem sol-
 uenda ex legato pio: & expressè
 in nostris terminis quod solui nõ
 debeat, tradunt Bertachinus & Io.

Par.

Parladorius supra allegati, quos se-
 quitur Dida. Aluarado de conie-
 ctura. mente defuncti. lib. 2. cap. 1.
 §. 2. num. 17.

62 Sed certè ista sententia * reli-
 giosior est, quàm vera iuxta rela-
 tum argumentum: quia si Falcidia
 non detrahitur ex legatis pijs, ex
 expressa quidem legis decisione
 prouenit in dicta Auth. similiter.
 quæ ita iustissima ratione decre-
 uit: aliàs enim, nisi specialiter, vt
 dixi, caueretur, generalitas legis
 Falcidiæ omnia legata etiam pia
 comprehenderat, vt constat ex in-
 terpretatione I. C. in dicto. §. ad
 municipum. quia leges generales
 comprehendunt omnes casus quã-
 tumcunque priuilegiatas, qualis
 est causa pia, si in specie, de qua a-
 gitur, non reperiantur habere pe-
 culiare priuilegium. l. in fraudem.
 in fine. vbi notat Bal. D. de milita-
 resta. Decius in l. ex testamẽto. C.
 vnde liberi. & in consilio. 5. resol-
 uit latè Tiraq. de præscriptio. §. 1.
 glo. 11. & passim vtitur ista regula
 loquens in pijs causis Menchaca
 de successio. pgre. lib. 3. §. 27. nu-
 10. Igitur generalitas nostræ legis
 regiæ, de qua in l. 1. & l. 2. titu. 17.
 lib. 9. Recopil. venditiones & per-
 mutationes omnes, etiã eas, quæ
 fauore piæ causæ iuxta casus præ-
 dictos factæ erunt, visa est compre-
 hendere, cum nullibi ab hoc spe-
 ciali tributo priuilegium aliquod
 habere reperiantur, vt disponit. l.
 1. titu. 18. lib. 9. Recop. & diximus
 supra in princ. istius cap. quamuis
 in vna venditione maior ratio sit,
 quàm in alia, ex traditis per Deciũ
 in dicto consi. 5. & facit, quod vi-
 demus ex venditione Ecclesijs fa-
 cta nullam immunitatem vendi-
 torem promereri, quamuis inde

lucrum Ecclesiæ resultaret, quæ vi-
 liori pretio emeret. l. 8. dicto titu.
 18. lib. 9. Recop. & diximus supra
 cap. 19. num. 10. Verum enim vero
 quicquid hoc ita benè dictum sit,
 63 adhuc * prædicta illa sententia, quæ
 religioni & piæ causæ fauet, susti-
 nenda est ea noua ratione: quia
 cum tota pecunia ex eis venditio-
 nibus redigenda, pauperum, Ec-
 clesiæ, & piæ causæ futura sit: eorũ
 quidem nomine, quibus commo-
 dum legatum est, veditioes illas
 fieri & celebrari non iniuste dice-
 mus, quasi verè ipsa Ecclesia, paupe-
 res, & pia causa legataria, domina
 bonorum sit: atq; ita eius respectũ
 vel personam (vt ita loquar) inspi-
 ciendam puto, licet ab herede vel
 testamentarijs laicis venditiones
 celebrentur, ex ijs quæ diximus su-
 præ cap. 15. nu. 9. nam & talis hæ-
 res, cui deductis legatis nihil su-
 pperest, testamẽtarij loco est, argu-
 tex. in l. si quis Titio. deleg. 2. habe-
 bitque ita locum priuilegium tex.
 in l. 6. dicto titu. 18. lib. 9. Recop. si
 ne illud legatum relictum esset Ec-
 clesiæ, siue pauperibus, vel alios
 pios vsus: quia priuilegia conce-
 ssa Ecclesijs, & illis quidem legatis
 pijs cõcessa sunt de iure, vt est tex.
 in Auth. de ecclesiasticis titu. §. p
 temporalibus. colla. 9. per quem
 tex. ita dixit Angelus, Baldus & alij
 doctores relati per Iasonem in. §.
 ex maleficijs. nu. 41. Inst. de actio.
 64 Decimo loco * eximitur frumẽ-
 tum, de quo in l. 36. dicto tit. 18.
 lib. 9. Recop. quod priuilegiũ non
 tam ipsi rei venditæ, quàm exteris
 venditoribus concessum est, vt cõ-
 stat ex ea lege, ibi. *Que sean francoos.*
 ea ratione, vt exteri inuitentur, quò
 magis triticum portent ad hæc re-
 gna tempore necessitatis, vt no-
 tat Me-

De Decima Venditionis,

tat Mexia Pontius in pragma. panis. conclu. 5. num. 138. unde fit, quod ex reuenditione illius tritici gabella debebitur, cum non ipsi tritico, sed primis illis exteris venditoribus, qui portauerint in Hispanensem ciuitatem, & ibidem venderint aut permutauerint, immunitas concedatur: potestque ideo dici, istam legem de primo actu venditionis esse intelligendam, sicut. l. 10. eo. tit. & lib. de qua sup. nu. 58.

Undecimo loco eximitur venditio aliarum rerum, de quibus in l. 37. & l. 38. dicto tit. 18. lib. 9. Recop. quarum decisio nullam, ut video, difficultatem habet: solum aduerto, quod dum in praedicta l. 38. iubetur, ut ex stribus & calcaribus

65 venditis gabella soluatur, * aperte constat armorum appellatione non contineri, ut notat Montalius in repertorio legum Ordin. verbo. *Alcauala*. alias enim eorum venditio immunis esset iuxta. l. 40. infra eo. tit. & statim dicem. atque ista rationem dubitandi habuit ea lex.

66 Duodecimo loco, * armorum venditioni immunitas concessa est in dicta. l. 40. Recop. tam eorum, quae offensionem apta sunt, quam quae defensionem: vtraque enim armorum appellatione continentur. l. armorum. D. de verbo. signifi. vbi Alciatus. & l. 7. titu. 6. lib. 6. Recop. id quod favore militiae statutum est, ut tradit Dida. Peretius in. l. 22. glo. 1. titu. 4. lib. 4. Ordinam. & ut arma viliori pretio empta, deficere tributo, facilius ab omnibus habeantur: nam, ut inquit Arist. lib. 7. Poli. ca. 8. & refert Simacas de Republica. lib. 9. cap. 18. qui Reipublicae praesunt, hos armis tum ad tuendum imperium, ut detrectantes coerceantur, tum ad vim, si quis iniuriam ex-

trinsecus inferre conetur, propulsandam, instructos esse, necesse est. Scimus enim Rodericum Regem vniuersam ferè Hispaniam infanda clade confecisse ob hanc potissimum causam, ut historici tradunt, quod subiectos suos, deficientibus armis, in praelia traxit inermes.

67 Et primo * aduerto, quod priuilegium istius. l. 40. Recop. vel maxime locum habet & habere debet in tormentis sulphurarijs, seu fusilibus machinis, ut ait Alciatus in d. l. armorum. in fi. sunt enim arma fortiora, & bello magis necessaria qualia sunt *Arca buzes, y otras qualesquier piezas de artilleria*. Secundo aduerto, quod nedum armis permissis immunitas ista conceditur, sed etiam reprobatis, & quae haberi vel vendi prohibitum est, qualia sunt ea, de quibus in l. 8. tit. 6. lib. 6. recop. & l. 14. tit. 4. lib. 4. recop. quia licet reprobata sint, non ideo minus arma dici queunt, eo quod ad eorum substantiam autoritas publica aut regia necessaria non est, sicut in pecunia iuxta. l. 1. D. de contrah. emp. propter quod pecunia non esse dicitur, quae reprobata sit. l. generaliter. §. qui reprobos. D. de pig. act.

68 Tertio noto, * quod semel me iudice litigatum est inter gabellarios ferri, & venditorem quendam cultellorum, aliorumque operum fabri ferrarij, an ex cultellis illis regalis decima non deberetur, eo quod armorum appellatione contineri videantur, quibus lege regia data exemptio est: atqui vterius ex parte illius venditoris ostendebatur Authenticum quoddam exemplum cuiusdam sententiae pro se late in re simili contra alios gabellarios loci alterius, quae tandem confirmata esse videbatur in regia cancellaria Valli-

Vallisoletana, & similium sententiarum testimonia circumferri solent. Sed certè quamuis armorum appellatione gladij continerentur in l. 2. C. quae res. exportari non debeant. & l. 6. ibi: *O cuchillo*. titu. 3. part. 5. quorum iurium fortassis autoritate praedictae sententiae late sunt: id intelligendum est de gladijs maioribus, quibus ut ensibus aut sicca uti possumus, non de cultellis minoribus, nempe vnus palmi plus minus, quos nemo nostrum dixit armorum verbo comprehendi, sed domesticum potius instrumentum esse, quo uti solemus in mensa, & scrinijs ad pennarum temperationem, panis & aliarum rerum incisionem, ut est textus elegans in Authent. de armis. §. ut autem. ibi, *Cultellos menores, quibus nullus in praelijs vitur*. Colle. 6. vbi est elegans glossa. verbo. menores. quae ait, de praedictis cultellis intelligendum non esse statutum de non portandis armis per ciuitatem, quia arma non sunt: quam secuti sunt omnes doctores, ut resoluit Iason in. §. ex maleficijs. num. 85. Institu. de actio. Atque ita per supra dicta iudicavi, ut ille venditor decimam cultellorum solueret: debetur enim sicut ex alijs quibus

69 cunque ferreis instrumentis, * quae licet ad defendendum & offendendum quandoque prodesse possint, verè arma non sunt, quia non ad hoc instituuntur, sed ad aliud ministerium rusticum, vel vrbicum: quamuis quidem inproprie arma quoque dici soleant, veluti instrumenta rusticorum, ut ait Virgi. in Georg. & quae sint duris agrestibus arma. & coquinaria arma dixit Plautus. & nautarum quoque, & Pisto-

rum Virgi. lib. 5. Aenei. colligere arma iubet, validisque incumbere remis. & libro. 1. Cerealiaque arma expediunt. ex quorum omnium venditione dubium non est, quin regalis decima debeatur.

70 Quarto notandum est, * quod ut immunis armorum venditio sit, perfecta & absoluta arma esse debent, ut expresse requirit praedicta l. 40. recopilat. atque ideo, quamuis à nonnullis dubitatum est, an enses lucidi & omnino consummati huiusmodi priuilegio gaudeant, licet nullo capulo ornati veneant, leuis mihi dubitatio visa est: eo quod expresse lex illa requirit, ut arma eo modo perfecta sint, quo eis uti solemus: nam generaliter id dicitur esse perfectum, quo commodè uti possumus, l. Quintus Mutius. §. cui. D. de auro & argenteo. leg. ut notat glo. in. l. et si non sunt. §. infecti. verb. magis. eo. tit. glo. & doctores in. §. cum ex aliena. verbo: facta. Instit. de rerum diuis. & negari non potest, quin nemo ense sine capulo utatur, esset enim nimium incommodus, nec ad usum manui aptaretur: at lex illa, ut praedixi, non nisi armis perfectis, & quae bello apta praestoque essent, immunitatem concessit, ut satis exprimitur in illis verbis: *Hechas y acabadas en la forma que se suele y acostumbra usar dellas*. ut non immerito, id satis declaratum esse lege Regia, responsum fuerit per principem in comitijs habitis Madriti, anno 1582. petitio. 79. qua petitum erat, ut eorum ensium immunitas apertius declararetur.

71 Quinto, * notanda est in proposito executoria quadam sententia, quae mihi hodie ostensa est, à Notarijs Regionumque re-

dituum

dituum iudicibus data in Valliso-
lerana Cancellaria anno Domi-
ni. 1570. mense Iunio, inter ga-
bellarios ciuitatis Taurinensis, &
ciuem quendam, qui cum alij fuis-
set hæres, certo pretio vendide-
rat vestimentum quoddam hære-
ditarium ex ijs, quibus Ecclesia
pro diuino cultu in sacrificijs &
altaribus uti solet, nec illud qui-
dem consecratum, quia nondum
Ecclesie vsibus destinatum fuerat,
quo casu rectè vendi potuit, quia
nondū sacra res est, vt probat tex.
elegans in. l. non contrahitur. in
fine. D. ad legem Iuliam maiesta-
tis. secus autem si iam consecratū
& destinatum foret, quia eo casu
vendi nequiret ex. l. 7. & l. 10. tit.
2. lib. 1. recopi. & l. 1. C. de sepul-
chro violato. & cum decima pre-
tij ab eo peteretur, ac in prima in-
stantia condemnatus fuisset, tandē
in tribunali illo regio absolutus
est, & perpetuum silentium gabel-
lario impositum. Duo autem præ-
cipua ex venditoris parte allega-
ta esse videbantur: primum, quod
vestimenta ista arma essent cleri-
corū, quibus armari dici possunt,
sūt enim cœlestes milites. cap. cō-
libentius. ibi. *militia clericali*. de ser-
uis nō ordi. & cap. ex parte. B. ibi.
deo militans. de corpo. vitia. & cap.
clericum. ibi. *militibus ecclesia*. 50.
distinct. atqui de mundana ad cœ-
lestem militiam arguere licet, ex
sententia glossæ in. l. miles. verb.
facere. D. de reiudi. & l. filiusfami-
lias. §. veterani. D. de procurato.
quam communiter sequuntur
doctores, vt resoluit Menesius in
l. 1. nume. 7. C. de iuris & facti igno-
no. Igitur si arma militum terre-
strium priuilegio exemptionis
gāudent ex dicta. l. 40. Recopila-

tionis: & arma cœlestium maior
ratione gaudere debent. Alterum
& iterum allegabatur, ac proba-
tum est, quod nunquam in ea ciui-
tate soluta gabella esset ex ijs, quæ
ad diuinum cultum, & sacrificia
deo offerenda pertinent, ornatus-
que causa Ecclesijs ipsis venderē-
tur. Sed certe quamuis ista duo ar-
gumenta parum mouere debuis-
sent regios iudices, semel quia nō
satis scio, an bene illa ecclesiasti-
ca vestimenta clericorum arma di-
ci queant, præcipue ea quæ non
perionis clericorum, sed altaris or-
natui conueniunt: ac comperto
sciam in hac gabellarum materia
ex vno ad alterum arguere non li-
cere, nempe ex vno ad alium ca-
sum, vel ex vna ad aliam rem vel
personam, etiā si eadem vel ma-
ior militet ratio, vt satis significat
l. 1. tit. 13. lib. 9. recopilationis. &
diximus supra cap. 19. nume. 101.
præsertim, quod si prædicta. l. 40.
de quibuscunq; armis veris &
ciuilibus intelligenda foret, frus-
tra expressisset. l. 34. eiusdem tit.
ex libris venditis aut permutatis
decimam non esse soluendam, vt
diximus supra nume. 30. cum &
scholares & aduocatos militare
dicamus, & eorum arma libros es-
se constet iuxta. l. aduocati. C. de
adu. diuer. iudi. & quæ notāt do-
ctores in. l. quæ pater. D. fami. er-
cis. tum quia probata illa desuetu-
do excusare nequit, ex dicta. l. 1.
Recopil. cū ijs, quæ diximus supra
dicto cap. 19. ex nu. 4. tamen cum
hæc sententia religionis & pieta-
tis plena sit, magnopere mihi pla-
cet. & vbi hæc viguerit consuetu-
do, piè religioseque eam fauendā
reor, prout Regius ille Senatus
consuluit, fauens Ecclesie etiam cō-
tra ius

tra ius, vt fecit Bartolus in proe-
mio Digestorum num. 14.
72 Ultimo * loco pro complemē-
to istius capituli & tractatus, signā-
da est pragmatica quædā sanctio
Catholicorum Regum Ferdinādi
& Elisabeth, codita anno domini
1493. quæ in prædicto lib. 9. recop.
incuria cōpilatoris nō reperitur:
ea verò determinat, & restringit
generalitatem tex. in. l. 14. ti. 17. d.
lib. 9. recop. in qua statutū erat, vt
apothecarij generaliter soluerēt
decimā pretij omnium rerū, quas
ex officio suo vel aliās venderent:
vt scilicet intelligatur, eos debere
soluere ex medicamentis simplici-
bus duntaxat, quæ ab ipsis vendū-
tur, secus autem ex compositis: id
q̄ fauore salutis humanæ statui-
tur, ac propter publicæ necessita-
tis obsequium, quod per eas com-
positiones & confectioes præsta-
tur, vt de medicis testatur Impera-
tor in. l. 2. C. quibus nō obij. lōg.
temp. præscrip. & l. C. in. l. inter
eos. D. ex quibus cau. maio. ne p-
pter gabellam carius vendatur, q̄
humanæ vitæ proficuum & omni-
nō necessarium intelligitur: quam-
uis ista ratione attenda potius ex-
cipienda essent simplicia pharma-
ca, quam mista & composita: cum
hæc ab ipsis etiam medicis sapius
damnata fuerint, illa autem & vti-
liora & salubriora sint, vt latissi-
mè disputat Tiraq. de nobilitate.
cap. 31. nu. 469. nisi & illud quoq;
lex illa respexisset, quod multa cō-
posita & mista medicamenta ven-
neunt, quorum pretium in solo
apothecarij labore & industria cō-
sistit, iuxta l. mulieris. 13. ibi: *Quo-
niam plerunq; & l. labeo. 14. ibi:
Quoniam earum rerum*. D. de verbo.
signifi. cum persæpè fiant ex her-

bis, quæ in nullo ferè pretio sunt
omnibus obuæ, & magno labore
laudabilique industria ad infirmo-
rum vtilitatem reducuntur, vt cō-
siderat dicta lex, ibi: *Asi por el tra-
bajo q̄ los dichos boticarios reciben en
las hacer, y componer, y sacar, y buscar*.
Itaque vt verè & radicatis intel-
ligas mentem & dispositionem il-
lius pragmaticæ, quæ se non benè
explicat, statuenda non est ea re-
gula, scilicet quod omnium rerū
seu medicinarum simplicium, quæ
ab apothecarijs venduntur, rega-
lis decima debeat, cæterarū au-
tem non ita, prout sane videtur in
nuere prædicta lex, in fine. ibi: *De
otras semejantes cosas, y medicinas sim-
ples que venieren, pagnen libremente
el alcauala*. etenim id ita generali-
ter dictum falsum est, & contra ip-
sam legē, ibi: *Y aguas de alquitaras*.
dum ait, ex aquis distillaris ex vna
etiam re sine admistione alterius,
veluti aqua borraginis, aut rosa-
rum, vel endiuæ, & alijs gabellā
non esse soluendam, cum tamen
simplices medicinae sint. Nam me-
dicina simplex est, quæ talis est, qua
lis à natura producitur, vel quæ li-
cet aliquo sit mutata artificio, nō
est alij medicinae cōmista, vt sunt
illæ aquæ secundum Platearium
de simplici medicina in prin. Ita-
que quamuis industriales sunt illæ
aquæ, non naturales, scilicet à na-
tura productæ, propter quod Ba-
ptismus in eis fieri nequit, iuxta
Sacrum Concilium Tridentinum
sessione. 7. cano. 2. vt omnes viri
Theologi indubitanter obseruāt:
sunt quidem simplices, eo quod
nullam misturam habent, & inter
simplicia enumerat Nicolaus Præ-
positus in suo dispensario ad Aro-
matarios. cap. 6.

73 Vnde* generaliter & in vniuersum pro vera & resoluta declaratione illius regie pragmaticę dicendum est: q̄ quotiescūq; medicina aut alia res venditur talis, qualis à natura producitur, vt sunt radices, herbæ, folia herbarum & arbutorum, flores, semina, fructus, cortices, gummi, mineralia, veluti lapides & metalla, ac similia, decima pretij debeatur: ideò q̄ in his nulla pharmacopolæ industria versetur, cui merito fauendum sit. Item & earum rerum, quæ licet compositæ sunt, attamē & sanis quoq; ac bene valentibus proficua vēdi solēt, decimæ sit exactio: quales sunt fuccharati & melliti cibi, quos bellaria appellauit Varro apud Aulū Gellū lib. 13. noct. attica. cap. 11. vt exemplificat illa lex, ibi: *Botes de conserua, o otras cosas semejantes, que suelen dar a sanos*. quas diiudicare poterit iudex suo arbitrio iuxta loci consuetudinem. Cuius quidē decisionis ea est vera ratio, quia cū illę res inter cibaria esse soleāt, vt supponitur in ea lege, non propriè pharmaca seu medicinæ dici queunt, quarum fauore lex illa statuta est vt dixim⁹: pharmaca enim veluti catapotia decoctiones, & reliqua medicamēta cibariorum appellatione non continentur. l. in rebus. §. possunt. D. commodati. & notat Alciatus in .l. cætera. 44. D. de verb. signi.

Si verò res, aut medicina talis sit, quæ industria & opera apothecarij ad vsum solamq; infirmorū vtilitatem reducitur, atq; componitur cum admisione alterius, siue sine ea, regalis decima soluenda non sit, vt latissimè exēplificat ea lex, ibi: *Que de las cosas cōpuestas*, & infra: ita vt in ratione decimæ

facienda distinctio sit inter industriales & naturales medicinas, si cut aliās & alio modo inter industriales & naturales fructus distinguere soler iuxta. l. bonæ fidei. D. de acqui. reru. do. & l. fructus. D. de vsuris. cū vtrobiq; notatis per DD. Vnde non iniuste videri posset in ea lege, industriæ magis apothecarij, quā rebus ipsis fauorem dari: cū quæ naturaliter & suapte natura absq; artificis adiuuamento medicinales sunt, à decimæ præstatione non eximantur, secus verò quæ industriæ & studiosè tales fiunt. sed adhuc ex prædictis, & ex lege ipsa, præcipuè, ibi: *Porq̄ no se encarezcan*, non ratione apothecarij dūtaxat, sed magis propter rerum ipsarum vtilitatem & faciliorem vsum, priuilegium istud cōcessum apparet. Ex*quo semel iudicauī mulierem quandam distillatas aquas vendentem, ex ijs inquam, quæ medicinales sunt, de quibus loquitur & intelligenda est prædicta lex, ibi: *Y aguas de alquitaras*. Regalem decimam nō debere, & à gabellariorū petitione, alegantium id priuilegium apothecariorum esse dūtaxat, absoluentem duxi.

74 His explicat (Lector optime) de decima venditionis & permutatio nis tractatus: & ille sanè tam vtilis, quā vsufrequēs, re quidē ipsa, & nostra opera: copiā enim sectati non sumus, quamuis, vt vides, res ipsa scribendi materiam abundè ministrauerit, sed vtilitatem potiùs & breuitatem inspeximus. Qualiscūque autem sit hic noster labor, qui fuit quā maximus, eum boni æquique consule.

L A V S D E O.

IN-

INDEX LECVM IURIS
Ciuilis & Regij, quæ in hoc libro
præter doctores explicatur.

Ex D. veteri:

L. 2. ad finem. de origine iuris. in Præfatio. num. 13.
L. si quis ab alio. §. cum publicanus. de calumniato. ibidem nu. 17.
L. 1. §. si quis seruum. depositi. cap. 1. num. 27.
L. insulam. de præscrip. verbis. ibidem. nu. 29.
L. & hæc distinctio. §. fin. locati. ibidem. num. 30.
L. si debitor. de contrah. empt. ibidem. num. 32.
L. 1. locati. ibidem. nu. 14.
L. 1. §. si. de contra. empt. ibid. n. 15.
L. 2. §. ad eod. locati. cap. 2. nu. 4.
L. item si pretio. §. 1. eod. titu. ibidē. num. 7.
L. redemptores. de reiuend. ibidē. num. 9.
L. Sabinus. de contrahen. emp. ibidem. num. 15.
L. conuenit. eod. tit. ibidem. nu. 16.
L. in nauem Saufeij. locati. ibidem. num. 19.
L. nec emptio. de contrah. emptio. ibidem. num. 35.
L. si fundus. §. fin. de pignori. cap. 3. num. 21.
L. fina. de contrah. empt. ibidem.
L. si legati. de pignori. cap. 5. nu. 17.
L. quod sæpè. de contra. emptio. ibidem. num. 25.
L. qui balneum. qui potiores. ibidem. num. 18.
L. cum is. §. fin. de condi. indeb. cap. 7. num. 34.
L. si vnus. §. pactus. de pactis. cap. 1.

num. 17.
L. si ei. & l. ita constante. de iu. dot. ibidem. num. 41.
L. sed etsi lege. de peti. hæred. cap. 17. num. 53.
L. in rem actio. §. sed idē de reiuen. cap. 12. num. 6.
L. quod autem. §. si vir. de don. inter vi. cap. 17. nu. 55.
L. seruos. fami. ercisc. cap. 11. nu. 56.
L. singularia. si cert. pet. ibidem. num. 11.
L. qui negocia. mandati. ibidem. L. idemque. §. si quis. eo. titu. ibidē. num. 13.
L. si remunerandi. eo. titu. ibidem. num. 12.
L. fundi partem. de contra. emptio. cap. 15. num. 21.
L. Iulianus. §. si fructibus. de act. empti. ibidem. nu. 37.
L. 1. de pactis. cap. 17. nn. 33.
L. si iactum. de actio. empti. cap. 9. num. 40.
L. Stichus. de condict. indeb. capit. 10. num. 25.
L. debet. de edil. edicto. ca. 14. n. 12.
Eadem lex. cap. 15. nu. 2.
L. si venditor. cum l. sequen. de ser. exporta. ibidem. num. 23.
L. cum qui. de in diem addict. cap. 14. num. 31.
L. naturalis. §. sed si facio. de præsc. verbis. cap. 2. nu. 10.
Eadem lex. cap. 17. num. 15.
L. si tibi arce. eod. titu. cap. 20. n. 13.
L. adiles. de edili. edicto. ibidem. num. 27.
L. sed addes. §. si quis. locati. ibi. n. 23.

L. 128. ibidem nu. 9.
 L. 118. ibidem nu. 80.
 L. 101. ibidem nu. 71.
 L. 61. ibidem nu. 10.
 L. 50. & l. 66. & l. 68. ibidem nu. 20.
 L. 72. ibidem nu. 30.
 L. 65. ibidem nu. 31.
 L. 121. ibidem nu. 32.
 L. 114. ibidem nu. 74.
 L. 104. cap. 5. nu. 20.
 L. 102. cap. 17. nu. 2.
 L. 118. stili. cap. 18. nu. 7.
 Conditio. 26. de los apuntamien-
 ros. cap. 2. nu. 54.
 Conditio. 37. del encabeçamien-
 to. cap. 18. nu. 4.
 Respõsio Regia ad petitionem. 79.
 in Comitijis Madriti anni. 1582.
 cap. 19. nu. 70.

Ex noua Recopilat.

L. 1. & l. 2. titu. 17. lib. 9. scholijs ex-
 ornantur in Præfatione huius
 operis.
 L. 7. titu. 7. lib. 9. cap. 2. num. 36.
 L. 34. tit. 18. lib. 9. cap. 9. nu. 33.
 Eadem lex. cap. 20. nu. 18.
 L. 8. titu. 17. lib. 9. cap. 15. nu. 6.
 L. 8. tit. 18. lib. 9. ibidem nu. 12.
 Eadem lex. cap. 19. nu. 11.
 L. 32. titu. 19. lib. 9. cap. 15. nu. 8.
 L. 6. titu. 13. lib. 9. cap. 16. nu. 11.
 L. 2. titu. 17. lib. 9. cap. 17. nu. 11.
 L. 2. titu. 16. lib. 5. cap. 8. num. 12.
 L. 4. titu. 2. lib. 6. cap. 18. nu. 62.
 L. 31. tit. 19. lib. 9. cap. 6. nu. 24.
 L. 19. & l. 20. tit. 17. lib. 9. cap. 18. nu
 me. 68.
 L. 19. titu. 11. lib. 5. cap. 7. nu. 8.
 Eadem lex. cap. 13. nu. 14.

L. 14. titu. 16. lib. 9. cap. 13. nu. 8.
 L. 1. tit. 22. lib. 9. ibidem nu. 85.
 L. 6. tit. 15. lib. 5. cap. 10. nu. 71.
 L. 35. titu. 18. lib. 9. capite. 20. nu.
 39.
 L. 18. titu. 17. lib. 9. capite. 2. num.
 22.
 L. 12. titu. 17. lib. 9. ibidem. nu. 56.
 Eadem l. 12. tit. 17. lib. 9. cap. 3. nu-
 me. 11.
 L. 5. & l. 9. titu. 17. lib. 9. cap. 4. per
 L. totum.
 18. tit. 18. lib. 9. cap. 4. num. 5.
 L. 10. titu. 17. lib. 9. cap. 6. num. 27.
 Eadem lex. cap. 10. nu. 5.
 Eadem lex. cap. 13. nu. 13. & 70.
 L. 9. tit. 3. lib. 5. cap. 18. nu. 12.
 L. 31. titu. 19. lib. 9. ibidem nu. 34.
 L. 4. titu. 13. lib. 9. ibidem nu. 27.
 L. 6. titu. 18. lib. 9. cap. 19. nu. 17.
 L. 1. titu. 10. lib. 9. cap. 18. num. 18.
 L. 3. titu. 5. lib. 7. ibidem nu. 14.
 L. 5. titu. 1. lib. 2. cap. 19. num. 51.
 L. 2. titu. 4. lib. 1. cap. 19. nu. 18.
 L. 27 & l. 29. tit. 19. lib. 9. cap. 18. nu
 me. 33.
 L. 40. tit. 18. lib. 9. cap. 20. nu. 66.
 L. 26. & l. 27. tit. 19. lib. 9. cap. 18. nu
 me. 51.
 L. 14. & l. 16. titu. 13. lib. 9. ibidem nu
 me. 88.
 L. 3. titu. 18. lib. 9. ibidem nu. 95.
 L. 31. & l. 32. titu. 19. lib. 9. cap. 19. nu
 me. 14.
 L. 7. titu. 18. lib. 9. ibidem nu. 83.
 L. 9. titu. 18. lib. 9. ibidem nu. 92.
 L. 10. titu. 18. lib. 9. cap. 20. nu. 58.
 L. 36. titu. 18. lib. 9. ibidem nu. 64.
 L. 14. titu. 17. lib. 9. cum pragmatica
 quæ loquitur de apothecarijs.
 ibidem num. 72.

I N-

7. q. 2. d. l. sup. anno. ob. 1581.

I N D E X R E R V M M A G I S N O T A
 biliũ istius operis, quæ facilius in Alpha
 betum redigi potuerunt.

A
 Acceptilatio consonare debet cum verbis
 præcedentis obligationis cap. 1. num. 18.
 Actiones omnes iuris ciuilis sunt ca. 1. n. 11
 Actione data ratione alicuius actus, eius tẽ
 pus cõputatur ex die illius actus. c. 3. n. 4
 Actiones loco non circumscribuntur, quod
 ad effectũ gabellæ declaratur ca. 4. n. 37
 Actione vendita, quo in loco decima de-
 beatur. ibidem num. 36.
 Actionum cefsionis an gabellæ debeatur.
 cap. 9. num. 2.
 Actionum cefsio quando venditionem cõ
 tineat. ibidem num. 3.
 Actio talis iudicatur, qualis est res ad quam
 competit. ibid. m. num. 22.
 Actio ad pecuniã habet priuilegium pecu-
 niæ. ibidem. num. 33.
 Actio competens ad quamcunque rem pri-
 uilegiatam, priuilegiata est. ibidem. n. 37
 Actiones ad vnã summam, vel ad annuam
 præstationem competentes valde diffe-
 runt cap. 10. num. 77.
 Adriani beneficium circa fideiussores ne-
 cessarium hodiẽ non est. cap. 9. num. 11
 Ad iudicatio rei pro debito in iudicio, ga-
 bellam non parit. cap. 7. num. 54.
 Africę regionis natura declaratur c. 2. n. 29
 Agricultura ab antiquis laudata, qualis est
 cap. 19. num. 70.
 Alcauala omnium tributõrum Hispaniæ v-
 berriimum est. in præfatione nu. 3.
 Alcauala descriptio. ibidem. num. 5.
 Alcauala in alijs quoque provincijs præter
 Hispaniam exercetur. ibidem n. 6.
 Alcaualæ mentio nulla est in iure. commu-
 ni ex aliquorum sententia. ibidem.
 Alcaualæ tributum quale apud Romanos
 fuerit. ibidem. num. 16.
 Alcauala olim iure Regio ab emptoribus
 & venditoribus soluebatur cap. 15. nu. 1.
 Alcauala tota ad venditores translata est
 exẽplo Romanõrum in præfatione n. 16
 Alcauala a Rege Alfonso v. decimo initiũ
 habuit. ibidem. num. 19.
 Alcauala cur primum concessa. ibid. nu. 20
 Alcauals quo tempore simpliciter in Re-
 giõum patrimonio redacta & quare ibi-
 dem. nu. 21. & 24.

Alcaualæ quantitas quæ primum concessa
 fuerit, & quando ad decimæ quantitatẽ
 peruenerit, & alia in propõsito ex histo-
 ria referuntur. ibidem. nu. 22. & in schõ-
 lio ad l. 1. Recop. nu. 12.
 Alcauala tributum dignum est, vt soli Re-
 gi debeat. ibidem. num. 27.
 Alcauala cur ita appellata fuerit. ibid. n. 28.
 Alcauala proprie tributum non est. ib. n. 29.
 Alcauala qualiter odiosa vel fauorabilis cõ-
 feri debeat. ibidem. num. 31.
 Alcauala ex sola venditione & permutatio-
 ne debetur. ibidem nu. 40. & nu. 42.
 Alcauala cur potius ex prædictis contracti-
 bus, quã ex reliquis concessa sit. ibi. n. 43
 Alcauala debetur, quamuis pretium ad 10.
 maravedinos non ascendat in schõlio
 l. 1. n. 9.
 Alcauala nec mun' personale nec patrimo-
 niale, vel mixtum est, sed quid neutrum-
 cap. 19. num. 97.
 Alcauala nedum a negociatorib', sed a qui-
 buscunque alijs iusta ratione exigitur. i-
 bidem num. 2.
 Alcauala debetur etiam ex rebus, quæ ad pro-
 prium vsum venduntur. ibidem nu. 3.
 Alcauala tam ex accessoria, quã ex priu-
 cipali venditione debetur. ibidẽ. n. 40.
 Allegatio communis in l. fudi partem. D.
 de contra. empt. qualiter intelligenda sit,
 cap. 15. num. 24.
 Aliena re vendita, gabellæ debetur. cap. 14.
 num. 23.
 Almozarifazgo quid sit. in præfatione. n. 7.
 Alfonso Rex, qui sapiens cognominatur,
 decimus fuit. ibidem num. 18.
 Alternatiua obligatio quid contineat, la-
 tẽ discutitur. cap. 7. num. 20.
 Alternatiõũ legatũ vnum est. ibidẽ. nu. 36.
 Ambulatoria est legis gabellarię potestas,
 & quare. cap. 6. num. 17.
 Antidõralis obligatio qualiter ex benefi-
 cio nascitur. cap. 17. num. 52.
 Antõg Garsiæ descendentes legitimi esse de-
 bent, vt immunitatem habeant. ibi. n. 93.
 Approbatio retro nõ trahitur. cap. 3. n. 28.
 Apothecarij nullũ priuilegiũ immunitatis
 habet, sed medicinar. cap. 20. num. 74.
 Aqua de sui natura vbiq, vëdibilis est. cap.
 21. nu.

INDEX.

27. num. 28.
Aquatores an gabellam iure debeant. ib. n. 27
Aquatores ex communi praxi gabellam non debent & praxis defenditur, ibid. n. 54
Arrhain venditione quid operetur c. 3. n. 18
Armorum venditio immunis est ca. 20. n. 66
Armorum privilegium in tormentis sulphurariis locum habet. ibidem. num. 67.
Arnoprohibita arma sunt, & privilegium gabellae habent ibidem.
Armorum appellatione qualiter multa instrumenta contineantur. ibidem nu. 69
Arma perfecta esse debent, ut privilegium habeant. ibidem. num. 70.
Augustus Caesar legem Papiam Poppaei induxit ad instituenda vectigalia. in praefatione. num. 11.
Augmentum rerum venditarum, non facit pensionem gabellarum augeri c. 18. n. 84
Auim venditio qualiter immunis sit cap. 20. num. 33.
B
Belli necessitas efficere potest, ut ante tempus gabella exigatur cap. 6. num. 26.
Bellaria quae sint cap. 20. num. 73.
Bestiarum gabellarius bestiae mortuae gabellam non habet cap. 12. num. 13.
Bona censur obligata illa sola respiciuntur quoad gabellam, quae specialiter, non quae generaliter obligantur cap. 10. num. 15.
Bona, super quibus census constituitur non proprie vendi intelliguntur ibidem n. 20
Bonis debitoris venditis per iudicem exequentem illius debitoris immunitas servanda est cap. 15. num. 9.
Bona venditio immunis esse debuisse cap. 20. num. 29.
Burgensis civitas caput Castellae est. in praefatione num. 20.
C
Caducorum decima fisco debebatur apud Romanos, in praefatione nu. 10.
Caducorum leges Antor in extedit ib. n. 12
Cambiū quid sit in scholio ad l. 2. Reco. n. 3
Capitatio concilij super gabellis, vicinos non obligat, sed solum concilium c. 18. n. 89.
Caecus quam immunitatem habet. c. 19. n. 95
Cedens actionem gabellario adversus emptorem iuxta quantitatem gabellae, non liberatur cap. 6. nu. 28.
Cedens alij rem a se emptam quasi illi emisisset, an gabellam debeat cap. 13. num. 13
Cedens creditori ius quaesitum sibi ex adiudicatione, an gabellam debeat. ib. nu. 19
Cessionis beneficium, quod ab illo prote-

stari solet, quid operetur. ibidem nu. 21;
Census tributa qualia apud Romanos in praefatione num. 14 & 15.
Census consignativus quis. cap. 10. num. 1
Census reservativus quis sit, & qualiter ex eo gabella debeat. ibidem. num. 44.
Census, quem iuro dicimus, quis sit ibi. n. 3
Census consignatio pro pecunia, vera venditio est. ibidem. num. 4.
Census constituendi gabella a quo fit solvenda. ibidem. num. 6.
Census constitutus si postea vendatur, vel permutetur, gabella eius debetur. ibi. n. 8
Censu super multis bonis constituto, qualiter gabella dividatur. ibidem. num. 14
Censu constituto, quo loci gabella solvatur ibidem. num. 20.
Census vitalis consignati pro pecunia, angabella debeat. ibidem. num. 38.
Census vitalis consignatio quis contractus sit ibidem. num. 39.
Census constituti super iure, quod iuro dicimus, gabella non debetur. ibi. num. 43
Census perpetui in re immobili reservati gabella non debetur ibidem num. 56.
Civitas locatrix gabellarum si vendat, gabellam debet, cap. 18. num. 92.
Clausula generalis qualiter ad praecedentia referatur cap. 20. num. 19.
Clericus vendens per alium, non amittit suum privilegium cap. 15. num. 9.
Clericus vendens rem laici ut suam propriam male facit, & gabella debetur. ibidem.
Clerico vendente in suo testamento, gabella non debetur. cap. 16. num. 30.
Clericus qualiter ad gabellarum conductio nem admittatur cap. 18. num. 6.
Clericus conducens gabellas, coram quo iudice conveniatur. ibidem. num. 7.
Clerici petentes debitum a thesaurariis regis coram ecclesiastico, qualiter puniatur ib. n. 9
Clericus primae tonsurae an gabellae solutione immunis sit. cap. 19. num. 18.
Clerici primae tonsurae ecclesiastici omnino non sunt ibidem. num. 21.
Clerici primae tonsurae habentes beneficium a non habentibus valde differunt ibi. n. 22.
Clericus primae tonsurae ut gabellae immunitatem habeat, beneficium possidere debet ibidem. nu. 23.
Clericus primae tonsurae pensionem habens an immunis sit ibidem. num. 24.
Clericus primae tonsurae capellaniam habens an sit immunis ibidem. num. 26.
Clerico mortuo, si eius bona iacente hereditate vendantur gabella debetur ibi. n. 38
Clerici haeres laicus post aditam hereditatem vendens, gabellam debet. ibi. n. 40.
Clerico mortuo quis iudex ad eundem est ad inventarium confectionem. ibidem. n. 44
Clericorum bona qualiter foriprivilegium habeant, ibidem. num. 47.
Clericorum bonis nulla gabellae immunitas data est ibidem. num. 45.
Clerici immunitas quoad gabellas personale ius est ibidem. num. 46.
Clericus negociator gabellam debet, & quare. ibidem. num. 51.
Clericus emens ex negociatione, ut laicus ad gabellam obligatur. ibidem.
Clericus emens vas, aut lanam, ut vinum & pannos efficiat, & vendat, an ad gabellam teneatur. ibidem num. 53.
Clerici industria personalis esse debet ne dicatur negociari ibidem num. 55.
Clericus emens mulam, ut cultiorem vendat, negociari non dicitur. ibidem num. 56.
Clericus emens venam ferri, ut ferrum collectum vendat, an gabellam debeat ib. n. 58
Clericus emens fundum plenum fructibus si eos fructus vendat, gabellam debet. ibi. n. 60
Clericus emens animal pragnans qui parvum vendiderit, gabellam non debet ibi. n. 61
Clericus conducens praedium alienum & sua cura & cultura fructus colligens & vendens, an negociari dicatur, ibidem nu. 62
Clericus negociator ut gabellam debeat, necesse est, ut contra canones negocietur ibidem num. 63.
Clericus ex aduocationis officio adquirens & vendens, gabellam non debet. ibid. nu. 64
Clericus conducens fructus decimales alicuius loci, & vendens gabellam debet. ibi. n. 66
Clericus ex alterius societate adquirens & vendens, gabellam debet. ibidem.
Clericus conducens hortum, cuius naturales fructus postea natos vendat, gabellam debet. ibidem. num. 77.
Clericus iuxta Canones conducens praedia aliena, gabellam non debet ibidem nu. 78
Clericus negociator gabellam debet, quantum non moneatur ibidem. nu. 79.
Clericus emens rem, ut ea utatur, quam postea ex accidenti vendiderit, gabellam non debet. ibid. n. num. 81.
Clericus gabellam debens coram quo iudice conveniatur. ibidem. num. 84.
Clericus an negociatus fuerit, nec ne ut gabellam debeat, iudex secularis cognoscet

INDEX

ibidem. num. 85.
Clericus emens rem immobilem ex causa negociationis, ut reuendat, gabellam debet. ibidem. num. 88.
Coactus vendere an a gabella excusetur, ibidem. num. 98.
Coactus vendere francum pretium habere debet ibidem. 108.
Coactus vendere triticum, solum taxam legalem habere debet, non francam ibi. n. 109
Coactio an pretium & gabellam minuat capit. 15. num. 49.
Collecta super venditionibus etiam intra tria millia maravedinorum a conciliis imponi non potest cap. 18. nu. 80.
Collecta trium millium maravedinorum, quae a conciliis imponi potest, qualiter imponenda sit ibidem.
Compensatio an opponi possit contra gabellam debitum. ibidem. num. 86.
Compensatione facta, gabella non debetur cap. 7. num. 5.
Conductor lato sumpto vocabulo emptor dici potest cap. 1. num. 35.
Conductor minor se regi obligans pro maiori habetur. cap. 18. num. 15.
Conditionalis non est venditio in scriptis contracta. cap. 3. nu. 10.
Conditionalis venditio non est ea, cuius pretium in alterius declaratione confertur ib. n. 13
Conditiones generalis conventionis ut leges debent observari cap. 4. nu. 28.
Conditione venditionis pendente gabella non debetur. capi. 5. num. 1.
Conditio venditionis deficiens ex culpa venditoris, non facit actum purificari ut gabella debeat. ibidem nu. 8.
Conditio impleta quaecumque illa sit, casualis, vel mista, aut potestativa, contractum retrahit. cap. 5. num. 13.
Conditionalis venditio est, quae ad pondus, numerum, vel mensuram contrahitur. ibidem num. 29.
Conditio intrinseca quae sit, & quis eius effectus. ibidem num. 32.
Conditio si placuerit, vel displicuerit, qualiter accipienda sit. cap. 14. num. 30.
Conditiones, quas vulgo apuntamientos nuevos dicimus, ut leges observantur, cap. 18. num. 2.
Condictio ex lege competita gabellam c. 7. n. 62
Conuetudo a gabellae solutione non excusat. cap. 19. nu. 6.
Conuetudo interpretativa admittitur in gabella

INDEX.

- Bellarū materia licet nō derogatoria. cap. 2. num. 24.
 Consuetudo hispaniæ circa gabellarum exactionem quæ sit. cap. 18. nu. 40.
 Contractus quid proprie sit. ca. 1. nu. 3.
 Contrahere quid proprie significet. ibi. n. 5.
 Contractus necessario nō requirit vltro citroq; obligationem, sed vnicam duntaxat. ibidem num. 6.
 Cōtractus quilibet qualiter cognoscatur, an veditio vel locatio sit, late agitur. c. 2. n. 2.
 Contractus nullus, qui de facto procedit, sic quoad gabellam iudicatur, ac si iure valeret. cap. 14. nume. 47.
 Constitutum an sufficiat pro traditione ad gabellæ debitum. cap. 4. num. 25.
 Constituens venditor a traditione iuris liberatur, sed non traditione facti, ibidē n. 26.
 Coronam reassumentes gabellarij qualiter puniantur. cap. 18. num. 8.
 Cultellorū veditio an immunis sit. c. 20. n. 68.
 Cumani cur vulgo in iusi apud antiquos in præfatione. num. 24.
 Cura & cultura valde a negotiatione differt. cap. 19. num. 63.
- D
- Datio rei in solutum venditio & permutatio esse potest. cap. 7. ex num. 1 & nu. 49.
 Datio rei in solutum an gabellæ locum faciat, late resoluitur. ibidem num. 44.
 Debitor gabellarum in carcere detinetur, donec soluat. cap. 13. num. 57.
 Decurionatus veditio gabellam non debet. cap. 9. num. 42.
 Decima fructuum, quæ apud nos diuinum tributum est, apud Sarracenos regni Granatæ erat fiscale, idemque apud Romanos. in præfatione num. 8.
 Deportatus capax est omnium cōtractuum iuris gentium. cap. 1. num. 13.
 Dies venditionis inspicitur ad gabellæ debitum non traditionis. cap. 3. ex nu. 1.
 Dies venditionis inspicitur ad computationem temporis retractus sanguinis. ibidē.
 Dies legitimi ad solutionē gabellæ non currunt donec solutionis locus declaretur. cap. 4. num. 13.
 Dies illi non currunt, donec conditio venditionis purificetur. cap. 5. nu. 2.
 Dies retractus a tempore conditionis impletæ incipiunt. ibidem num. 3.
 Diē recipit venditio multipliciter. ca. 6. n. 1.
 Diē effectus vnus est, cum ex diē, vel in diē contrahitur. ibidem num. 4.
 Dies adiectus solutioni pretium diminuit. ibidem num. 8.
 Dies legitimi ad solutionem gabellæ statim currunt, quamuis fides de pretio habeatur. ibidem num. 24.
 Dies venditionis cōputatur inter termino diē rū legaliū ad solutionē gabellæ. c. 18. n. 34.
 Dies illi legitimi an currant venditori, qui de certa quantitate cum gabellario conuenisset. ibidem num. 36.
 Distributio gabellarum inter ciues facta qualiter & quādo reuideri debeat. ibi. n. 91.
 Diuisio inter hæredes qui contractus sit. cap. 20. num. 45.
 Diuisio in effectu alienatio nō est. ibi. n. 47.
 Diuisio inter socios factæ an gabella debeat. ibidem num. 48.
 Diuidendi causa si res hæreditaria extraneo pluris licitanti vendatur, gabella debetur. ibidem num. 49.
 Diuidendi causa si ea res hæreditaria alicui ex heredibus vendita sit, an gabella debeat. ibidem num. 50.
 Diuidens ita, vt magis vendere videatur, gabellā debet. ibidem num. 53.
 Diuisio heredum, vt immunis sit, qualiter sit facienda. ibidem num. 54.
 Diuisio non debetur gabella, etiā si alia res nō cōnis in ea intercesse. ibi. n. 55.
 Diuisio semel facta, si aliter ex voluntate partium fiet, gabella debetur. ibidem nu. 56.
 Diuisio hæredum iterum iure facta immunis est. ibidem num. 58.
 Dolus requiritur, vt pœna gabellarum committatur. cap. 18. num. 74.
 Dominus locans gabellas sui loci, si postea vendat, gabellam non debet. ibidem nu. 94. & cap. 19. nu. 8.
 Donas bona sua, vt creditoribus satisfaciatur, vel alimentet donantem, an gabellam debeat. c. 10. ex num. 32.
 Donans rē suam, vt quid mēstruū a donatario recipiat, an gabellā debeat. ibi. nu. 36.
 Donatio remuneratoria permutatio nō est, nec decima ex ea debetur. cap. 17. nu. 52.
 Donationis remuneratoriæ & permutatio nis similitudo in quo consistat. ibi. nu. 13.
 Donatio reciproca permutatio est, & gabella eius debetur. ibidem num. 54.
 Donationes reciproce inter nobiles, vel cognatos permutaciones nō sūt. ibidem.
 Dotalis fundi venditio a muliere facta nulla est, secus si ab alio fiat. cap. 14. n. 33.
 Dotalis rei gabella non debetur. ca. 20. n. 35.
 Dotus semel constitutæ commutatio venditionem facit, & gabella eius debetur. ibidem

INDEX.

- dem num. 37.
 Dotalis rei venditio cur immunis sit declaratur. ibidem nu. 36.
- E
- Ecclesiæ immunitas an gabellarum debitoribus prohi. cap. 18. nu. 58.
 Ecclesia & ecclesiasticæ personæ gabellam non debent. cap. 19. n. 9.
 Ecclesiasticis vendentes immunes non sunt a gabella. ibidem num. 10.
 Ecclesiasticis res vendita tacite manet hypothecata pro gabella. ibidem num. 11.
 Ecclesiastici emptores qualiter ad gabellā ratione pignoris teneantur. ibidem .nu. 12.
 Ecclesiastici ementes ex causa negotiationis, vt laici emptores obligantur ad gabellam. ibidem num. 14.
 Ecclesiastici vendentes non faciunt laicos emptores immunes. ibidem num. 15.
 Ecclesiasticus vendens simul cum laico, nō facit sociū immunē a gabella. ibidē. n. 16.
 Ecclesiastici beneficij fructibus venditis per sequestrē vel administratorem laicum, gabella non debetur. ibidem. n. 43.
 Ecclesia ex negotiatione vendente gabella debetur. ibidem num. 83.
 Ecclesiasticorum vestimentorum venditio qualiter immunis sit a gabella. ca. 20. n. 71.
 Aedificatio in solo alieno nō priuat aedificatorem dominio materiæ, sed sua voluntas. cap. 2. n. 8.
 Aedificas in alieno solo suis impensis & ex propria sua materia pro pecunia, locator est, nec gabellam debet. ibidem. n. 7.
 Aegypti Regionis natura describitur. ibidem num. 29.
 Emerere verbo facile in locationibus veteres utebantur. cap. 1. nu. 35.
 Emerere pro accipere aliquando usurpatur. ibidem num. 36.
 Emptor scienter lædens venditorem nedū tenetur rem ipsam restituere, sed & gabellam a venditore solutā. cap. 14. n. 16.
 Emptores ad quid teneantur circa gabellā. cap. 15. nu. 10.
 Emptores non tenentur ad gabellam etiam ratione rei emptæ. cap. 18. num. 55.
 Emptoris dicto statuitur in materia gabellarum. ibidem nu. 74.
 Emptionis verbum qualiter accipiatur in specie. l. si tibi areq. D. de præscript. verbis. cap. 20. nu. 13.
 Ensum venditio qualiter immunis sit. ibidem nu. 70.
 Emphyteusis a decima libera est. c. 1. num. 42.
- Episcopi decedentis spoliū si deponatur, & vendatur, gabella non debetur. cap. 19. num. 48.
 Episcopus ratione bonorum episcopatus, non ratione personæ testari prohibetur. ibidem nu. 49.
 Episcopo testante, & laico hærede instituto ex pontificis licentia, si eius bona vendantur, gabella debetur. ibidem.
 Equorū veditio immunis est, & quare. cap. 20. num. 15.
 Equorum appellatione qui contineantur. ibidem num. 16.
 Equarum vsus securior est in bello, quam equorum. ibidem nu. 17.
 Equi venditio vt immunis sit, cum freno & sella fieri debet. ibidem num. 18.
 Equi indomiti venditio immunis non est. ibidem num. 22.
 Equino pulo simul cū matre vedito priuilegium natis an prohi. ibidem nu. 23.
 Equo vendito vt gabella nō debeat, frenum & sella venire debent. ibidē. nu. 25.
 Equo vendito cum freno & sella, nec ratione freni vel selle gabella debetur. ibidem num. 26.
 Equo vedito nulla freni vel selle mentione facta, an gabella debeat. ibi. n. 27.
 Eremitæ an gabellæ immunitatē habeant. cap. 19. nu. 89.
 Aescopo seruo vendito veditio galpetitum fuit apud Samios in præfatione. nu. 17.
 Aestimator qualiter eligendus sit in materia gabellarū in scholio ad l. 2. Recop. n. 7.
 Aestimator si male aestimet, quod remediū habeat. l. 1. ibidem nu. 8.
 Aestimator in hac materia iudice eligitur, non a partibus, vt alijs de iure est. ibidem num. 9.
 Aestimatio quando venditionem faciat. cap. 11. nu. 1.
 Aestimatio facta rerum hæreditatis, vt commodior diuisio fiat, gabella non debetur. ibidem num. 5.
 Aestimata re sic data, vt eius estimatio mutua sit, an gabella debeat. ibidem n. 7.
 Aestimatio nem litis recipiens an ad gabellam teneatur. ibidem num. 15.
 Aestimatio rei mutue recepta propter debitoris moram, an gabella debeat. ibidem num. 16.
 Aestimatio partium in permutacionibus non attenditur. cap. 17. nu. 17.
 Aecopulsiua nunquam ponitur pro diiunctiua. cap. 7. nume. 40.

INDEX.

- Euiçtio qualiter locum habeat in materia gabellarum. cap. 18. nu. 86.
- Executione bonorum per appellationem rescissa, an gabella repetatur. cap. 1. num. 61.
- Expensæ venditionis an è pretio deducantur ad computationem gabellæ ca. 16. n. 1.
- F
- Faciens speciem ex aliena materia, & premium eius soluens, an emat, vt gabella debeat. cap. 12. ex num. 1.
- Falci lia lex qualiter iuxta legati utilitatem deducatur cap. 16. num. 20.
- Fideiussor an possit intercedere in pecunia pro debitorè speciei, vel generis. cap. 8. ex nu. 1.
- Fideiussor nudo pacto obligari potest iure Regio ibidem nu. 12.
- Fideiussor obligari non potest etiam iure Regio ad aliam rem, quã quæ à reo principali debeat. ibidem.
- Fideiussor soluens pecuniam pro debitorè alterius generis, an gabellam debeat. ibidem. nu. 16.
- Fideiussores accepti, quando in solidum vel viriliter obligentur iure Regio. cap. 9. ex num. 5.
- Fideiussore quomodocumque soluente, reus principalis liberatur de iure communi. ibidem ex num. 22.
- Fideiussore soluente suo nomine, reus non liberatur iure Regio. ibidem. nu. 29.
- Fideiussor pecuniam recipiens, vt fideiussor, adhuc quod soluit, integrè petit. cap. 16. nu. 9.
- Fideiussore semel dato in conductione gabellarum, qui postea non idoneus reperitur, an pœna legis committatur capi. 18. num. 17.
- Fideiussores dari possunt extra terminum loci, in quo gabellarum conductione fiat, & quare. ibidem. nu. 18.
- Fideiussoris voluntariæ vel necessariæ distinctio traditur ad effectum gabellæ. ibidem. nu. 19.
- Figuli & regularij regulariter venditores sunt, & decimam debent. cap. 2. nu. 23. & nu. 25.
- Figuræ incisior nihil addit rei, sed detegit. cap. 12. num. 12.
- Fisco nihil debetur ex venditione, nisi contrahentibus placuerit vendere. cap. 2. n. 37.
- Fiscus petere potest à reo conueno ad gabellam, vt edat instrumentum contractus, quod est speciale in fisco. cap. 18. n. 13.
- Fiscus gabellam non debet in quocunque loco contraxerit. ibidem. nu. 95. & cap. 19. num. 8.
- Forenses ad gabellam obligantur cap. 19. n. 3.
- Forum sortitur venditor in eo loco, quo gabella soluenda est cap. 4. nu. 13. v. si. ex quibus.
- Fraus non fit, hoc vel illo modo contrahendo, nisi ratione euitandæ gabellæ principaliter fiat cap. 2. num. 37.
- Fraudis euitandæ gratia locus inspicitur in venditione ad gabellam debitum. cap. 4. n. 2.
- Fraudans gabellam, vt quia ultra non soluit gabellario, an in foro conscientie teneatur. cap. 18. num. 39.
- Fratres tertij ordinis beati Francisci, an gabellam debeant. cap. 19. num. 91.
- Franco pretio vendens adhuc gabellario tenetur, non emptor. cap. 15. nu. 11.
- Franco pretio vendens, si gabellam soluat qua actione contra emptorem experiat. ibidem nu. 13.
- Franco pretio vendente eo, qui immunis sit gabella non debetur ab emptore. ibidem. nu. 17.
- Franco pretio vendens ille, qui postea reuendit gabellarius officiat. nihil ab emptore petit, & casus in quo possit istud contingere. declaratur. ibidem. nu. 18.
- Franco pretio venditione contracta, quota gabella soluenda sit. ibidem nu. 19.
- Franco pretio eoque legitimo tricicum vendens in legem peccat. ibidem. nu. 23.
- Fructus rei suæ alienans pro pecunia, quando vendere, quando locare censeatur ad effectum gabellæ. ca. 2. nu. 50.
- Fructibus futuris venditis, cui gabellario decima debeat. cap. 5. nu. 19.
- Fruenti & hordei quota quadam ratione tributi debebatur iure Codicis. in præfatione. nu. 9.
- Fruenti pretium legitimum excedi non potest eo colore, quod inuitus quis vendat. cap. 19. nu. 109.
- Fruenti cuiusdam immunitas declaratur cap. 20. nu. 64.
- Fumi venditores gabellas non debent. cap. 9. nu. 41.
- G
- Gabella omnem exactionem publicam comprehendit. in præfatione. nu. 4.
- Gabella proprie sumpta idem est, quod portorium. ibidem.

Gabell-

INDEX

- Gabella a vehendo dicitur ibidem.
- Gabella, quæ ex contractu debetur, iurigentium refragatur, & quare ibidem. nu. 30
- Gabellæ solutio ad firmitatem contractus pertinet. cap. 4. num. 15.
- Gabella an emptori vel venditori incumbat de iure civili. cap. 15. num. 2.
- Gabellæ solutio quamuis differt a contractu, probat contractum præcessisse. cap. 17. num. 50.
- Gabellarum liber an probet contractum ibidem Gabellarum iura locari possunt cap. 18. n. 1
- Gabellæ defectus modicus non nocet ibidem num. 38.
- Gabellarum debitor in carcere detineri debet, donec soluat. ibidem. num. 57.
- Gabella intra quod tempus peti debeat a venditoribus, ne præscriptione defendatur. ibidem num. 68.
- Gabella intra legitimum tempus non petita an cum bona conscientia retineatur. ibidem num. 79.
- Gabellam fraudans an in foro conscientie teneatur ibidem num. 39.
- Gabella debetur ex tempore contractæ venditionis. cap. 3. num. 1.
- Gabella Regia est onus consecutum contractus venditionis cap. 4. num. 8. & ca. 6. num. 23.
- Gabella ante omnia deducitur e pretio venditionis cap. 7. num. 54.
- Gabella qualiter ex census constitutione debetur cap. 10. ex num. 3.
- Gabella Regia toties debetur, quotiens venditio rei intercesserit. cap. 13. num. 3.
- Gabella non debetur ex venditione nulla cap. 14. num. 1.
- Gabella vi & effectu ab emptore soluitur. cap. 15. num. 3.
- Gabella Regia qualiter debeat in specie l. si. D. de condit. causa dati. cap. 17. n. 4.
- Gabella qualiter debeat in specie l. præterij causa. C. de res. vendit. ibidem. nu. 17
- Gabella an debeat in specie l. si ita. D. de fideiussor. cap. 8. per totum.
- Gabella non debetur fundo tibi dato, vt eum plantes, & communis sit, quod poner a medias vulgo dicitur. cap. 20. num. 14.
- Gabella an debeat ex venditione rerum ad piam causam ibidem num. 59.
- Gabella qualiter debeat in specie l. 2. C. de hæred. vel act. vend. cap. 10. num. 24
- Gabellaria lex an pretium minuat ipso iure in parte decimæ. cap. 7. nu. 61.
- Gabellariæ leges eatenus contra clericos licitæ sunt, quatenus eorum contractus a iure canonico reprobantur. cap. 19. n. 54
- Gabellarius an possit compellere tertium, vt pretium in eius arbitrium collatum desinat. cap. 3. nu. 22
- Gabellarius temporis contractus, præfertur gabellario temporis, quo conditio illius contractus impletur. cap. 5. num. 10.
- Gabellarius agens contra ementem franco pretio, qualiter si ad venditorem recurrat, repellatur. cap. 15. num. 14.
- Gabellarius petere potest a reo vt instrumentum contractus edat. cap. 18. n. 13.
- Gabellarius cur appelletur pignerator ibidem num. 54.
- Gabellarius non potest propria autoritate vendere res debitorum. ibidem nu. 56.
- Gabellarius spoliatus quod remedium habeat. ibidem nu. 86.
- Gabellarius faciens conventiones, cui postea gabellarum conductione ablata sit, qualiter teneatur. ibidem nu. 87.
- Generis obligatio quid contineat. cap. 7. ex num. 10.
- Genere pro simili genere dato qui contractus celebrari possint. cap. 17. num. 10.
- Genus si pro simili genere detur, nulla in altero maiori commoditate considerata iocosa conuentio est. ibidem. nu. 13.
- Genere pro simili genere dato ratione loci, vera permutatio fit. ibidem nu. 14.
- Glauci & Diomedis Permutatio. ibidem n. 3
- Guadalaxaræ siue Caracensis ciuitatis statutum refertur, & quaestio circa illud in materia gabellarum resolutur. ca. 18. n. 84.
- H
- Hæres repudians hereditatem pro pecunia, vt sequens cognatus illam obtineat, an gabellam debeat. cap. 2. nu. 18.
- Hæres vendens rem sub conditione legatam, decimam debet, quamuis legati conditio existat. cap. 14. num. 21.
- Hæres iussus vendere certo pretio, gabellam debet. cap. 16. num. 27.
- Hæres vendens ex iussu clerici testatoris, an gabellam debeat. ibidem num. 28.
- Hæres venditoris non solventis decimam, qualiter ad pœnam teneatur. cap. 18. n. 46.
- Hæres debitoris gabellarum in carcere detineri debet, donec soluat, nisi inuentarium fecerit. ibidem num. 59.
- Hæres institutus in residuo bonorum, vniuersalis hæres est. cap. 19. num. 29.

Si 4 Hære-

INDEX.

Hæredes an in solidum teneantur ad gabel- lam debitam per defunctum. capite. 18. num. 54.
Hærede vendente suam partem bonorum alijs cohæredibus. decima debetur. cap. 20. num. 52.
Hereditate vendita, quo in loco decimade- beatur. cap. 4. num. 39.
Hæreditatis venditor ad quid teneatur. ca. 9. num. 38.
Hæreditarias res diuidentes decimam non debent. cap. 20. num. 42.
Herculi, alijsve deo. si qua decima olim of- ferebatur, non ex necessitate erat. in præ- fatione num. 8.
Herbarij & lignarij qualiter ad decimam teneantur. cap. 2. num. 26.
Historijs credendum est. in præfatio. n. 23.
Historia necessaria est iurisperito. ibidè num. 25.
Hominis mortui corpus vtile esse potest propter artem medicam. cap. 12. nu. 17.
Hortolanus plantans in alieno plantaria sua, decimam debet. cap. 2. num. 14.
I
Immunitas venditoris inspicienda est iuxta tempus pretij definiti, non iuxta tempus contractus. cap. 3. num. 23.
Immunitas an inspiciatur ex tempore cõtra- ctus, an ex tempore conditionis imple- tæ. cap. 5. num. 31.
Immunitas per quot solutiones amittatur. cap. 19. num. 94.
Immunitas simpliciter concessa, intelligen- tur perpetua. cap. 20. num. 57.
Immobilium rerum gabella quo in loco sol- ui debeat. cap. 4. num. 29.
Immobilium iure consentur arbores, quæ vt in solo maneat, venditæ sunt, quam- uis solum non vaneat. ibidè num. 34.
Imperfectæ venditionis decima non debe- tur. cap. 3. n. 6.
Imperfecta venditio, venditio non est. ibi- dè.
Indefinita locutio æquipolet vniuersali. in scholio ad l. 1. Recop. num. 8.
Innominati cõtractus hodie fieri possunt solo consensu sicut nominati. capite. 17. num. 37.
Interrogando responderi potest. ca. 1. n. 21
Ioannis Corasij mors. ibidem.
Iudex æstimationem factururus, bonos viros & peritos debet consulere. cap. 17. n. 16.

Judicialis ordo qualis in materia gabellarum esse debeat. cap. 18. num. 52.
Iudæi qualiter à gabellarum conductione repellantur. cap. 18. num. 5.
Iuramento confirmantur contractus ac si iure fierent. cap. 14. num. 46.
Iurium incorporalium, quæ nullam rem corporalem secum trahunt, immunis ven- ditio est. ca. 9. num. 41.
Iuriû, quæ iuros vulgo dicimus, natura de- claratur, & an gabella ex eorû venditio- ne debeatur. cap. 10. num. 76.

L

L. 2. §. adeo, D. locati. in omni materia acci- pienda est. cap. 2. num. 21.
Laudimia non computantur ad læsionem pretij iudicandam. cap. 15. num. 26.
Laudimiorum onus venditori iniunctum ex lege venditionis, pars pretij est. ibidè num. 27.
Lesio ultra dimidiam in locatione gabella- rum allegari non potest, secus in vendi- tione. cap. 18. num. 82.
Leges cur appellantur rogationes. capit. 1. num. 10.
Lex in instanti operatur. cap. 7. num. 64.
Lex gabellaria, quæ semel locum habuit, nõ deficit, quamuis causa non duret. cap. 14. num. 11.
Lex pretium imponens rebus cum gabellæ onere intelligitur. cap. 15. num. 29.
Leges civiles iuri Canonum non contrariæ in vtroque foro obseruantur & quare. ca. 19. num. 11.
Leges generales etiam pias causas & priui- legiatis comprehendunt. cap. 20. nu. 62.
Legati damnationis natura. cap. 6. num. 9.
Legatum generis purum est, non conditio- nale. cap. 7. num. 17.
Legato donans relicto si mille aureos dede- rit legatarius, gabella non debetur. cap. 19. num. 26.
Legato gabella imposita, an de legato pio- sit deducenda. cap. 20. num. 32.
Librorum venditio aut permutatio immu- nis est. ibidem num. 32.
Locatio & conductione mercedè in pecunia requirit. cap. 1. num. 24.
Locans stagnum ad piscationem vel nenus ad ad venationem, gabellam non debet. cap. 3. num. 44.
Locans ad lögum tempus, gabellam non de- bet. ibidè num. 19.

Loca-

INDEX.

Locatio gabellarum facta personis prohibi- tis, nulla est. cap. 18. num. 3.
Locatio gabellarum facta officialibus con- cilij, valida est, sed pœna debetur. ibidè num. 4.
Locatio gabellarum minori facta contra formam legis, nulla non est. ibidè nu. 11.
Locatio gabellarum fideiussoribus non re- cepris, valida est. ibidè. num. 16.
Locatio gabellarum ad plures annos facta, vna est, nõ plures locationes. ibidè n. 25.
Locatio gabellarum per quot annos fieri possit. ibidem num. 26.
Locati prædij fructus quando in condu- ctio- ris dominium transeant. cap. 19. nn. 72.
Locus in venditione qualiter inspiciatur ad gabellæ debitum. cap. 4. per totum.
Locus cõtractus inspicitur in ijs, quæ res- picunt contractum. ibidè. nu. 9.
Loco solutionis cõtractum videtur quoad executionem contractus. ibidem nu. 10.
Locus inspicitur in venditione ad sciendum cuius loci gabellarijs decimia debeatur, non cuius temporis. ibidè num. 13.
Loco omnino destituto quid fieri debeat quoad gabellas illius. ibidem nu. 41.
Ludens rem æstimatam gabellam non de- bet. cap. 11. num. 5.
M
Magistratus reipublice in omni negotio necessarij sunt. cap. 1. num. 43.
Maioratus possessore mortuo, in cuius vita venditio sit contracta, eius hæredi- bus gabella debetur, quamuis tempore alterius successoris in maioratu traditio rei fiat. cap. 3. num. 10.
Maioratus re vendita, an gabella debeatur. cap. 14. num. 32.
Maioratus possessore gabellas suas locan- te, an successor eius teneatur stare loca- tioni. cap. 18. num. 96.
Maraudinus quæ moneta sit, & quot Mea- xas olim contineret. in scholio ad l. 1. Recopilat. num. 12.
Mæstratus Calatrauensis pascua quomo- docunque pro pecunia centur, gabella debetur. cap. 2. num. 56.
Marito vendente vxori donationis gratia, quando gabella debeatur. cap. 14. nu. 6.
Mandatum an necessariò debeat esse gra- tuitum. cap. 17. n. 15.
**Meaxa quæ olim fuerit in scholio ad l. 1. Recopilat. num. 12.
Mediatoris dicto statum in materia gabella- rni. cap. 18. num. 74.
Mediator fidem facit pro gabellario, secus contra eum. ibidem. nu. 76.
Mediatores regulariter suspecti testes sunt. ibidem num. 8.
Medicamentorum venditio qualiter im- munis sit à gabella. cap. 20. num. 72.
Medicina simplex, & cõposita quæ sit. ibidè
Meliori conditione allata ex pacto, & per venditorem admissa, an noua venditio fiat, vel prior in secundam transfera- tur. cap. 14. num. 11.
Mercator non palificans merces, qui po- stea palificauerit, an pœnam excuset. ca- 18. num. 33.
Mercator quis proprie dicatur. ca. 19. n. 87
Merces, quæ non tam ad vsum vitæ, quàm ad delicias pertinent, gabellis onerandæ forent. cap. 20. num. 33.
inoris re vendita per ipsum minorem, ga- bella non debetur, secus si per curato- rem etiam sine decreto vendatur. capit. 14. num. 33.
Minor aduersus venditionem restitutus, an gabellam repetat. ibidem num. 44.
Minor iurans venditionem, quæ aliàs nul- la est, an gabellam debeat. ibidem nu. 46
Minores qualiter ad gabellarum conductionem admittantur. cap. 18. num. 10.
Minore ad conductionem admissio contra formam legis Regiæ, conductione valet. ibidem num. 11.
Minor non soluens gabellam, pœnam eui- tabit. ibidem num. 38.
Mobilium iure censentur arbores stantes, quæ vt separentur, venditæ sunt. cap. 4. num. 35.
Modus positus in venditione ortum gabel- læ non impedit. cap. 5. num. 9.
Motus proprius Pij. V. super forma creati- di census, qualiter seruandus est. cap. 10. num. 2. & nu. 20.
Motus proprius prædictus declaratur. cap. 15. num. 30.
Moneta forera in recognitionem supe- rioritatis debetur. in præfatione. n. 15.
Monetæ percussæ siue venditæ, siue per- mutatæ gabella nõ debetur. cap. 20. n. 31
Mentium, & pascuorum tam locatio, quàm venditio esse potest ratione fructuum. cap. 2. num. 55.
Monasterij prælato ex negociatione ven- dente, gabella debetur. cap. 19. num. 83
Mularum & mulorum venditio qualiter**

INDEX.

immunis sit. cap. 20. num. 28.
*M*ulier occultans gabellam carcerari potest. cap. 18. num. 60.
*M*ultum pro vino usurpatum. cap. 12. n. 10.
N
*N*aufragium à portorio excusat. cap. 19. num. 103.
*N*ecessitas qualiter à tributis excusat. ibidem num. 99.
*N*ecessaria venditio a gabella immunis non est. ibidem num. 105.
*N*ecessaria venditio vera venditio est. ibidem num. 106.
*N*egotiari quis propriè dicatur. ibidem num. 52.
*N*egotiari dicitur, non solum qui emit ut reuendat, sed & qui conducit, ut aliquid inde vendat. ibidem num. 65.
*N*egotiatio in primo actu verificatur. ibidem. nu. 87.
*N*eque dictio, magis copulat, quam distinguit. cap. 20. nu. 20.
*N*ero Imperator instituit, ut vectigal, quod ante eum ab emptore soluebatur, a venditore solueretur. in præfatione nu. 16. & cap. 15. nu. 2.
*N*iuus venditores ad gabellam obligantur. cap. 2. nu. 30.
*N*iuus usum Seneca condemnat. ibidem.
*N*obiles à gabella non excusantur & qualiter eorum nobilitati non officiat. in præfatione. nu. 33. & cap. 19. nu. 2.
*N*obilis occultans gabellam carcerari potest. cap. 18. nu. 61.
*N*obilis conducens, vel colligens gabellas, priuilegio nobilitatis non gaudet. ibidem num. 62.
*N*obilis debens gabellas, non semper priuilegium nobilitatis amittit. ibidem. n. 63.
*N*obilis non compellitur officium collectoris gabellarum suscipere. ibidem. nu. 66.
*N*obili moriente, cuius hæreditas iaceat, rectè fiet executio pro debito in armis & e quo. cap. 19. nu. 41.
*N*ouatio obligationis locum gabellæ non facit. cap. 7. num. 4.
*N*ullitatis lite pendente circa contractum, eius gabella non debetur. cap. 14. n. 63.
*N*ullitatem allegans venditor ex sua culpa procedentem, audiri non debet aduersus gabellarium ibidem num. 64.
*N*untius, per quem venditio celebratur, venditor non est, nec ad gabellam obligatur. cap. 15. num. 6.

O
*O*diosa iudicatur gabella ex contractu debita, & quare. in præfatione. num. 31.
*O*fficiales Regij gabellæ immunitatem habent, & quare. cap. 19. num. 93.
*O*mnes homines cuiusque sexus, & dignitatis ad gabellam obligantur. ibidem. n. 1.
*O*nus iniunctum venditioni & permutationi est alcauala. cap. 6. num. 23.
*O*nus adiectum venditori in fauore emptoris, pretium minuit. cap. 15. nu. 31.
*O*nus adiectum venditori pars rei venditæ est. ibidem num. 32.
*O*nus adiectum pro venditore, aliquando pretium non auget, sed re minuit. ibidem. ex. n. 33.
*O*nus adiectum legato, qualiter illud minuat. cap. 16. num. 16.
*O*rdinum militarium fratres qualiter ad gabellam teneantur. cap. 19. num. 92.

P
*P*actum de vendendo, conditionalis venditio dici potest. cap. 3. num. 21.
*P*actum adiectum venditioni de agnoscendo censu super re vendita constituto, pars pretij non est. cap. 10. nu. 19. ver. Itaque.
*P*actum retrouendendi qualiter in celsibus, & in alijs venditionibus consideretur. ibidem num. 69.
*P*actum legis commissoriæ, & additionis in diem, qualiter in venditione operentur. cap. 14. num. 24.
*P*actum resolutiuum adiectum venditioni semel perfectæ, nihil contra gabellarium operatur. ibidem. nu. 28.
*P*acta resolutiua adiecta venditioni verbis obliquis nihil operantur aduersus gabellarium. ibidem. nu. 29.
*P*actum manus iniectiois, quid operetur circa gabellam. ibidem. nu. 35.
*P*actum de retrouendendo quid operetur circa gabellam. ibidem. nu. 36.
*P*acto retrouendendi cur magis distractus, quam nouus contractus fiat. ibidem. nu. 40.
*P*acto retrouendendi quando noua venditio fiat, ut alia gabella debeatur. ibidem. n. 41.
*P*actum adiectum venditioni, ut non nisi mihi vendas, quid operetur circa gabellam. ibidem. nu. 42.
*P*actum retrouendendi usque ad certum tempus, si postea prorogatur, an nouam venditionem efficiat. ibidem. nu. 43.
*P*actum adiectum venditioni, quando pars pretij sit. cap. 15. nu. 21.
*P*actum adiectum pretio legitimo, adhuc pars

INDEX.

pars eius est. ibidem num. 22.
*P*actum inuidiosum quando pars pretij sit, nec ne ibidem nu. 23.
*P*actum, quod in alium tertium dirigitur, si venditoris interest, adhuc pars pretij est. ibidem. nu. 29.
*P*actum adiectum in fauorem emptoris, pretium minuit. ibidem. nu. 31.
*P*actum augens, vel minuens pretium, æstimari debet. ibidem.
*P*actum venditionis qualiter possit esse pars pretij, quod in pecunia esse debet. ibidem. nu. 32.
*P*actum de stando locationi per venditorem factæ, an pretium & gabellam augeat. ibidem. nu. 46.
*P*actum, de quo in l. Iulianus. D. de actio. empti. an pretium & gabellam augeat. ibidem. nu. 47.
*P*actum de vendendo qualiter hodie obliget. cap. 17. nu. 32.
*P*actum de permutando, an vera permutatio sit, ut gabella debeatur. ibidem. nu. 35.
*P*actum de vendendo venditio non est, ut gabella statim debeatur. ibidem. nu. 40.
*P*actum de vendendo si ad effectum deductum, gabella debetur. ibidem. nu. 42.
*P*anis cocti venditio immunis est ex quacunque farina ille conficiatur. cap. 20. num. 4.
*P*anis appellatione quis propriè contineatur. ibidem.
*P*aniculorum salis cocti venditio immunis non est. ibidem. nu. 5.
*P*anis misti cum alia re gabella debetur. ibidem. nu. 6.
*P*anis excellentia inter alios cibos immunitatis causam dedit. ibidem. nu. 7.
*P*anificæ tritico dato, ut certos panes coctos reddat, an gabella debeatur. ibidem. nu. 8.
*P*anificæ tritico dato prædicto modo, quis contractus celebretur. ibidem. nu. 9.
*P*artitarum leges sic accipiendæ sunt, ut ius commune non ledant. cap. 9. nu. 8.
*P*artitarum leges. sori, & stili, quo tempore initium habuerunt. in præfatione. n. 18.
*P*ecunia ex forma publica potius quam ex quantitate substantiâ recipit. cap. 1. n. 23.
*P*ecuniæ nomine quid comprehendatur. ibidem. nu. 25.
*P*ecuniæ permutatio atque venditio esse potest. cap. 9. num. 33.
*P*edanei iudices plenam iurisdictionem ha-

bent in materia gabellarum. in scholio ad legem. 2. Recopilat. nu. 6.
*P*enso idem quod compenso significat. capit. 1. num. 30.
*P*ensiones reseruatae in venditione rei, quæ locata foret, an pars pretij sint. cap. 15. num. 34.
*P*ensiones prædictæ non reseruatae in venditione, an ad emptorem, vel venditorem iure pertineant. ibidem. nu. 35.
*P*ermutatio & venditio in quo assimilatur. in scholio ad l. 2. Recop. nu. 1.
*P*ermutationis decima an simul cum alcauala venditionis concessa fuerit. ibidem. nu. 2. & cap. 17. num. 2.
*P*ermutatio in quo differat à venditione. cap. 1. num. 7.
*P*ermutata comodatatio quid sit apud riticos. ex qua gabella non debetur. ibidem. nu. 28.
*P*ermutatio aliquando pro venditione. ibidem. nu. 40.
*P*ermutantes gabellam debent iuxta æstimationem rei ab vnoquoque receptæ, non datæ. cap. 17. nu. 3.
*P*ermutationis decima quando deberi incipiat. ibidem.
*P*ermutatio rei alienæ, nulla est. ibidem. n. 3.
*P*ermutationis inuolidæ aut imperfectæ gabella non debetur. ibidem. nu. 6.
*P*ermutatio de omni re certa vel incerta fieri potest. ibidem. nu. 7.
*P*ermutationis natura ac definitio traditur. ibidem.
*P*ermutatio generum similium esse potest, & gabella eius debetur. ibidem. num. 8.
*P*ermutatis rebus, quæ æstimari nequeant, gabella non debetur. ibidem. nu. 8.
*P*ermutans rem non francam cum alia immuni, gabellam debet. ibidem. nu. 19.
*P*ermutationis duplex gabella soluitur. ibidem. num. 20.
*P*ermutatione à rei traditione incipiente, locum habet poenitentia Regio iure. ibidem. nu. 28.
*P*ermutatione incipiente à conuentione, poenitentia non habet locum iure Regio. ibidem. nu. 30.
*P*ermutatione secuta post pactum de permutando, cui gabellarium decima debetur. ibidem. num. 43.
*P*ermutationis actio non ex pacto procedit, sed rei interuentu nascitur. ibidem. nu. 44.

INDEX.

- Permutatione in scriptis facta, quando gabella deberi incipiat.** ibidem num. 47.
- Permutationis decima quo in loco solui debeat.** cap. 4. num. 30.
- Permutatio temporum iuxta l. cum conser. §. fina. D. de aqua quoti. & æst. im-
munis est.** cap. 9. num. 41.
- Pœnitentia secuta in permutatione an decima debeat.** cap. 17. num. 25.
- Pœnitentia an hodie locum habeat in contractibus innominatis.** ibidem num. 26.
- Pœnam gabellarum semel incurrens, non euitabit eam, quamvis postea gabellam soluat ante sententiam.** cap. 18. num. 57.
- Pœna legis in foro conscientie non debetur.** ibidem num. 52.
- Pœna dupli vel quadripli an simplum contineat.** ibidem num. 53.
- Piæ causæ fauor in legato alternatio perpenditur.** cap. 7. num. 33.
- Pia causa an excuset à gabella.** cap. 20. n. 59.
- Pignolata re, cuius non sit ipse luitonis an gabella debeat.** cap. 7. num. 65.
- Picturæ fauor.** cap. 12. num. 5.
- Pollicitatio in quo à pacto differat.** cap. 17 num. 33.
- Potentior persona quæ dicatur in materia gabellarum.** cap. 15. num. 10.
- Possessio vel quasi non soluendi tributa qualiter acquiratur.** cap. 19. num. 4.
- Portorium cur non debeat ex rebus quæ ad proprium usum portantur.** cap. 20. n. 3.
- Præscriptio Regalis decimæ nullo tempore procedit.** ibidem num. 5.
- Preces an augeant pretium & gabellam.** cap. 15. num. 48.
- Pretium constare debet, vt gabella debeat.** in scholio ad l. 1. Recop. num. 14.
- Pretij mentio in dubio propriam venditionem demonstrat.** cap. 1. num. 38.
- Pretium in locatione quoque est.** ibidem num. 40.
- Pretio collato in declarationem tertij, quæ do gabella deberi incipiat.** cap. 3. nu. 16.
- Pretio eo modo collato, quando venditio perficitur.** ibidem.
- Pretio cariore vendi potest in diem res fructifera, quàm præfenti pecunia vendetur.** cap. 6. num. 16.
- Pretij actio non quaritur libera venditori, sed læsa iure gabellæ.** cap. 7. nu. 63.
- Pretio remi illo emptori, an venditio maneat, & gabella debeat.** cap. 14. nu. 6.
- Pretij gabella debetur tam eius, quod conuenit est, quàm quod postea suppletur, si modò vt pretium datur.** ibidem num. 17. & num. 18.
- Principium contractus quando inspiciatur.** cap. 5. num. 31.
- Priuilegium excusans a gabella, quale esse debet.** cap. 19. nu. 6.
- Procuratore in rem suâ cõstituto pro pecunia, an gabella debeat.** cap. 9. nu. 35.
- Procurator vendens simpliciter re sui domini, tacito eius nomine, ipse verus venditor est & ad gabellam tenetur.** cap. 15. n. 4.
- Procurator vendens sub cõmemoratione domini vel officij, aut expressè nomine domini, venditor non est, sed dominus, & iste ad gabellam obligatur.** ibidem. n. 5.
- Procurator vendens rem aliquam vt alienam & sui domini, ad gabellam non obligatur, sed dominus.** ibidem nu. 7.
- Procuratore vendente rem alicuius domini forensis, quando emptor teneatur gabellam retinere.** ibidem num. 8.
- Procuratore quomodocunque vendente non persona ipsius, sed domini inspicienda est ad gabellam.** ibidem num. 9.
- Procuratores comitiarum, qui seruitia regalia colligunt, priuilegio nobilitatis non gaudent, quin carcerentur donec regi satisficiant.** cap. 18. num. 67.
- Prohibita res per pactum alienari, si vendatur, an decima locus fiat.** cap. 14. nu. 34.
- Promittens decem in melle dare, qualiter mel debeat.** cap. 7. num. 3.
- Promissa an è pretio deducantur ad computationem gabellæ.** cap. 16. num. 4.
- Promissum in venditione quare sic dictum, & quid operetur.** ibidem num. 7.
- Promissum non oportet exprimere in præconio.** ibidem num. 10.
- Promissa dari possunt in rebus fisci, vel minoris.** ibidem num. 12.
- Promissum in priuata venditione ridiculum est.** ibidem num. 13.
- Pupillo emente, vel vendente, an gabella debetur.** cap. 14. num. 59.
- Quarti adiectio in conductione gabellarum qualiter fieri debeat.** cap. 18. nu. 21.
- Quartum addens in gabellis, addere debet supra totum pretium ab aliis elatum, non deductis promissis erogatis.** cap. 16 num. 11.
- Quarti adiectio an sit specialis in reb⁹ principis.** cap. 18. num. 23.

Quar

INDEX.

- Quarti adiectio quando fieri debeat, cum gabellæ ad plures annos locantur.** ibidem num. 24.
- Quartum supra quam summam addi debet, cum locatio ad plures annos fit.** ibidem nu. 27.
- Quartum malè offerens, iterum offerre potest, si tempus legitimum lapsum non sit.** ibidem nu. 28.
- Quarta plura addi possunt in eadem conductione.** ibidem num. 29.
- Quartum addi potest etiam cõtra expressam cõductoris conuentionem.** ibidem num. 30.
- Quaternus gabellarum non fuit primum à Regib⁹ Catholicis factus, sed ab anterioribus principibus.** in scholio ad l. 1. Recopilat. num. 5.
- Quaterni gabellarum leges æquissimæ sunt in præfatione.** nu. 32.
- Quaterni lex. 102. an sit noua nec ne.** cap. 17. num. 2.
- R**
- Ratihabitio qualiter ad tempus contractus retrahatur ad effectum gabellæ, vel non.** cap. 3. nu. 24.
- Ratificata venditio quo in loco contracta dicatur.** cap. 4. num. 24.
- Redemptores in iure qui propriè dicantur.** cap. 1. num. 35.
- Redempto censu redimibili alia gabella non debetur.** cap. 10. num. 10.
- Redempto censu perpetuo ex voluntate partium, alia gabella debetur.** ibidem num. 11.
- Redempto censu per aliam rem, quam pecuniam, an gabella debeat.** ibidem num. 12.
- Redempto censu prædiali, gabella debetur, & quare.** ibidem num. 67.
- Redhibita re vendita, adhuc gabella debetur, & si iterum veneat, alia gabella soluenda est.** cap. 13. num. 9.
- Redhibitionis ipsius noua gabella non debetur.** ibidem num. 10.
- Redhibitoria actio ex die contractæ venditionis competit.** cap. 3. num. 4.
- Redhibita re vendita, an decima à gabellario repetatur.** cap. 14. num. 10.
- Rei nomen tam corpora, quam iura comprehendit.** cap. 1. num. 23.
- Res, quæ nullius est, rectè vendi potest.** cap. 2. num. 35. in fine.
- Re immobili in censum data quando gabella solui debeat.** cap. 10. num. 57.
- Rem censuatam accipiens, si postea redat antiquo suo domino, an gabellam debeat.** ibidem num. 75.
- Rei semel gabellatæ an iterum gabella deberi possit.** cap. 13. num. 2.
- Rei immunis priuilegium tunc locum habet, cum vt merx, non vt pretium in contractum deducitur.** cap. 17. num. 19.
- Re & pecunia ex altera parte, & ex altera re sola interueniente, an venditio vel permutatio sit, ad gabellam disputatur.** ibidem num. 21.
- Res vendita pro gabella non obligatur.** cap. 18. num. 55.
- Religionem ingressi si bona vendantur ante professionem, gabella debetur.** cap. 19. num. 50.
- Religiosi non sunt equites militarium ordinum.** ibidem num. 92.
- Renuncians officium publicum pro pecunia, gabellam non debet, & quare.** cap. 9. num. 42.
- Renouata venditione per pactum, an noua venditio sit, & noua gabella debeat.** cap. 13. num. 11.
- Repetitio autoris ad gradum licentiæ quæ fuerit.** cap. 5. nu. 35.
- Resoluta venditione propter arrham adhuc gabella debetur.** cap. 3. num. 18.
- Rescissa venditione ex mutuo partium consensu, an nulla vel duplex gabella debeat.** cap. 14. num. 7.
- Rescissa venditione propter læsionem in pretio, adhuc gabella debetur, & à quo.** ibidem num. 13. & num. 14.
- Rescissa venditione per pactum legis commissoria, vel additionis in diem, an gabella repetatur.** ibidem num. 19.
- Rescissa venditione per pactum retrouendendi an alia gabella debeat.** ibidem num. 37.
- Rescissa venditione doli metusve causa, an gabella debeat, & à quo soluenda est.** ibidem num. 55.
- Restitutio minoris qualiter aduersario prodesse debeat.** ibidem num. 49.
- Restituto minore aduersus venditionem, an venditio intermedia ab emptore facta nulla sit, vt gabella eius non debeat.** ibidem num. 54.
- Retractus sanguinis competit ex die venditionis, non ex die traditionis.** cap. 3. num. 4.

INDEX.

Retractus ille locum non habet censu super re patrimoniali constituto. cap. 10. num. 21.

Retractu sanguinis aut societatis secuto, an altera decima debeat. cap. 13. num. 22.

Retractu secuto an nulla debeat ex ea venditione inaniter queritur, a nonnullis, ibidem num. 23.

Retractus sanguinis intra legitimum tempus factus, an venditiones intermedias annullat. ibidem num. 24.

Retrahenti quæ actio competat. ibidem num. 25.

Retrahente consanguineo in forma nouæ emptionis, an alia decima debeat. ibidem num. 28.

Retis iactum qui vendit, qualiter ad gabellam teneatur. cap. 9. num. 40.

Reuenditor non est, qui cum sibi quantitas in pecunia vel tritico deberetur, tritico cum eligit, & vendit. cap. 7. num. 18.

Reuenditor ne sit, qui triticum a se emptum, alij cedit pro eodē pretio. cap. 13. n. 13.

Reuenditor non est, qui frumentum sibi emptum ad suum usum, postea ex accidenti vendiderit. cap. 19. num. 82.

Rex est animus rei publicæ in præfatione. num. 1.

Regis patrimonium subditorum tributis sustinendum est. ibidem num. 24.

Rex qualiter possit vectigalia distrahere. ibidem num. 27.

Regis est tributa imponere etiam sine procerum consilio in scholio. ad. l. 1. Reco. num. 1.

Rex Hispaniæ superiorem non recognoscit, quare, vt ex quo tempore ex historia declaratur. ibidem num. 2. & nu. 3.

Rex locans gabellam an possit nouas constitutiones efficere in damnum gabellarum. cap. 18. num. 81.

Regem ipsū gabellam debere male à vulgo iactatur. cap. 19. num. 8.

Rege auferente rem aliquam vasallo suo, bono cambio dato, gabella non debetur. ibidem num. 107.

S

Sarraceni, & qui Moriscos appellatur, qualiter ad gabellarum conductiones admittantur. cap. 18. num. 5.

Scriptura genus quoddam tributum fuit apud Romanos, in præfatione. nu. 8.

Scriptura quid operetur in venditione ad gabellæ debitum. cap. 3. num. 13.

Scripturæ confectæ impensa illius est, qui se obligat. cap. 10. num. 7.

Scripturam sui contractus non tenetur partes conficere pro gabella. cap. 18. n. 70.

Sententia auctoris refertur inter Ducem in fatatus, & gabellarios, qui à matre eius gabellas conduxerant. cap. 3. num. 15.

Sententia ab autore lata, ab eodem improbatur. cap. 5. num. 20.

Sententia Regiæ cancellariæ refertur. capit. 10. num. 42.

Sententia nullitatis inter contrahentes lata an gabellario noceat. cap. 14. num. 6.

Sententia quedam auctoris refertur. cap. 17. num. 50.

Sententia quedam executoria refertur & declaratur. cap. 18. num. 25.

Sententia alia executoria refertur. cap. 20. num. 71.

Septimacensis villæ priuilegiū declaratur. cap. 4. num. 5.

Sepulchri ius habes, vel vendens, quid habere, vel vendere videatur. cap. 14. n. 5.

Seruorum adquisitio, quæ dominis fit, non iuris ciuilibus, sed gentium est. cap. 1. n. 12.

Seu disiunctiua nunquam ponitur pro copulatiua. cap. 7. num. 41.

Simulatio efficit contractum, tanquam corpus siue anima. cap. 14. num. 4.

Simoniacæ venditionis gabella non debetur, quamuis de facto procedat. ibidem num. 5.

Spes nulla queritur fisco ex conditionali venditione, quo magis ea distracta gabellam petat. cap. 5. num. 5.

Spoliatus gabellarius quod remedium habeat. cap. 18. num. 86.


Statutum de soluenda gabella ex certo pretio, de sola venditione intelligitur. cap. 1. num. 39.

Statutum disponens, vt venditor rei sue gabellam soluat, non obligat eum, qui rem sibi debitam vendit. cap. 9. nu. 34.

Statuto iubente, vt de quolibet contractu gabella soluat, si soluta sit de pacto de vendendo, non debetur de venditione secuta: nec de cessione in fauorem domini. cap. 13. ex num. 4.

Statutum disponens gabellam solui ex venditione, non debet ad permutationem extendi. cap. 17. num. 1.

Statutum vt de venditione soluat gabellam, an & in transactione locum habeat.



INDEX.

Statutum vt de donatione soluat gabellam, in remuneratoria non verificatur. ibidem num. 52.

Statutum disponens, vt ex dote gabella soluat non valet. cap. 20. num. 41.

Statutum vt de alienatione gabella soluat, in diuisione locum habet. ibidem num. 46.

Sterilitas non facit pensionem remitti in materia gabellarum. cap. 18. nu. 83.

Stipulatio iuris gentium est. cap. 1. nu. 9.

Stipulatio plurimum iuris ciuilibus habet & qualiter ibidem. ex nu. 16.

Stipulatio, cum mortuus fueris, vel mortuus fuero, cur olim nulla esset. cap. 5. num. 35.

Subhastatis bonis debitoris, gabella debetur. cap. 7. nu. 54.

Subhastatis bonis debitoris, ex quo tempore gabella debet incipiat. nu. 57.

Subsidium super fructibus ecclesiasticis quo tempore, & qua de causa impositum fuerit. cap. 19. num. 34.

Subsidium non est onus impositum personis ecclesiasticis, sed ecclesiasticis redditibus. ibidem num. 35.

T

Tabellio tenetur statim copiam venditionis edere, quamuis dies solutionis pretij nondum venerit. cap. 6. num. 27.

Tabellionatus venditor gabellam non debet. cap. 9. num. 42.

Tabelliones tenentur nedum venditionum & permutationum, sed quarumcunque alienationum copiam edere gabellario. cap. 10. num. 5.

Tabellio negans copiam venditionum, intra quod tempus conueniri queat ad penam legis. cap. 18. num. 71.

Temporalis venditio à gabella non est immanis. cap. 10. num. 41.

Temporalis venditio prorogata ad aliud tempus, noua venditio est. cap. 14. n. 43.

Tertias obtinentes laici à manu Regis, an cum bona conscientia, possideant. cap. 19. num. 29.

Tertias obtinentes laici an gabellam immunitatem habeant ex earum fructuum venditione. ibidem num. 28.

Tertias obtinens nihil spirituale habet. ibidem num. 31.

Tertias obtinens charitatum subsidium soluit, & quare. ibidem num. 34.

Tertiarum ius quo tempore concessum fuerit Regibus Hispaniæ ibidem nu. 36.

Testis vnicus qualiter fidei faciat in materia gabellarum. cap. 18. num. 75.

Titulus istius operis cur ita inscribat in præfatione. nu. 5.

Tortium mustum quid sit. cap. 12. n. 9.

Tradita re ante impletam conditionem venditionis, gabella adhuc non debetur. cap. 5. num. 4.

Transactione facta an gabella debeat. cap. 7. nu. 5 & cap. 17. num. 51.

Transactio quando venditionem contineat. cap. 17. num. 51.

Tributorum leges à diuino numine deriuantur in præfatione. num. 2.

Tributorum quantitas nulla lege definitur, sed ex occurrentibus causis instituitur. ibidem num. 3.

Tributa Romanorum tria recensentur. ibidem num. 7.

Tributorum exactiones qualiter apud Romanos appellentur ibidem num. 13.

Tributi causa cessante qualiter tributum cessare debeat. ibidem num. 26.

Tributa tibi concessa qualiter Rex distrahere valeat. ibidem num. 27.

Tributa iure gentium Regibus debentur. ibidem num. 30.

True que verbum omnem innotinatum contractum comprehendit. cap. 17. n. 7.

V

Vectigal à vehendo dicitur, in præfatione num. 4.

Vectigal ex seruorum venditione apud Romanos soluebatur. ibidem nu. 16.

Venialium rerum centesima, & postea ducentesima apud Romanos debebatur. ibidem.

Vena metallorum dupliciter esse potest. cap. 19. num. 19.

Venditio potest in vno maruedino consistere. in scholio ad l. 1. recop. nu. 9.

Venditiones simplariæ quæ sunt. ibidem num. 10.

Venditio quantumcunque leuis, non est à gabella immunis. ibidem num. 11.

Venditionis actus simpliciter inspicitur ad gabellam debitam. ibidem nu. 15.

Venditionis definitio multiplex traditur. cap. 1. num. 2.

Venditionis finis & natura est, vt res alienetur, non tamen de eius substantia. ibidem.

Venditio cur iolo consensu contrahitur. **Vena**


I N D E X.

- ibidem* num. 8. & num. 22.
- V**enditio in quo à locatione maxime distinguatur. *ibidem* nu. 34.
- V**enditio aliquando ponitur pro donatione *ibidem* num. 36.
- V**enditionis verbo non nisi propria venditio continetur ex propria significatione. *ibidem* num. 37.
- V**enditionis verbum ex communi usu loquendi solam propriam venditionem significat *ibidem* num. 41.
- V**enditio & permutatio omnium contractuum frequentissimi sunt *ibidem* nu. 43.
- V**enditio quando intelligitur esse perfecta. cap. 3. num. 6.
- V**enditione pure contracta quando decima deberi incipiat. *ibidem* ex nu. 1.
- V**enditione in scriptis contracta quando decima deberi incipiat. *ibidem* nu. 13.
- V**enditio semel in scriptis contracta non purificatur, quamvis ex post facto rei traditio fiat, vel pretium solvatur. *ibidem* num. 17.
- V**enditio per epistolam vel nunciu contracta, ubi celebrari dicitur. cap. 4. num. 23.
- V**enditione rei pro pecunia vendita, quo in loco gabella debeat. *ibidem* num. 40.
- V**enditione contracta ad pondus, numerum, vel mensuram, quando decima debeat. cap. 5. num. 21.
- V**enditio sic recte contrahitur, ut non teneat rem tradere donec moriatur. cap. 6. num. 2.
- V**enditione in diem contracta quando decima deberi incipiat, & peti possit. *ibidem* num. 12.
- V**enditionis vnus non nisi vna gabella debeat. cap. 13. num. 3.
- V**enditione rescissa per pactum legis commissoriae vel additionis in diem, an venditiones intermediae nullae esse intelligantur. cap. 13. num. 27.
- V**enditio nulla, venditio non est. cap. 14. n. 2.
- V**enditione contracta, si emptori placuerit, an gabella debeat. *ibidem* n. 30.
- V**enditionis vnica gabella debetur. cap. 17. num. 20.
- V**enditoris est gabellam soluere in scholio ad l. 1. recop. n. 7. & cap. 15. nu. 1.
- V**endens in hoc regno rem, quae sit in alio regno, gabellam debet, & vendens in alio regno rem, quae sit in hoc regno, gabellam non debet. cap. 4. num. 15.
- V**enditor rei pro pecunia & cum onere alicuius census, qualiter decimari debeat. cap. 10. num. 16.
- V**enditor rei tanquam liberae, super qua tamen census debeat, & ideo pretium defalcetur ab emptore, an totius pretij gabellam debeat. *ibidem* num. 37.
- V**endens duobus vnam rem in solidum, duplicem gabellam debeat. c. 13. ex principi.
- V**endens rem privilegiati, ut suam propriam, gabellam debet. cap. 15. n. 9.
- V**endens rem simpliciter gabellario, adhuc ad gabellam tenetur. *ibidem* num. 18.
- V**enditor, qui de certa quantitate soluenda cum gabellario conuenisset, si intra quinque dies non soluat, an in totam decimam conueniri queat. cap. 18. num. 39.
- V**endens publice vel occulte in foro conscientiae tenetur gabellam soluere. *ibidem* num. 44.
- V**eritas siue profisco, siue contra fiscum semper inspicienda est. cap. 7. num. 66.
- V**icesima hereditatum fisco debebatur apud Romanos, donec substulit Gratianus Imperator in praefatione n. 11.
- V**icinus loci, qui in alium locum transfudit domicilium pendente tempore conuentionis generalis illius loci, quo in loco contribuet pro gabella. cap. 4. num. 41.
- V**lpianus I. C. quo tempore vigerit. cap. 15. num. 2.
- V**xor recte obligatur pro marito pro rebus Regijs, quod an locum habeat in conductione por menor, late disputatur. cap. 18. num. 12.
- V**xor an teneatur stare locationibus pro marito factis in rebus dotalibus. *ibidem* num. 97.

FINIS.

Compluti excudebat Ioannes Gratianus.

Anno. 1589.



[Faint text at the bottom of the page, likely bleed-through or a second title page:]
 ...
 ...
 ...